cunctorum aliquamdiu expositæ pendeant: cumque inde amovebuntur, earum nihilominus exempla in eisdem locis remaneant affixa. Nos enim per lectionem, publicationem, affixionemque hujusmodi, omnes, & quoscumque, quos antedictæ nostræ litteræ comprehendunt, post spatium duorum mensium à die litterarum publicationis, & affixionis, ita volumus obligatos esse, atque astrictos, ac si ipsismet illæ coram lectæ, & intimatæ essent, transumptis quidem earum, quæ manu publici notarii scripta, aut subscripta & sigillo personæ alicujus ecclesiasticæ, in dignitate constitutæ, munita fuerint, ut fides certa, & indubitata habeatur, mandamus, atque decernimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ indictionis, annuntiationis, convocationis, statuti, decreti, mandati, præcepti, & obsecrationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum, Petri, & Pauli, Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ, M. D. XLII. XI. kalend. Jun. pontificatus nostri anno VIII. Blosius. Hier. Dand.

SES-

Digitized by Google

brado del Campo de Flora, en donde quedarán expuestas algun tiempo para que se lean y lleguen á noticia de todos, y despues que se quiten quedarán sus traslados fijados en los mismos lugares. Queremos que pasados dos meses despues de dicha lectura, publicacion y fijacion desde el dia en que se publicaron y fijaron, estén todos y cada uno de los que se comprehenden en dichas nuestras letras obligados y precisados del mismo modo que si se hubiesen leido y notificado á sus personas. Mandamos y determinamos igualmente, que se dé fé cierta é indubitable á los traslados que de ellas se hagan, escritos ó firmados de la mano de algun Notario público, y sellados con el sello de alguna persona eclesiástica constituida en dignidad. Ninguno se atreva, pues, á quebrantar ó contravenir á esta nuestra carta de indiccion, noticia, convocacion, estatuto, decreto, mandato, precepto y súplica; de lo contrario incurrirá en la indignacion de Dios Omnipotente, y de sus Apóstoles los bienaventurados San Pedro y San Pablo. Dada en Roma en San Pedro el año de la Encarnacion del Señor 1542, el dia 2 de Mayo, y el año octavo de nuestro Pontificado = Blosio = Gerónimo Dand.

SE-

Digitized by Google

SESSIO PRIMA.

Sacrosancti œcumenici & generalis Concilii Tridentini, sub Paulo III. Pont. Max. celebrata die XIII. mensis Dec. anno Dom. M. D. XLV.

In nomine Domini. Amen.

* Anno à nativitate ejusdem Domini nostri millesimo quingentesimo quadragesimo quinto, indictione tertia, die vero Dominica tertia adventus Domini, in qua fuit festum sanctæ Luciæ, & decima tertia mensis Decembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Pauli, divina providentia papæ tertii, anno duodecimo, pro felici inchoatione sacrosanctæ œcumenicæ & generalis Tridentinæ synodi fuit facta processio generalis in civitate Tridentina ab ecclesia sanctissimæ & individuæ Trinitatis ad ecclesiam cathedralem; assistentibus in ea tribus sedis apostolicæ legatis, & reverendissimo & illustrissimo domino Christophoro Madrucio, tituli sancti Cæsarii sanctæ Romanæ ecclesiæ presbytero cardinali & episcopo Tridentino; nec non reverendis patribus dominis archiepiscopis, episcopis, abbatibus, doctoribus, ac illustribus & nobilibus viris infrascriptis, cum multis aliis doctoribus tum in theologia, tum in utroque jure, etiam cum magno numero baronum & comitum, nec non cum clero & populo dictæ civitatis. Qua finita, præfatus reverendissimus & illustrissimus dominus cardinalis de Monte, primus legatus, celebravit missam de sancto Spiritu in sancta cathedrali ecclesia, & reverendus pa-

* *Ex collection. concil. Labb. Tom. XIV. pag. 732.*

Digitized by Google

SESION PRIMERA

Del Sacrosanto ecuménico y general Concilio de Trento, celebrada en tiempo del Sumo Pontífice Paulo III. en 13 *de Diciembre del año* 1545.

En nombre de Dios. Amen.

„ El año de la Natividad del mismo Señor nuestro mil quinientos quarenta y cinco, indiccion tercera, y el tercer Domingo del Adviento del Señor, en que cayó la fiesta de Santa Lucía, y el 13 del mes de Diciembre, el año duodecimo del pontificado del Santísimo Padre en Christo y Señor nuestro Paulo III. Papa por la divina providencia, se celebró una Procesion general, para abrir con felicidad el sacrosanto y general Concilio de Trento en esta misma Ciudad, desde la Iglesia de la Santísima é individua Trinidad á la Catedral; con asistencia de los tres Legados de la Silla Apostólica, y del Reverendísimo é Ilustrísimo Señor Christobal Madrucio, Presbítero, Cardenal de la Santa Romana Iglesia, con el título de San Cesareo, y Obispo de la Ciudad de Trento, como tambien de los Reverendos Padres y Señores Arzobispos, Obispos, Abades, Doctores, y los infrascriptos, ** ilustres y nobles señores, con otros muchos Doctores en Teología y en ambos Derechos, y gran número de Barones y Condes, el Clero y el Pueblo de la misma Ciudad. Despues de la qual, dicho Reverendísimo é Ilustrísimo Señor Cardenal de Monte, primer Legado, celebró Misa del Espíritu Santo en la Santa Iglesia Catedral, y predicó el Reverendo Padre el Señor Obispo de Bitonto. Acabada la Misa dió

(**) *Vease al fin el indice de los Prelados y demás que asistieron á cada sesion.*

Digitized by Google

pater dominus episcopus Bitontinus habuit orationem. Deinde finita missa, dictus reverendissimus dominus de Monte cardinalis dedit benedictionem populo. Postmodum comparuit coram eisdem reverendissimis legatis & prælatis egregius vir magister Zorrilla, secretarius illustrissimi domini Didaci de Mendoza, oratoris cæsareæ & Catholicæ majestatis, & præsentavit litteras excusatorias super ejus absentia, quæ fuerunt lectæ alta voce. Interea lectæ fuerunt bullæ indictionis concilii, postmodum præfatus reverendissimus de Monte legatus vertit se ad patres concilii, dicens:

Decretum de inchoando concilio.

Placetne vobis, ad laudem & gloriam sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ad incrementum, & exaltationem fidei & religionis Christianæ, ad extirpationem hæresum, ad pacem, & unionem ecclesiæ, ad reformationem cleri, & populi Christiani, ad depressionem, & extinctionem hostium Christiani nominis, decernere, & declarare sacrum Tridentinum & generale concilium incipere, & inceptum esse? Responderunt, Placet.

Indictio futuræ sessionis.

Et cum proxima sit celebritas nativitatis Domini nostri Jesu Christi, & subsequantur aliæ festivitates labentis & incipientis anni, placetne vobis primam futuram sessionem habendam esse die Iovis post epiphaniam, quæ erit septima mensis Ian. anno Domini M. D. XLVI.? Responderunt, Placet.

Pos-

Digitized by Google

dió la bendicion al Pueblo el mismo Reverendísimo Señor Cardenal de Monte. En seguida se presentó ánte los mismos Reverendísimos Legados y Prelados el esclarecido Maestro Zorrilla, Secretario del Ilustrísimo Señor Don Diego de Mendoza, Embaxador de S. M. Cesarea y Católica, y entregó las cartas, en que se excusaba de su ausencia, las que se leyeron en alta voz. Entretanto se hizo la lectura de las Bulas de Indiccion del Concilio, é inmediatamente despues se volvió á los Padres del Concilio dicho reverendísimo Cardenal de Monte, diciendo: "

Decreto para dar principio al Concilio.

¿Teneis á bien, para honra y gloria de la Santa é individua Trinidad, Padre, Hijo y Espíritu Santo, para aumento y exâltacion de la Fé y Religion Christiana, extirpacion de las heregías, paz y union de la Iglesia, reforma del Clero y Pueblo christiano, y para el abatimiento y destruccion de los enemigos del nombre christiano, decretar y declarar que se empieza el sagrado y general Concilio de Trento, y que ya ha principiado? Respondieron: *lo tenemos á bien* (1).

Señalamiento de la futura Sesion.

Y respecto de estar ya inmediata la fiesta de la Natividad de nuestro Señor Jesu-Christo, á que se siguen otras festividades al fin de este año y principio del próximo venidero: ¿Teneis á bien que la primera futura Sesion se celebre el Jueves despues de la Epifanía, que será el dia 7 del mes de Enero del año del Señor 1546? Respondieron: lo tenemos á bien.

„ Despues bendixo el Sínodo el mismo Reveren-

* Ex collect. Labb. Tom. XIV. pag. 733.

* Postrémo idem reverendissimus de Monte benedixit synodum: & deinde cantatores cantaverunt *Te Deum*. Super quibus omnibus dominus Hercules Severolus, ipsius concilii promotor, petiit à domino Claudio de la Casa, clerico Virdunensis diœcesis, & notario ejusdem concilii, & ab aliis notariis, unum vel plura fieri instrumentum seu instrumenta.

SESSIO II.

Celebrata die VII. mensis Ian. M. D. XLVI.

* Ex collect. concil. Labb. Tom. XIV. p. 741.

* Anno à nativitate Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, indictione IV. die Iovis, septima mensis Ianuarii, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini domini nostri Pauli, divina providentia papæ tertii, anno duodecimo, reverendus pater dominus episcopus Castellimaris celebravit missam de Spiritu sancto in ecclesia cathedrali & in loco sessionis. Qua finita, reverendus pater dominus episcopus sancti Marci habuit orationem. Deinde reverendissimi cardinales & alii prælati acceperunt pluvialia & mitras, fueruntque cantatæ litaniæ. Postea reverendissimus cardinalis de Monte benedixit synodum, & fuerunt fantæ ceremoniæ in sessionibus publicis fieri solitæ. Deinde reverendus pater dominus episcopus Castellimaris legit decretum. Quo lecto, interrogavit patres, utrum hæc placerent: qui responderunt: Placent, cum aliquibus additionibus, per aliquos ex patribus additis. Deinde interrogavit eos: Placet quod proxima sessio fiat quarta Februarii proxime futura? Qui responderunt: Placet.

De-

Digitized by Google

dísimo de Monte: y en seguida cantaron el *Te Deum* los Cantores. Sobre todo lo qual pidió el Señor Hercules Severolo, promotor del mismo Concilio, al Señor Claudio de la Casa, Clérigo de la Diócesis de Verdun, y Notario del mismo Concilio, y á los demás Notarios extendieran uno ó mas testimonio ó testimonios."

SESION II.

Celebrada el dia 7 del mes de Enero de 1546.

"El año de la Natividad del Señor mil quinientos quarenta y seis, indiccion IV. el Jueves 7 de Enero, el año duodecimo del Pontificado del Santísimo Padre en Christo y Señor nuestro Paulo III. Papa, por la divina providencia, celebró Misa del Espíritu Santo en la Iglesia Catedral, y en el lugar de la Sesion el Reverendo Padre y Señor Obispo de Castelomar, despues de la qual predicó el Reverendo Padre y Señor Obispo de San Marcos. Acabado el sermon, los Reverendísimos Señores Cardenales y otros Prelados recibieron las Capas Pluviales y las Mitras, y se cantaron las Letanías. Inmediatamente dió la bendicion al Concilio el Muy Reverendo Señor Cardenal de Monte, y se hicieron las ceremonias acostumbradas en las Sesiones públicas, y el Reverendo Padre el Señor Obispo de Castelomar leyó el Decreto: acabada su lectura preguntó á los Padres si aprobaban todas estas cosas; quienes respondieron: que sí, pero con varias adiciones que hicieron algunos de los Padres. Preguntóles despues: ¿que si tenian á bien que la próxima Sesion se celebrase el inmediato dia 4 de Febrero? Respondieron que lo tenian á bien.

Digitized by Google

Decretum de modo vivendi, & aliis in concilio servandis.

Sacrosancta Tridentina synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, in ea præsidentibus (1) eisdem (2) tribus apostolicæ sedis legatis, agnoscens cum beato Jacobo apostolo, quod (*a*) *omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum, qui iis, qui postulant à se sapientiam, dat omnibus affluenter, & non improperat eis*: & simul sciens, quod (*b*) *initium sapientiæ est timor domini*; statuit, & decrevit, omnes, & singulos Christi fideles, in civitate Tridentina congregatos, exhortandos esse, prout exhortatur, ut se à malis & peccatis hactenus commissis emendare, ac de cetero in timore Domini ambulare, (*c*) & desideria carnis non perficere, orationibus instare, sæpius confiteri, eucharistiæ sacramentum sumere, ecclesias frequentare, præcepta denique Dominica, quantum quisque poterit, adimplere, nec non quotidie pro pace principum Christianorum, & unitate ecclesiæ privatim orare velint: episcopos vero, & quoscumque alios in ordine sacerdotali constitutos, œcumenicum concilium in ea civitate concelebrantes, ut assidue in Dei laudibus incumbere, hostias, laudes, & preces offerre, sacrificium missæ quolibet saltem die Dominico, in quo Deus lucem condidit, & à mortuis resurrexit, ac (*d*) Spiritum sanctum in discipulos infudit, peragere satagant, facientes, sicut idem Spiritus sanctus per (*e*) Apos-

to-

VARIANTES.

(1) Eisdem *abest ab edit. Ven.* 1552. & 1564. *Antv.* 1546. *Dil. & Lov.*
(2) Tribus *abest ab edit. Antv. & Col.* 1564.

Digitized by Google

Decreto sobre el modo de vivir, y otros puntos que se han de guardar en el Concilio.

El sacrosanto Concilio de Trento congregado legitimamente en el Espíritu Santo, y presidido por los mencionados tres Legados de la Sede Apostólica, que conoce con el Santo Apostol Santiago, *que todo bien exquisito y todo don perfecto viene de arriba, y desciende del Padre de las luces, que dá en abundancia y sin improperio la sabiduria á los que se la piden, y sabe tambien que el principio de la sabiduria es el temor de Dios*; determinó y decretó se exhorte, como los exhorta, á todos y á cada uno de los fieles christianos congregados en la Ciudad de Trento, á que se enmienden de las culpas y pecados que hasta ahora han cometido, y á que en adelante vivan con temor de Dios, y *sin condescender á los apetitos de la carne*, se ocupen en la oracion, se confiesen á menudo, reciban el Sacramento de la Eucaristia, freqüenten las Iglesias, guarden quanto puedan los Mandamientos del Señor, y que además de eso recen todos los dias privadamente algunas oraciones por la paz de los Príncipes christianos y unidad de la Iglesia; pero exhorta á los Obispos y qualesquiera otros sugetos constituidos en el Orden Sacerdotal, y que asisten al Concilio general que se celebra en esta Ciudad, á que se apliquen freqüentemente á alabar á Dios, á ofrecerle hostias, alabanzas y oraciones, y á que celebren el sacrificio de la Misa á lo ménos cada Domingo, dia en que Dios crió la luz, resucitó de entre los muertos, é

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Jacob. 1. ℣. 17. (*b*) Proverb. 1. ℣. 7. Prov. 9. ℣. 10. Psalm. 110. ℣. 10. Eccles. 1. ℣. 16. (*c*) Ad Galat. 5. ℣. 16. (*d*) Act. 2. (*e*) 1. ad Timoth. 2. ℣. 1. 2. & 3.

Digitized by Google

tolum præcipit, obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro sanctissimo domino nostro papa, pro imperatore, pro regibus, & ceteris, qui in (3) sublimitate constituti sunt, & pro omnibus hominibus : ut quietam, & tranquillam vitam agamus, pace fruamur, & fidei incrementum videamus. Præterea hortatur, ut jejunent saltem singulis sextis feriis in memoriam passionis Domini, & eleemosynas pauperibus erogent : in ecclesia autem cathedrali singulis quintis feriis celebretur missa de Spiritu sancto, cum litaniis, & aliis orationibus ad hoc institutis : in aliis vero ecclesiis (4) eadem die dicantur ad minus litaniæ, & orationes : (*a*) tempore autem, quo sacra peraguntur, collocutiones, & confabulationes non fiant, sed ore, & animo, celebranti assistatur.

Et quoniam (*b*) oportet episcopos esse irreprehensibiles, sobrios, castos, domui suæ bene præpositos, hortatur etiam, ut ante omnia quilibet in mensa (*c*) servet sobrietatem, moderationemque ciborum. Deinde cum in eo loco sæpe otiosi sermones oriri soleant ; ut (*d*) in ipsorum episcoporum mensis divinarum scripturarum lectio admisceatur: familiares vero suos unusquisque instruat, & erudiat, ne sint rixosi, (5) vinosi, impudici, cupidi, elati, blasphemi, & voluptatum (6) amatores; vitia demum fugiant, & virtutes amplectantur, & in vestitu, & cultu, & omnibus actibus honestatem præ

VARIANTES.

(3) Dignitate, *edit. Antv. & Par.* 1546. *Ven.* 1552.
(4) Eadem die *absunt ab edit. Antv. & Par.* 1546. *Ven.* 1552.
(5) Vitiosi, *edit. Antv. & Paris.* 1546.
(6) Auctores & amatores, *edit. Antv. & Par.* 1546.

Digitized by Google

é infundió en sus Discipulos el Espíritu Santo, haciendo como lo manda por el Apostol el mismo Espíritu Santo, *súplicas*; *oraciones*, *peticiones* y *acciones de gracias* por el Santísimo Papa Señor nuestro, por el Emperador, los Reyes y demás personas constituidas en alta dignidad, y por todos los hombres, para que tengamos una vida quieta y sosegada, gocemos de paz, y veamos el aumento de la fé: les exhorta además á que ayunen á lo ménos todos los Viernes en memoria de la pasion del Señor, y den limosna á los pobres; á que en la Iglesia Catedral se celebre los Jueves Misa del Espíritu Santo con las Letanías y demás Oraciones establecidas á este efecto, y en las otras Iglesias se recen en el mismo dia por lo ménos las Letanías y Oraciones; y á que durante la celebracion de los Oficios Divinos no se tengan conversaciones ni formen corros, sino que asistan al celebrante con la boca y el corazon (2).

Y debiendo ser los Obispos irreprehensibles, sobrios, castos, muy cuidadosos del gobierno de su casa (3), les exhorta asimismo, que ante todas cosas guarden cada uno en la mesa sobriedad y moderacion en sus manjares (4), y como en el mismo lugar se suelen muchas veces suscitar vanas conversacio-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 22. decret. de observ. in celebr. miss. (*b*) 1. ad Tim. 3. ℣. 2. 3. & 4. (*c*) Ad Tit. 2. ℣. 2. 1. ad Tim. 3. ℣. 8. (*d*) * Caus. 2. q. 7. c. *Episcopi lectioni* 60. Con. Tolet. III. cap. 7. Conc. Rhem. II. cap. 17. ** Euseb. in 4. decret. Sess. 25. cap. 1. de ref. Dist. 44. c. *pro reverentia* 11.

ANIMADVERS. IN NOTAS CHIFFLETII.

(*d*) * Can. *Episcopi lectioni* 60. caus. 2. q. 7. non Paschali papæ, sed potius can. 1. synodi Regiaticinæ ann. 850. attribuendus est. ** Decreta Eusebio adscripta sunt spur.

Digitized by Google

præ se ferant, sicut decet ministros ministrorum Dei.

Ad hæc, cum hujus sacrosancti concilii præcipua cura, solicitudo, & intentio sit, ut, propulsatis hæresum tenebris, quæ per tot annos operuerunt terram, catholicæ veritatis lux, Jesu Christo, (a) qui vera lux est, annuente, candor puritasque refulgeat; & ea, quæ reformatione egent, reformentur; ipa synodus hortatur omnes catholicos (7) hic congregatos, & congregandos, atque eos præsertim, qui sacrarum litterarum peritiam habent, ut sedula meditatione diligenter secum ipsi cogitent, quibus potissimum viis, & modis ipsius synodi intentio dirigi, & optatum effectum sortiri possit, quo maturius, & consultius damnari damnanda, & probanda probari queant: ut per totum orbem omnes uno ore, & eadem fidei confessione glorificent Deum, & patrem Domini nostri Jesu Christi.

In sententiis vero dicendis, juxta (b) Toletani concilii statutum, in loco benedictionis considentibus Domini sacerdotibus, nullus debeat aut immodestis vocibus perstrepere, aut tumultibus perturbare; nullis etiam falsis vanisve, aut obstinatis disceptationibus contendere: sed quidquid dicatur, sic mitissima verborum prolatione temperetur, ut nec audientes offendantur, nec recti judicii acies perturbato animo inflectatur.

In-

VARIANTES.

(7) Hic *abest ab edit. Antv. & Paris.* 1546. *& Ven.* 1552.

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Joan. 1. ℣. 9. (b) Conc. Tolet. XI. cap. 1. Con. Constantiense sess. 1. Caus. 5. q. 4. c. *In loco* 3. Vide & conc. Tolet. IV. cap. 4.

Digitized by Google

ciones que se lea entónces la sagrada Escritura (5), y cada uno instruya y enseñe á sus familiares que no sean pendencieros, vinosos, impúdicos, ambiciosos, altivos, blasfemos y sensuales, y finalmente que huyan de los vicios y amen las virtudes, y muestren en su vestido, porte exterior, y en todas las acciones la decencia que conviene á los Ministros de los Ministros de Dios (6). Además, siendo el principal cuidado, solicitud é intencion de este sacrosanto Concilio, el que disipadas las tinieblas de las heregías que por tantos años cubrieron la tierra, resplandezca la luz de la verdad católica, con el auxilio de nuestro Señor Jesu Christo, que es la verdadera luz, candor y pureza y se reformen aquellas cosas que necesitan de reforma, exhorta el mismo Concilio á todos los católicos aquí congregados, y á los que en adelante se congreguen, con especialidad á los que están instruidos en las sagradas letras, á que con madurez y exâctitud mediten y discurran los principales caminos y medios para dirigir la intencion del mismo Concilio, y conseguir el efecto deseado, de modo que con la mayor madurez y prudencia se condene lo que merezca serlo, y se apruebe lo que sea digno de aprobacion, á fin de que en todo el mundo todos á una voz y con la misma profesion de la fé glorifiquen á Dios Padre de nuestro Señor Jesu-Christo.

En quanto al modo de decir cada uno su parecer, arreglándose al decreto del Concilio de Toledo, ninguno de los Sacerdotes del Señor que se hallan congregados en un sitio de bendicion, pueda con voces descompuestas ó alborotos turbar la Junta, ni disputar infundada ni vanamente y con obstinacion, sino que todo quanto se diga sea con una moderacion que no ofenda á los oyentes, y evite que la

Digitized by Google

Insuper ipsa sacra synodus statuit, ac decrevit, quod, si forte contingerit aliquos debito in loco (*a*) non sedere, & sententiam, etiam sub verbo, Placet, proferre, congregationibus interesse, & alios quoscumque actus facere, concilio durante, nulli propterea præjudicium generetur, nullique novum jus acquiratur.

Indictio futuræ sessionis.

Deinde indicta fuit futura sessio ad diem Iovis, quartam mensis Februarii proxime venturi.

SESSIO III.

Celebrata die IV. mensis Febr. M. D. XLVI.

* *Ex collection. concil. Labb. Tom. XIV. pag. 743.*

* Anno à nativitate Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, quarto mensis Februarii, fuit sessio generalis, & celebrata missa de Spiritu sancto per archiepiscopum Panormitanum, magister Ambrosius Catarinus habuit orationem, & reverendus pater dominus archiepiscopus Turritanensis legit decretum, & interrogavit patres, an placeret, responderuntque, sed aliqui cum certis additionibus, Placet.

Decretum de symbolo fidei.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

Hæc sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, in ea præsidentibus eisdem tribus apostolicæ sedis legatis,

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Idem in conclusione repetitur. Dist. 17. c. *Episcopos secundum.* 7.

Digitized by Google

alteracion del ánimo perturbe la rectitud del juicio.

Además el mismo sagrado Concilio estableció y decretó que si acaso sucediere sentarse algunos en el lugar que no les corresponde, y dar su voto aun con la expresion de *Placet*, asistir á las Congregaciones, y exercer otros qualesquier actos, durante la celebracion del Concilio, no por eso se cause perjuicio á ninguno ni adquiera nadie nuevo derecho.

Despues se señaló para celebrar la sesion siguiente el Juéves 4 del mes de Febrero próximo venidero.

SESION III.

Celebrada el dia 4 del mes de Febrero de 1546.

„El año de la Natividad del Señor 1546 el dia 4 de Febrero se tuvo sesion general, y celebrada la Misa del Espíritu Santo por el Arzobispo de Palermo, predicó el Maestro Ambrosio Cantarino, y el R. P. y Señor Arzobispo de Sacer leyó el decreto y preguntó á los Padres si lo aprobaban, quienes respondieron que sí, pero con ciertas adiciones."

Decreto sobre el Símbolo de la fé.

En el nombre de la santa é individua Trinidad, Padre, Hijo y Espíritu Santo.

Este sacrosanto ecuménico y general Concilio de Trento, congregado legítimamente en el Espíritu Santo, y presidiendo en él los mismos tres Legados

Digitized by Google

tis, magnitudinem rerum tractandarum considerans, præsertim earum, quæ duobus illis capitibus, de extirpandis hæresibus, & moribus reformandis, continentur, quorum causa præcipue est congregata; agnoscens autem cum (*a*) Apostolo, non esse sibi colluctationem adversus carnem, & sanguinem, sed adversus spiritales nequitias in cælestibus, cum eodem omnes, & singulos in primis hortatur, ut confortentur in Domino, & in potentia virtutis ejus in omnibus sumentes (*b*) scutum fidei, in quo possint omnia tela nequissimi ignea extinguere, atque galeam spei salutis accipiant, cum gladio spiritus, quod est verbum Dei. Itaque ut hæc pia ejus solicitudo principium, & progressum suum per Dei gratiam habeat, ante omnia statuit, & decernit, præmittendam esse confessionem fidei, (*c*) patrum exempla in hoc secuta, qui sacratioribus conciliis hoc scutum contra omnes hæreses in principio suarum actionum apponere consuevere: quo solo aliquando, & infideles ad fidem traxerunt, hæreticos expugnarunt, & fideles confirmarunt. Quare symbolum fidei, quo sancta Romana ecclesia utitur, tamquam principium illud, in quo omnes, qui fidem Christi profitentur, necessario conveniunt: ac fundamentum firmum, & unicum, contra quod (*d*) portæ inferi numquam prævalebunt, totidem verbis, quibus in omnibus ecclesiis legitur, exprimendum esse censuit. Quod quidem ejusmodi est.

Cre-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Ad Ephes. 6. ℣. 12. (*b*) Ad Ephes. 6. ℣. 16. (*c*) Conc. Nicæn. Conc. Rom. 1. sub. Julio I. Conc. Hippon. in princ. Conc. Constant. VI. actione 17. * Dist. 15. c. *Canones generalium* 1. Dist. 4. de consecr. c. *Baptizandos* 58. & ** c. *Non liceat* 59. Cap. 1. ⁂ de summ. Trinit. (*d*) Matth. 16. ℣. 18.

Digitized by Google

de la Silla Apostólica, hecho cargo de la gravedad de los asuntos que en él se han de tratar, especialmente en lo concerniente á los dos puntos de la extirpacion de las heregías y de la reforma de las costumbres, que han sido la causa principal para congregarse, y conociendo con el Apostol que *no ha de luchar contra la carne y sangre, sino contra espíritus malignos que nos acometen en lo relativo á la vida eterna*, en primer lugar exhorta con el mismo Apostol á todos y á cada uno de por sí á que se fortalezcan en el Señor y con el poder de su gracia, embrazando siempre el escudo de la fé en que vengan á extinguirse todas las flechas encendidas del infernal enemigo, y se cubran con el morrion de la esperanza de la salvacion, y con la espada del Espíritu Santo, que es la palabra de Dios. Y así para que esta su piadosa solicitud tenga con la gracia de Dios su principio y aumento establece y determina se haga antes de todo la profesion de la fé, imitando en esto el exemplo de los Padres, que acostumbraron poner en los mas sagrados Concilios, al principiar sus actas, esta defensa contra todas las heregías, con la qual sola atraxeron á la fé algunas veces á los infieles, vencieron á los hereges, y confirmaron á los fieles. A cuyo efecto ha juzgado se diga con las mismas palabras con que se lee en todas las Iglesias el Símbolo de la fé, de que usa la Santa Romana Iglesia, por ser el principio en que concuerdan necesariamente quantos profesan la fé de Jesu-Cristo, y el fun-

da-

ANIMADVERS. IN NOTAS CHIFFLETII.

(c) * Can. *Canones generalium* 1. Dist. 15. perperam apud Gratianum laudatur sub nomine Leonis papæ, cum desumptus sit ex Isidori lib. VI. etymolog. c. 16. ** Can. *Non liceat.* 59. Dist. 4. de consecr. referendus est ad can. 45. & 46. concilii Laodiceni.

Digitized by Google

Credo in unam Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli, & terræ, visibilium omnium, & invisibilium; & in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt: qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, & homo factus est: crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato passus, & sepultus est, & resurrexit tertia die secundum scripturas: & ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris: & iterum venturus est cum gloria judicare vivos, & mortuos, cujus regni non erit finis: & in Spiritum sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre, Filioque procedit, qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur; qui locutus est per prophetas: & unam sanctam catholicam, & apostolicam ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum: & expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi. Amen.

Indictio futuræ sessionis.

Eadem sacrosanta œcumenica, & generalis Tridentina synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, in ea præsidentibus eisdem tribus apostolicæ sedis legatis, intelligens multos prælatos ex diversis partibus accinctos esse itineri, nonnullos etiam in via esse, quo huc veniant; cogitansque omnia ab ipsa sacra synodo decernenda eo majoris apud omnes existimationis, & honoris videri posse, quo majori fuerint, & pleniori patrum consilio, & præsentia

Digitized by Google

damento firme y único *contra el que nunca prevalecerán las puertas del infierno*; y es como sigue.

Creo en un solo Dios Padre todo Poderoso, Criador del Cielo y de la tierra, de las cosas visibles é invisibles, y en un solo Señor Jesu-Christo, Hijo unigénito de Dios, y nacido del Padre antes de todos los siglos, Dios de Dios, luz de luz, Dios verdadero de Dios verdadero, engendrado, no hecho, consubstancial al Padre que lo crió todo: que por nosotros los hombres y por salvarnos, descendió de los Cielos y se encarnó por virtud del Espíritu Santo en las entrañas de María Virgen, y se hizo hombre; fué tambien crucificado por nosotros, padeció baxo del poder de Poncio Pilato, y fué sepultado, y resucitó al tercero dia segun lo predicho por la sagrada Escritura; y ascendió al Cielo, donde está sentado á la diestra del Padre; y ha de volver glorioso á juzgar á los vivos y á los muertos, cuyo Reyno no tendrá fin; y en el Espíritu Santo, Señor y vivificador, que procede del Padre y del Hijo, que con el Padre y el Hijo es juntamente adorado y conglorificado; que habló por los Profetas; y creo una Santa Católica y Apostólica Iglesia. Confieso un Bautismo para remision de los pecados, y espero la resurreccion de los muertos y la vida del siglo venidero. Amen.

Señalamiento de la futura Sesion.

El mismo sacrosanto ecuménico y general Concilio de Trento, congregado legítimamente en el Espíritu Santo, y presidido por los tres mencionados Legados de la Sede Apostólica, noticioso de que muchos Prelados de varias partes van á ponerse en camino, y que algunos están ya en él para venir aquí; y pensando que todas las materias que ha de resol-

ver

Digitized by Google

tia sancita, & corroborata, statuit, & decrevit, futuram sessionem post presentem celebrandam esse die Iovis, quæ subsequetur dominicam Lætare, proxime futuram: interim tamen non differri discussionem, & examinationem eorum, quæ ipsi synodo discutienda, & examinanda videbuntur.

SESSIO IV.

Celebrata die VIII. mensis April. M. D. XLVI.

* Anno à nativitate Domini millessimo quingentesimo quadragesimo sexto, indictione quarta, die vero Iovis, octava mensis Aprilis; pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Pauli, divina providencia papæ tertii, anno duodecimo, præsidentibus eisdem tribus apostolicæ sedis legatis, reverendus pater dominus Salvator Alexius archiepiscopus Turritanensis, celebravit missam de sancto Spiritu in ecclesia cathedrali, & loco sessionis. Deinde generalis Servorum habuit orationem. Qua finita, reverendissimi cardinales & prælati acceperunt pluvialia & mitras: & cantatores inceperunt cantare antiphonam, *Exaudi nos, Domine, quoniam benigna est misericordia tua.* Qua finita, diaconus clamavit, Orate. Quo dicto, omnes prælati flexerunt genua, & orarunt. Deinde subdiaconus clamavit, Erigite. Tum reverendus de Monte, primus præsidens, dixit hanc orationem: *Adsumus, Domine sancte Spiritus.* Qua finita, idem diaconus dixit iterum, Orate: & paulo post dixit, Erigite. Deinde idem præsidens dixit hanc orationem: *Mentibus nostris quæsumus, Domine, aspirando, &c.* Quibus

* *Ex collection. concil. Labb. Tom. XIV. pag. 744.*

Digitized by Google

ver el mismo sagrado Concilio tanto mayor crédito y respeto tendrán en el concepto universal, quanto se definan y corroboren por mayor y mas pleno dictamen y concurrencia de los Padres, acordó y determinó que la Sesion inmediata se celebre el Juéves despues del Domingo *Lætare* próximo venidero; y que entretanto no se dexen de ventilar y exâminar aquellos puntos que el mismo Concilio juzgue deben ventilarse y exâminarse.

SESION IV.

Celebrada el dia 8 del mes de Abril de 1546.

„El año de la Natividad del Señor mil quinientos quarenta y seis, indiccion quarta, el Jueves 8 de Abril del año duodecimo del pontificado del Santísimo en Christo Padre y Señor nuestro Paulo III. Papa, por la divina providencia, presidiendo los mismos tres Legados de la Silla Apostólica, celebró Misa del Espíritu Santo en la Iglesia Catedral, y en el lugar de la Sesion, el Reverendo Padre el Señor Salvador Alexo, Arzobispo de Sacer, á la que siguió el sermon, que predicó el General de los Servitas. Acabado este, los Reverendísimos Cardenales y Prelados se revistieron de las Capas Pluviales y se pusieron las Mitras, y los Cantores entonaron la Antifona: *Exaudi nos Domine quoniam benigna est misericordia tua.* Despues dixo en alta voz el Diácono: *Orate.* Los Prelados habiendolo oido se arrodillaron y oraron. Despues volvió el Diacono á decir en alta voz: *Erigite.* Entónces el Reverendo Cardenal de Monte, que era el primer Presidente, dixo esta oracion: *Adsumus, Domine Sancte Spiritus.* Acabada esta repitió el mismo Diacono: *Orate.* Y poco despues: *Erigite.* El mismo

Digitized by Google

bus peractis, cantatores inceperunt litanias. Et cum venerunt ad illum locum, *Ut domnum apostolicum*, præsidentes, qui flexis genibus erant, surrexerunt, & reverendissimus cardinalis de Monte primus præsidens vertit se ad congregationem, dans benedictionem, & dixit: *Ut hanc sanctam synodum, &c.* Cantatores responderunt, *Te rogamus audi nos.* Completis vero litaniis diaconus dixit: Flectamus genua: & subdiaconus respondit: Erigite. Deinde idem reverendissimus præsidens dixit hanc orationem: *Da quæsumus ecclesiæ tuæ misericors Deus, ut Spiritu sancto congregata.* Quibus peractis, diaconus cantavit evangelium: *Attendite à falsis prophetis.* Quo finito, præfatus reverendissimus præsidens incepit hymnum, *Veni creator Spiritus.* Quo finito, idem reverendissimus præsidens dixit hanc orationem: *Deus qui corda.* Deinde præfatus dominus archiepiscopus legit decretum, & quæsivit ex patribus, utrum hæc placerent. Qui omnes responderunt: Placet, cum aliquibus additionibus. Postremo, utrum placeret, quod prima futura sessio celebraretur die Iovis post festum pentecostes. Qui responderunt: Placet.

Quo quidem decreto, ut præmittitur, lecto, postquam patres in concilio præsentes responderunt, Placet, dominus Angelus Massarellus, ipsius concilii secretarius, legit deputationem oratorum Cæsareæ & catholicæ majestatis, in personam illustrium domini Didaci de Mendoza, & domini Francisci à Toleto ad concilium Tridentinum, ad faciendum ea, quæ Cæsarea majestas faceret, si præsens esset.

De-

Digitized by Google

Presidente dixo en seguida esta oracion : *Mentibus nostris quæsumus Domine aspirando, &c.* Concluidas estas cosas comenzaron los Cantores las Letanías, y habiendo llegado á aquel lugar *Domnum Apostolicum*, los Presidentes que estaban arrodillados se levantaron, y el Reverendísimo Cardenal de Monte, que era el primer Presidente, se volvió hácia la Congregacion, dió la bendicion y dixo : *Ut hanc sanctam synodum, &c.* Los Cantores respondieron : *Te rogamus audi nos.* Acabadas las Letanías dixo el Diácono : *Flectamus genua*; y el Subdiácono respondió : *Erigite.* Despues de esto el mismo Reverendísimo Presidente dixo esta Oracion : *Da quæsumus Ecclesiæ tuæ misericors Deus, ut Spiritu Sancto congregata.* Finalizado todo esto, el Diácono cantó el Evangelio : *Attendite à falsis prophetis* ; al que siguió el himno *Veni creator Spiritus*, que entonó el dicho Reverendísimo Presidente, quien despues dixo esta Oracion : *Deus qui corda.* Concluida esta, el mismo Señor Arzobispo leyó el Decreto, y preguntó á los Padres si le aprobaban, y todos respondieron que sí, pero con algunas adiciones: finalmente, si tenian á bien que la primera y futura Sesion se celebrase el Jueves siguiente de la fiesta de Pentecostés, y todos respondieron que lo tenian á bien.

Leido este Decreto, como se acaba de decir, despues de haber respondido los Padres que se hallaban presentes en el Concilio, *que lo aprobaban*, el Señor Angel Massareli, Secretario del mismo Concilio, leyó el nombramiento de Oradores de S. M. Cesarea y Católica en el Concilio de Trento, hecho en las personas de los Ilustres Señores Don Diego de Mendoza y Don Francisco de Toledo, para hacer quanto haria S. M. Cesarea si se hallase presente. "

Digitized by Google

Decretum de canonicis scripturis.

Sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem tribus apostolicæ sedis legatis, hoc sibi perpetuo ante oculos proponens, ut sublatis erroribus, puritas ipsa evangelii in ecclesia conservetur; quod (*a*) promissum ante per prophetas in scripturis sanctis Dominus noster, Jesus Christus, Dei Filius, proprio ore primum promulgavit, deinde per suos Apostolos, tamquam fontem omnis, & salutaris veritatis & morum disciplinæ, (*b*) omni creaturæ prædicari jussit; perspiciensque hanc veritatem, & disciplinam contineri in libris scriptis, & sine scripto traditionibus, quæ ab ipsius Christi ore ab Apostolis acceptæ, aut (*c*) ab ipsis Apostolis, Spiritu sancto dictante, quasi per manus traditæ, ad nos usque pervenerunt; orthodoxorum patrum exempla secuta, omnes libros tam veteris, quam novi testamenti, cum utriusque unus Deus sit auctor; necnon traditiones ipsas, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tamquam vel ore tenus à Christo, vel à Spiritu sancto dictatas, & continua successione in ecclesia catholica conservatas, pari pietatis affectu, ac reverentia suscipit, & veneratur. Sacrorum vero libro-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Jerem. 31. ℣. 22. (*b*) Matth. 28. ℣. 19. & 20. Marc. 16. ℣. 15. (*c*) 2. Ad Thessal. 2. ℣. 14. Dist. 11. c. *Ecclesiasticarum* 5. Cap. *Cum Marthæ* 6. ℣ de celebrat. miss. Conc. Senon. temp. Clementis VII. decret. 5.

Digitized by Google

Decreto acerca de las Escrituras Canónicas.

El Sacrosanto ecuménico y general Concilio de Trento, congregado legítimamente en el Espíritu Santo, y presidido por los mismos tres Legados de la Silla Apostólica, proponiendose siempre conservar en la Iglesia la pureza misma del Evangelio, despues de destruidos los errores, lo que prometido ántes por los Profetas en las Sagradas Escrituras, primeramente promulgó por su propia boca Jesu-Christo nuestro Señor, Hijo de Dios, y mandó despues á sus Apóstoles lo predicasen *á todas las gentes*, como fuente de toda y saludable verdad, y de disciplina moral: y viendo que esta verdad y disciplina se contiene en los libros escritos, y en las tradiciones no escritas (7), y que habiendola recibido los Apóstoles de boca del mismo Jesu-Christo, ó dictadoselas el Espíritu Santo, se transfirieron como de mano en mano hasta llegar á nosotros (8); siguiendo el exemplo de los Padres Orthodoxos, admite y venera con igual afecto de piedad y reverencia, todos los libros del antiguo y del nuevo Testamento, por ser Dios autor de uno y otro (9), y tambien las mismas tradiciones pertenecientes ya á la fé, ya á las costumbres, porque las dictó con su misma boca Jesu-Christo, ó el Espíritu Santo, y se han conservado por una continua sucesion en la Iglesia Católica. Y para que nadie pueda dudar quales son los libros sagrados que el mismo Concilio recibe, le ha parecido á proposito añadir á este Decreto el Catálogo siguiente de ellos (10). En el Testamento antiguo hay cinco de Moyses, que son el Génesis, el Exôdo, el Levítico, los Números y el Deuteronomio; el de Jo-

Digitized by Google

brorum (a) indicem huic decreto adscribendum censuit, ne cui dubitatio suboriri possit, quinam sint, qui ab ipsa synodo suscipiuntur. Sunt vero infra scripti. Testamenti veteris, quinque Moysis, id est, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium; Iosue, Iudicum, Ruth, quatuor Regum, duo Paralipomenon, Esdræ primus, & secundus, qui dicitur Neemias, Thobias, Iudith, Hester, Iob, Psalterium Davidicum centum quinquaginta psalmorum, Parabolæ, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isaias, Hieremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim prophetæ minores, id est, Osea, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abacuch, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, duo Machabæorum, primus, & secundus. Testamenti novi, quatuor Evangelia, secundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem. Actus Apostolorum à Luca Evangelista conscripti. Quatuordecim epistolæ Pauli Apostoli, ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, duæ ad Thessalonicenses, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos. Petri Apostoli duæ, Ioannis Apostoli tres, Iacobi Apostoli una, Iudæ Apostoli una, & apocalypsis Ioannis Apostoli. Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus, prout in ecclesia catholica legi consueverunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur, pro sacris, & canonicis non susce-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Can. dict. Apost. 84. Innocent. I. epist. 3. c. 7. Gelasius in conc. Rom. 70. episc. Conc. Laodic. cap. 59. & 60. Conc. Carth. III. cap. 47. * Dist. 15. c. *Sancta Romana* 3. Epist. Eugenii in conc. Florent. ad Armenos.

Digitized by Google

Josue, el de los Jueces, Ruth, quatro de los Reyes, dos del Paralipomenon, el primero de Esdras, y el segundo llamado Neemías, el de Tobías, Judith, Esther, Job, el Salterio de David, compuesto de 150 Psalmos, los Probervios, el Ecclesiastes, el Cántico de los Cánticos, el de la Sabiduría, el Eclesiástico, Isaías, Jeremías con Baruch, Ezechiel, Daniel, y los doce Profetas menores, es á saber: Oseas, Joël, Amós, Abdías, Jonás, Micheas, Naum, Abacuc, Sophonías, Agéo, Zacharías, Malachías, y dos de los Macabeos, primero y segundo. El Testamento nuevo comprehende los quatro Evangelios segun San Mateo, San Marcos, San Lucas y San Juan; los Actos de los Apostóles escritos por San Lucas Evangelista, Catorce Epistolas de San Pablo Apostol, que son: una á los Romanos, dos á los Corinthios, una á los Galatas, una á los de Efeso, una á los Filipenses, una á los Colosenses, dos á los Tesalonicenses, dos á Timotéo, una á Tito, una á Filemon, una á los Hebreos, dos de San Pedro Apostol, tres de San Juan Apostol, una de Santiago Apostol, una de San Judas Apostol, y el Apocalipsis de San Juan Apostol (11).

Si alguno, pues, no tuviere por Sagrados y Canónicos estos mismos Libros íntegros y todas sus partes, segun ha acostumbrado á leerlos la Iglesia Católica, y se hallan en la edicion antigua Vulgata Latina (12); y con conocimiento y proposito deliberado despreciase las tradiciones expresadas, sea anatematizado (13).

Sea,

ANIMADVERS. IN NOTAS CHIFFLETII.

(a) * Can. *Sancta Romana* 3. dist. 15. in diversis codicibus, tam editis quam manuscriptis, ita varius est, ut vix sciri queat quid ipsum originale contineat.

Digitized by Google

ceperit; & traditiones prædictas sciens, & prudens contempserit; anathema sit. Omnes itaque intelligant quo ordine, & via ipsa synodus, post jactum fidei confessionis fundamentum, sit progressura, & quibus potissimum testimoniis, ac præsidiis in confirmandis dogmatibus, & instaurandis in ecclesia moribus, sit usura.

Decretum de editione, & usu sacrorum librorum.

Insuper eadem sacrosancta synodus considerans non parum utilitatis accedere posse ecclesiæ Dei, si (8) ex omnibus latinis editionibus, quæ circumferuntur, sacrorum librorum, quænam pro authentica habenda sit, innotescat, statuit, & declarat, ut hæc ipsa vetus, & vulgata editio, quæ longo tot sæculorum usu in ipsa ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus, & expositionibus pro authentica habeatur; & ut nemo illam rejicere quovis prætextu audeat, vel præsumat.

Præterea ad (*a*) coercenda petulantia ingenia, decernit, ut nemo suæ prudentiæ innixus, in rebus fidei, & morum ad ædificationem doctrinæ Christianæ pertinentium, sacram scripturam ad suos sensus (9) contorquens, contra eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta mater ecclesia, cujus est judicare de vero sensu, & interpretatione scripturarum sanctarum,

VARIANTES.

(8) Ex multis, *edit. Antv. & Part.* 1646. *Antv. & Col.* 1564. *Ven.* 1552. *Brix. Vird. Rhem. Lov-Bog.*

(9) Contorqueat, aut contra, *edit. Antv. & Par.* 1546. *Antv. & Col.* 1564. *Vent.* 1552. *Vird. Rhem. Brix.*

Digitized by Google

Sea, pues, notorio á todos el órden y forma que seguirá el Concilio despues de haber sentado el fundamento de la confesion de la fé, y los testimonios y auxîlios de que principalmente se ha de valer para confirmar los dogmas y restablecer las costumbres en la Iglesia.

Decreto sobre la impresion y uso de los Libros Sagrados.

Considerando además el Sacrosanto Concilio que resultará no poca utilidad á la Iglesia de Dios de que se manifieste qual de todas las Ediciones Latinas que corren de los libros sagrados se ha de tener por autentica, determina y declara que esta misma Edicion antigua y vulgata, que la Iglesia ha aprobado con el largo uso de tantos siglos se tenga por autentica en las lecciones públicas, sermones, predicaciones y exposiciones, y que nadie con ningun pretexto se atreva ó se propase á desecharla (14).

Además para contener á los ingenios petulantes, determina que en las materias de fé y de la moral, que sirven para restaurar la doctrina christiana, ninguno fiado en su juicio privado se atreva á interpretar la Escritura Sagrada, torciendola á su modo particular de pensar, contra el sentido que le ha dado y dá la Santa Madre Iglesia á quien pertenece juzgar de la verdadera inteligencia é interpretacion de

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Cans. 24. q. 3. c. *Hæresis* 27. & * c. *Quidam autem* 39. §. 70.

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(a) * Can. *Quidam autem* 39. caus. 24. q. 3. ex integris Isidori Hispalensis codicibus est emendandus.

Digitized by Google

rum, aut etiam (*a*) contra unanimem consensum patrum, ipsam scripturam sacram interpretari audeat; etiamsi hujusmodi interpretationes nullo umquam tempore in lucem edendæ forent. Qui contra venerint, per ordinarios declarentur, & pœnis à jure statutis puniantur.

Sed & (*b*) impressoribus modum in hac parte, ut par est, imponere volens, qui jam sine modo, hoc est, putantes sibi licere quidquid libet, sine licentia (10) superiorum ecclesiasticorum, ipsos sacræ scripturæ libros, & super illis annotationes, & expositiones (11) quorumlibet indifferenter, sæpe tacito, sæpe etiam ementito prelo, &, quod gravius est, sine nomine auctoris imprimunt; alibi etiam impresos libros hujusmodi temere venales habent; decernit, & statuit, ut posthac sacra scriptura, potissimum vero hæc ipsa vetus, & vulgata editio, quam emendatissime imprimatur: nullique liceat imprimere, vel imprimi facere quosvis libros de rebus sacris sine nomine auctoris: neque illos in futurum vendere, aut etiam apud se retinere, nisi primum examinati, probatique fuerint ab ordinario, sub pœna anathematis, & (12) pecuniæ in canone (*c*) concilii no-

VARIANTES.

(10) Superiorum & ecclesiasticorum *edit. Antv. & Par.* 1546. *Antv. & Col.* 1564. *Ven.* 1552. *Brix. Vird. Rhem. Lov-Bog.*

(11) Quomodolibet indifferentes *edit. Antv. & Par.* 1546. *Antv. & Col.* 1564. *Ven.* 1552. *Vird. Rhem. Brix. Lov-Bog.*

(12) Fœnæ, *edit. Antv. & Par.* 1546. *Antv. & Col.* 1564. *Ven.* 1552. *Vird. Rhem. Mediol. Brix. Lov-Bog.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sic Synodus Quini-sext. sive Trull. c. 19. Cap. *Exlit* 3. in fin. de verb. signif. in 6. * (*b*) Nunc etiam censuris bullæ Cœnæ impressores librorum prohibitorum innodantur. ** (*c*) Conc. Lateran. sub Leone X. de impress. lib. ***

Digitized by Google

las Santas Escrituras (15), ó tambien contra el sentir unánime de los Santos Padres, aún quando semejantes interpretaciones nunca se hayan de dar á luz (16). Los Ordinarios declaren á los contraventores, á quienes impongan las penas establecidas por derecho.

Y queriendo poner el Concilio, como es justo, límites en esta parte á los impresores, que ya con exceso, esto es, discurriendo les es licito quanto les es útil, imprimen sin licencia de sus superiores Eclesiásticos, los mismos libros de la Sagrada Escritura, y notas y explicaciones sobre ellos, compuestas por qualesquier personas indistintamente, muchas veces callando el nombre del impresor, y muchas fingiendolo, y lo que es mas grave, suprimiendo el del autor, y asimismo venden temerariamente libros de esta naturaleza impresos fuera, establece y manda que en lo sucesivo se imprima con la mas exâcta correccion la Sagrada Escritura, con especialidad esta misma Edicion antigua y vulgata (17), y que ninguno tenga facultad de imprimir ó hacer que se impriman qualesquier obras que traten de cosas sa-

ANIMAD. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(a) * Vide pro Belgio edit. 17. Julii 1526. 22. Septemb. 1540. & 29. April. 1550 (b) ** Exulat è Belgio, atque è plerisque Europæ regnis, bulla Cœnæ. Pro Belgio, hac in materia consule edict. 8. Maji 1521. 14. Octob. 1529. 7. Octob. 1531. 22. Septemb. 1540. 18. Decem. 1544. 19. Maji 1562. 19. Maji 1570. 11. Martii 1616. 29. Octob. 1626. 22. Febr. 1727. 25. Junii 1729. cum ejus interpret. dat. 9. Julii 1731. Edict. 4. Mart. 1755. item varia decreta, quæ reperiuntur parte 10. edict. Brab. lib. 2. tit. 4. & alia edicta, quæ habentur parte 1. edict. Fland. lib. 1. rubr. 7. pag. 129. & sqq. parte 2. lib. 1. rubr. 1. pag. 8. & sqq. parte 3. lib. 1. rubr. 6. pag. 69. & sqq. & parte 5. lib. 1. rubr. 7. pag. 85. & sqq. (c) *** Consule pro Belgio relationem gestorum circa concilii Tridentini promulgationem.

Digitized by Google

novissimi Lateranensis (13) apposita. Et si regulares fuerint, ultra examinationem, & probationem hujusmodi, licentiam quoque á suis superioribus impetrare teneantur, recognitis per eos libris, juxta formam (14) suarum ordinationum. Qui autem scripto eos communicant, vel evulgant, nisi antea examinati probatique fuerint, eisdem pœnis subjaceant, quibus impressores. Et qui eos habuerint, vel legerint, nisi prodiderint auctores, pro auctoribus habeantur. Ipsa vero hujusmodi librorum probatio in scriptis detur; atque ideo in fronte libri, vel scripti, vel impressi, autentice appareat; idque totum, hoc est, & probatio, & examen, gratis fiat; ut probanda probentur, & reprobentur improbanda.

(*a*) Post hæc, temeritatem illam reprimere volens, qua ad profana quæque convertuntur, & torquentur verba, & sententiæ sacræ scripturæ, ad scurrilia scilicet, fabulosa, vana, adulationes, detractiones, superstitiones, impias & diabolicas incantationes, divinationes, sortes, libellos etiam famosos; mandat, & præcipit ad tollendam hujusmodi irreverentiam, & contemptum, ne de cetero quisquam quomodolibet verba scripturæ sacræ ad hæc, & similia audeat usurpare; ut omnes hujus generis ho-

VARIANTES.

(13) Appositæ *edit. Antv. & Par.* 1546. *Antv. & Col.* 1564. *Ven.* 1552. *Vird. Rhem. Mediol. Brix Lov-Bog.*

(14) Instarum *edit. Antv. & Par.* 1546. *Antv. & Col.* 1464. *Ven.* 1550 *Vird. Rhem. Brix. Lov-Bog.*

NOTÆ CIFFLETII.

(*a*) Vide pro Belgio edict. 26. Septembr. 1663.

Digitized by Google

gradas sin poner en ellas el nombre de su autor, ni de venderlas en adelante ó retenerlas en su poder, sin que sean primero exâminadas y aprobadas por el Ordinario, so pena de anatema y de multa pecuniaria, impuesta en el Canon del último Concilio de Letran (18). Y si fueren Religiosos sus autores, además del exâmen y aprobacion expresada, deban tambien impetrar la licencia de sus Superiores, los que reconocerán los libros segun el tenor de sus constituciones (19).

En la misma pena que los impresores incurran aquellos que los comuniquen ó divulguen manuscritos, sin haber precedido su exâmen y aprobacion (20), y los que los tuvieren ó leyeren, sean tenidos por autores de ellos (21), si no declaran quienes los han compuesto. Esta aprobacion de los libros dese por escrito, y pongase autenticamente al principio de la obra escrita ó impresa; y tanto el exâmen como la aprobacion dese gratis, á fin de que de este modo se apruebe y reprueba lo que merezca serlo (22).

Además de esto, queriendo el mismo Concilio reprimir el atrevimiento que se advierte de aplicar y torcer las palabras y sentencias de la Sagrada Escritura á qualesquier asuntos profanos, es á saber, á chocarrerías, cuentos, futilidades, adulaciones, detracciones, supersticiones, encantos impíos y diabólicos, adivinaciones, sortilegios, y aun libelos infamatorios, ordena y manda, á efecto de abolir semejante irreverencia y desacato, que en lo venidero ninguno se atreva á valerse en manera alguna de las expresiones de la Sagrada Escritura en estos casos, ni otros de igual naturaleza, de suerte que los Obispos contengan con las penas de derecho, y otras

á

Digitized by Google

homines temeratores, & violatores verbi Dei, juris, & arbitrii pœnis per episcopos coerceantur.

Indictio futuræ sessionis.

Item hæc sacrosancta synodus statuit, & decernit proximam futuram sessionem tenendam, & celebrandam esse feria quinta post sacratissimum festum proximum pentecostes.

SESSIO V.*

Celebrata die XVII. mensis Iun. M. D. XLVI.

* *Ex collection. concil. Labb. Tom. XIV. pag. 648.*

* Anno à nativitate Domini millesimo quingentisimo quadragesimo sexto, indictione IV. die vero Iovis decima septima mensis Iunii, pontificatus santissimi in Christo patris & domini nostri domini Pauli, divina providentia papæ tertii, anno duodecimo, præsidentibus eisdem tribus apostolicæ sedis legatis, reverendus pater dominus Alexander de Picolominibus, Senensis, episcopus Pientinus in Tuscia, celebravit missam de Spiritu sancto in cathedrali ecclesia & loco sessionis. Deinde magister Marcus Laurens Calaber, frater ordinis Prædicatorum, habuit orationem. Qua finita, reverendissimi cardinales & alii prælati acceperunt pluvialia & mitras fueruntque factæ ceremoniæ in aliis sessionibus fieri solitæ: lectum fuit etiam decretum.

De-

Digitized by Google

á su arbitrio, á todos estos hombres, como profanadores y corruptores de la palabra de Dios (23).

Señalamiento de la Sesion próxîma.

Asimismo este santo Concilio establece y manda, se tenga y celebre la Sesîon siguiente el Juéves despues de la próxîma sacrosanta festividad de Pentecostés.

SESION V.

Celebrada el dia 17 de Junio de 1546.

El año de la Natividad del Señor mil quinientos quarenta y seis, indiccion IV. el Jueves 17 del mes de Junio, el año duodecimo del Pontificado del Santísimo en Christo Padre y Señor nuestro Paulo III. Papa por la divina providencia, presidiendo los mismos tres Legados de la Sede Apostólica, celebró Misa del Espíritu Santo en la Iglesia Catedral, y en el lugar de la Sesion, el Reverendo Padre y Señor Alexandro de Picolomini, natural de Sena, Obispo de Pienza en la Tuscia, á la qual siguió el Sermon, que predicó el Padre Maestro Marco Lorente Calabrés, del Orden de Predicadores; concluido este los Reverendísimos Cardenales y otros Prelados se revistieron de las Capas Pluviales y se pusieron las mitras, se hicieron las ceremonias acostumbradas en otras Sesiones, y tambien se leyó el Decreto.

De-

Digitized by Google

Ut fides nostra catholica, (*a*) sine qua impossibile est placere Deo, purgatis erroribus, in sua sinceritate integra, & illibata permaneat; & ne populus Christianus (*b*) omni vento doctrinæ circumferatur; cum (*c*) serpens ille antiquus humani generis perpetuus hostis, inter plurima mala, quibus ecclesia Dei his nostris temporibus perturbatur, etiam de peccato originali, ejusque remedio non solum nova, sed vetera etiam dissidia excitaverit: sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem tribus apostolicæ sedis legatis, jam ad revocandos errantes, & nutantes confirmandos accedere volens, sacrarum scripturarum, & sanctorum patrum, ac probatissimorum conciliorum testimonia, & ipsius ecclesiæ judicium, & consensum secuta, hæc de ipso peccato originali statuit, fatetur, ac declarat.

1. Si (*d*) quis non confitetur, primum hominem Adam, cum mandatum Dei in paradiso fuisset transgressus, statim sanctitatem, & justitiam, in qua constitutus fuerat, amisisse, incurrisseque per offensam prævaricationis hujusmodi iram, & indignationem Dei, atque ideo mortem, quam antea illi (*e*) comminatus fuerat Deus, & cum morte captivitatem sub ejus potestate, (*f*) qui mortis deinde habuit imperium, hoc est diaboli (15) totumque Adam per illam prævaricationis offensam, secundum corpus, & animam

VARIANTES.

(15) Solumque, *edit. Antv. & Par. 1546. Brix. Vird. Rhem.*

Digitized by Google

Para que nuestra Fé Catolica, sin la qual es imposible agradar á Dios, se conserve, disipados los errores, íntegra y pura en su sinceridad, y á fin de que el Pueblo Christiano no se dexe llevar de qualquiera viento de Doctrina, pues aquella antigua serpiente, perpetuo enemigo del género humano, entre los muchos males que en estos nuestros tiempos afligen á la Iglesia de Dios, ha resucitado asimismo, no solo nuevos, sino tambien los pasados disturbios acerca del pecado original y de su remedio; el sacrosanto ecuménico y general Concilio de Trento, legítimamente congregado en el Espiritu Santo, y presidido por los mismos tres Legados de la Santa Sede, queriendo reducir á los descaminados, y fortalecer á los que vacilan, siguiendo las autoridades de la Sagrada Escritura, y de los Santos Padres, y de los mas bien recibidos Concilios, y el juicio y consentimiento de la misma Iglesia, establece, confiesa y declara lo siguiente acerca del mismo pecado original.

1.° Si alguno no confiesa que Adan, el primer hombre, quando quebrantó en el Paraiso el mandamiento de Dios, perdió al instante la santidad y justicia en que habia sido constituido, y que por la ofensa que cometió con semejante prevaricacion, incurrió en la ira é indignacion de Dios, y por esta razon en la muerte con que ántes le habia amenazado Dios, y con la muerte en la esclavitud baxo el

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Ad Hebr. 11. ℣. 6. (*b*) Ad Ephes. 4. ℣. 14. (*c*) Genes. 3. (*d*) Cœlest. 1. epist. 1. cap. 4. (*e*) Genes. 2. ℣. 17. (*f*) Ad Hebr. 2. ℣. 14. Conc. Arausic. II. cap. 1.

Digitized by Google

mam in deterius commutatum fuisse : anathema sit.

2. Si quis Adæ prævaricationem sibi soli, & (*a*) non ejus propagini asserit nocuisse ; & acceptam à Deo sanctitatem, & justitiam, quam perdidit, sibi soli, & non nobis etiam eum perdidisse ; aut inquinatum illum per inobedientiæ peccatum, mortem, & pœnas corporis tantum in omne genus humanum transfudisse, non autem & peccatum, quod mors est animæ : anathema sit : cum contradicat Apostolo dicenti : (*b*) *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors : & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt.*

3. Si quis hoc Adæ peccatum, quod origine unum est, & propagatione, non imitatione (16) transfusum omnibus, inest unicuique proprium, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium asserit tolli, quam per (17) meritum unius mediatoris Domini nostri Iesu Christi, (*c*) qui nos Deo reconciliavit in sanguine suo, factus nobis (*d*) justitia, sanctificatio, & redemptio ; aut negat ipsum Christi Jesu meritum per baptismi sacramentum in forma ecclesiæ rite collatum, tam adultis, quam parvulis applicari: ana-

VARIANTES.

(16) Transfusum, in omnibus inest *edit. Antv. & Par.* 1546. *Ven.* 1552. *Antv. & Col.* 1564. transfusum & omnibus inest *Vird. Rhem.* transfusum & in omnibus inest *Brix.* transfusum in omnibus inest *Lov-Bog.*

(17) Medium, *Brix. Vird Rhem. Lov-Bog.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Ad Rom. 5. ℣. 12. 1. ad Corinth. 15. ℣. 21. & 22. Conc. Arausic. II. cap. 2. (*b*) Ad Rom. 5. ℣. 12. Dist. 4. de consecr. c. *Quæris* 129. c. *Regeneratæ* 136. & c. *Placuit* 153. (*c*) 1. Ad Tim. 2. ℣. 5. & 6. Ad Coloss. 2. ℣. 13. Ad Ephes. 2. ℣. 13. (*d*) 1. Ad Corinth. 1. ℣. 30.

Digitized by Google

dominio de aquel, que tuvo despues el imperio de la muerte, esto es, del demonio (24), y que todo Adan, mediante aquella ofensa de su transgresion, pasó en quanto al cuerpo y el alma á peor estado: sea anatematizado (25).

2.° Si alguno afirma que la transgresion de Adan le dañó á él solo, y no á sus descendientes, y que habiendo perdido la santidad y justicia que de Dios recibió, la perdió para sí unicamente, y no tambien para nosotros, ó que manchado con el pecado de desobediencia solamente transmitió en el género humano la muerte y penas corporales, mas no el pecado, que es la muerte del alma, sea anatematizado, pues esto se opone al Apostol que dice: *por un hombre entró en el mundo el pecado, y con el pecado la muerte, y de este modo pasó á todos los hombres la muerte, por aquel en quien todos pecaron.* (26).

3.° Si alguno afirma que este pecado de Adan, que en el origen es uno mismo, y que transfundido á todos por la generacion, y no por imitacion es propio de cada uno (27), se borra con las fuerzas de la naturaleza humana, ó con otro remedio que no sean los merecimientos de un medianero, que es Jesu-Christo nuestro Señor, quien nos reconcilió con Dios, derramando su sangre, haciendose para nosotros justicia, santificacion y redencion (28); ó niega que los mismos meritos de Jesu-Christo se aplican tanto á los adultos, como á los parvulos, por medio del Sacramento del Bautismo debidamente administrado segun la forma de la Iglesia, sea anatematizado; porque á los hombres no se les ha concedido debaxo del Cielo otro nombre con que debamos salvarnos. Por esto se dice: *ved aquí el cordero de*

Digitized by Google

anathema sit : *Quia* (*a*) *non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.* Unde illa vox : (*b*) *Ecce agnus Dei : ecce qui tollit peccata mundi.* Et illa (*c*) *Quicumque baptizati estis, Christum induistis.*

4. Si quis parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, etiam si fuerint à baptizatis parentibus orti ; aut dicit (*d*) in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lavacro necesse sit expiari ad vitam æternam consequendam ; unde fit consequens, ut in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non vera, sed falsa intelligatur: anathema sit : quoniam non aliter intelligendum est id, quod dixit Apostolus : (*e*) *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors : & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt* : nisi quemadmodum ecclesia catholica ubique diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei ex traditione Apostolorum etiam parvuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in remissionem peccatorum veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt. (*f*) *Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.*

5. Si quis per Jesu Christi Domini nostri gratiam ; quæ in baptismate confertur, reatum originalis

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Act. 4. ℣. 12. (*b*) Joan. 1. ℣. 29. (*c*) Ad Galat. 3. ℣. 27. (*d*) Conc. Milevit. II. c. 2. Conc. vulgo dict. Afric. c. 77. apud Labb. tom. II. conc. pag. 1644. Dist. 4. de consecr. c. *Placuit.* 153. (*e*) Ad Roman. 5. ℣. 12. Dist. 4. de consecr. c. *Quæris* 129. c. *Regenerante* 136. & c. *Placuit* 153. (*f*) Joan. 3. ℣. 5. Dist. 4. de consecr. c. *Filius* 8. & c. *Non dubito* 149. Cap. *Debitum* cum. seq. 4. & 5. ✠ de Bapt.

Digitized by Google

Dios, ved al que quita los pecados del mundo: y tambien: *los que fuisteis bautizados os revestisteis de Jesu-Christo* (29).

4.° Si alguno niega que se deben bautizar los niños recien nacidos, aunque hayan nacido de padres bautizados (30), ó dice que se les bautiza para remision de los pecados; pero que nada traen del pecado original de Adan, que necesite purificarse con el agua de la regenaracion para alcanzar la vida eterna (31), deduciendose de aquí que se debe tener en ellos por falsa y no verdadera la forma del Bautismo para perdon de los pecados, sea anatematizado, pues no en otro sentido se ha de entender la expresion del Apostol: *Por un hombre entró en el mundo el pecado, y por el pecado la muerte, y así pasó á todos los hombres la muerte por aquel en quien todos pecaron*; sino en el que siempre lo ha entendido la Iglesia Catolica esparcida por todo el mundo. Por esta regla, pues, de fé, que viene de la tradicion de los Apostoles, aun los niños que todavía no pudieron cometer por sí pecado alguno, se bautizan verdaderamente en remision de los pecados, á fin de que con la regeneracion se purifique en ellos la mancha que contraxeron por la generacion. *Qualquiera que no renazca del agua y del Espíritu Santo, no puede entrar en el Reyno de Dios* (32).

5.° Si alguno niega que el reato del pecado original no se perdona por la gracia de nuestro Señor Jesu-Christo, la qual se confiere en el bautismo (33), ó tambien afirma que no se borra por ella todo lo que contiene en sí propia y verdadera razon de pecado, sino que únicamente como que se rae, ó no se imputa, sea anatematizado (34). Es constante que Dios nada aborrece en los que han sido regenerados, por-

Digitized by Google

iis peccati remitti negat, aut etiam asserit, non tolli totum id, quod veram, & propriam peccati rationem habet; sed illud dicit tantum radi, aut non imputari: anathema sit. (*a*) In renatis enim nihil odit Deus, quia nihil est damnationis iis, qui vere (*b*) consepulti sunt cum Christo per baptisma in mortem: (*c*) qui non secundum carnem ambulant, sed (*d*) veterem hominem exuentes, & novum, qui secundum Deum creatus est, induentes, innocentes, immaculati, puri, innoxii, ac Deo dilecti effecti sunt, (*e*) heredes quidem Dei, coheredes autem Christi, ita ut nihil prorsus eos ab ingressu cæli remoretur. Manere autem in baptizatis concupiscentiam, vel fomitem, hæc sancta synodus fatetur, & sentit: quæ cum ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, (18) viriliter per Christi Jesu gratiam repugnantibus non valet: quin imo (*f*) *Qui legitime certaverit, coronabitur.* Hanc concupiscentiam, quam aliquando (*g*) Apostolus peccatum appellat, sancta synodus declarat, ecclesiam catholicam numquam intellexisse peccatum appellari, quod vere, & proprie in renatis peccatum sit, sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium senserit, anathema sit.

(19) Declarat tamen hæc ipsa sancta synodus, non esse

VARIANTES.

(18) Sed viriliter, *edit. R. in 4. Rom. Vat. Ven. 1564. Lov. & Dil. Reliquæ editiones* et viriliter.

(19) *Tota hæc periodus*: Declarat &c. *usque ad finem decreti, abest ab edit. Antv. & Par. 1546. Ven. 1552., nec reperitur in summa conciliorum Caranzæ, qui Tridentino interfuit, ut probant illius editiones, Parisiensis 1550. Antverpiensis 1556. & 1600. Non reperitur etiam in collectione adornata à Petro Crabbe ordinis Franciscanorum, edita Coloniæ 1551. Reperitur tamen in actis concilii Tridentini primo per Melanchtonem editis* an-

Digitized by Google

porque no se halla cosa alguna que merezca condenacion en aquellos que verdaderamente han sido sepultados en la muerte junto con Christo por el bautismo (35); que no viven segun la carne, sino que desnudandose del hombre viejo, y vistiéndose del nuevo, que fue creado segun Dios, se han convertido en inocentes, inmaculados, puros, sin culpa y amados de Dios, verdaderos herederos suyos, y coherederos de Jesu-Christo, de suerte que ninguna cosa absolutamente les retarda la entrada en el Cielo (36). Sin embargo este Santo Concilio confiesa y siente que en los bautizados queda la concupiscencia ó fomes del pecado, y que habiendosenos dexado para nuestro exercicio, no puede dañar á los que no consienten y resisten á ella con valor, ayudados de la gracia de Jesu-Christo, ántes bien *será coronado el que peleare legítimamente* (37). El Santo Concilio declara que esta concupiscencia, á la que el Apostol dá alguna vez el nombre de pecado, nunca ha entendido la Iglesia Catolica, que se llama pecado, porque verdadera y propiamente lo sea en los renacidos, sino porque proviene del pecado, é inclina á él. Si alguno con todo sintiere lo contrario sea anatematizado (38).

Sin embargo, este mismo Santo Concilio declara

anno 1546., *ubi & in antidoto Calvini edito* 1547. *Prima catholica editio, in qua hæc periodus legitur, est Mediolanensis* 1547., *cui concordant editiones Romanæ anni* 1564. *& omnes aliæ posteriores.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Ad Rom. 6. & 8. (*b*) Ad Rom. 6. ℣. 3. & 4. Dist. 4. de consecr. c. *Proprie* 13. (*c*) Ad Rom. 8. ℣. 1. (*d*) Ad Coloss. 3. ℣. 9. & 10. (*e*) Ad Ephes. 4. ℣. 24. De pœnit. dist. 2. c. *Quomodo renovari* 31. Ad Rom. 8. Ad Galat. 3. ℣. 27. (*f*) 2. Ad Tim. 2. ℣. 5. (*g*) Ad Rom. 6. 7. & 8. Ad Coloss. 3.

Digitized by Google

esse suæ intentionis comprehendere in hoc decreto, ubi de peccato originali agitur, beatam & immaculatam virginem Mariam, Dei genitricem; sed observandas esse (*a*) constitutiones felicis recordationis Xysti papæ IV., sub pœnis in eis constitutionibus contentis, quas innovat.

Decretum de reformatione.

CAPUT I.

De instituenda lectione sacræ scripturæ & liberalium artium.

Eadem sacrosancta synodus, piis summorum pontificum, & probatorum (*b*) conciliorum constitutionibus inhærens, easque amplectens, & illis adjiciens, ne cælestis ille sacrorum librorum thesaurus, quem Spiritus sanctus summa liberalitate hominibus tradidit, neglectus jaceat, statuit, & decrevit, quod in illis ecclesiis, in quibus præbenda, aut præstimonium, seu aliud quovis nomine nuncupatum stipendium pro lectoribus sacræ theologiæ deputatum reperitur, episcopi, archiepiscopi, primates, & alii locorum ordinarii eos, qui præbendam, aut præstimonium, seu stipendium hujusmodi obtinent, ad ipsius sacræ scripturæ expositionem, & interpretationem per se ipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneum substitutum ab ipsis episcopis, archiepiscopis,

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Extrav. *Cum præexcelsa & Grave nimis* 1. & 2. de reliq. & vener. sanct. int. comm. (*b*) Conc. Lateran. sub Innoc. III. cap. 11. Cabilon. II. cap. 3. Dist. 37. c. *De quibusdam* 12.

Digitized by Google

ra no ser su intencion comprehender en este Decreto, en que se habla del pecado original, á la Bienaventurada é Inmaculada Virgen María, Madre de Dios, sino que se observen las constituciones del Pontifice Sixto IV. de feliz memoria, baxo de las penas en ellas contenidas, las que renueva (39).

Decreto de reforma.

CAPITULO I.

Sobre que se establezca la enseñanza de la Sagrada Escritura, y de la Latinidad.

Insistiendo el mismo sacrosanto Concilio en las disposiciones piadosas de los Sumos Pontífices y de los Concilios aprobados, abrazándolas y ampliándolas, á fin de que no esté descuidado aquel celestial tesoro de los Libros Sagrados que el Espíritu Santo comunicó con suma liberalidad á los hombres, estableció y decretó que en aquellas Iglesias en que hay asignada alguna prebenda, préstamo ú otra renta, con qualquier nombre que se titule, para el sustento de Lectores de Sagrada Teología, los Obispos, Arzobispos, Primados y demás Ordinarios locales obliguen, aun con privacion de los frutos (40), á los que gozan semejante prebenda, préstamo ó renta, á explicar é interpretar personalmente la Sagrada Escritura si fuesen sugetos capaces, y si no lo fueren, por un substituto idoneo que elegirán los mismos Obispos, Arzobispos, Primados y demás Ordinarios Territoriales. Pero en adelante no se confiera esta prebenda, préstamo ó renta, sino á personas aptas, y que por sí propias puedan desempeñar este ministerio, y la pro-

Digitized by Google

pis, primatibus, & aliis locorum ordinariis eligendum, etiam per substractionem fructuum, cogant, & compellant. De cetero vero præbenda, præstimonium, aut stipendium hujusmodi non nisi personis idoneis, & quæ per se ipsos id munus explicare possint, conferantur: & aliter facta provisio nulla sit, & invalida.

(a) In ecclesiis autem metropolitanis, vel cathedralibus, si civitas insignis, vel populosa, ac etiam in colegiatis existentibus in aliquo insigni oppido, etiam nullius diœcesis, si ibi clerus numerosus fuerit, ubi nulla præbenda, aut præstimonium, seu stipendium hujusmodi deputatum reperitur, præbenda quomodocumque, præterquam ex causa resignationis, primo vacatura, cui aliud onus incompatibile (20) injunctum non sit, ad eum usum ipso facto perpetuo constituta, & deputata intelligatur: & quatenus in ipsis ecclesiis nulla, vel non sufficiens præbenda foret (b), metropolitanus, vel episcopus ipse per assignationem fructuum alicujus simplicis beneficii, ejusdem tamen debitis supportatis oneribus, vel per contributionem beneficiatorum suæ civitatis, & diœcesis, vel alias, prout commodius fieri poterit, de capituli consilio ita provideat, ut ipsa sacræ scripturæ lectio habeatur, ita tamen, ut quæcumque aliæ lectiones, vel consuetudine, vel quavis alia ratione institutæ propter id minime prætermittantur. Ecclesiæ ve-

VARIANTES.

(20) Junctum, *edit. Antv. & Par.* 1546. *Ven.* 1552. *Lov-Bog. Antv. & Col.* 1564.

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Cap. *Quia nonnullis* 4. ℣ de magist. Infra sess. 23. cap. 18. de reform. * (b) Vide sess. 24. cap. 15. de reform.

Digitized by Google

vision que se haga en otros términos sea nula é invalida (41). Respecto á las Iglesias Metropolitanas ó Catedrales, si la Ciudad fuese grande ó populosa, y tambien en las Colegiatas establecidas en algun Pueblo grande, aunque no esté sujeto á ningun Obispado, si fuese numeroso el Clero, y donde no hubiese ninguna fundacion de prebenda, préstamo, ó renta de esta clase, la primera prebenda que vaque de qualquiera modo, no siendo por resignacion, y no teniendo anexa otra carga incompatible, se entienda por el mismo hecho fundada y destinada perpetuamente para este fin (42). Y si sucediese no haber en las mismas Iglesias ninguna Prebenda, ó no ser suficiente la que hubiese, el Metropolitano ó el Obispo, por sí propio, con consejo del Cabildo, provean de modo que se establezca esta lectura de Escritura Sagrada (43), aplicando á este fin los frutos de algun beneficio simple, cumplidas sus debidas cargas, ó haciendo contribuir á los beneficiados de su Ciudad y Obispado, ó valiendose de aquel medio que parezca mas cómodo, sin que por esto dexen en manera alguna de continuarse qualesquiera otras lecciones fundadas por costumbre ú otra qualquier causa (44).

Pero aquellas Iglesias cuyas rentas anuales fuesen tenues, y donde el número del Clero y de los moradores sea tan corto que no se pueda establecer en ellas con comodidad la enseñanza de la Teología, tengan á lo ménos un Maestro, que ha de elegir el Obispo con consejo del Cabildo, que enseñe gratuitamente la Gramática á los Clerigos, y otros estudiantes

ADDIT. AD NOTAS CHIFFLET.

(a) * Consule pro Belgio relationem gestorum circa conc. Trident. promulg. & recept.

Digitized by Google

vero, quarum annui proventus tenues fuerint, & ubi tam exigua est cleri, & populi multitudo, ut theologiæ lectio in eis commode haberi non possit, saltem (*a*) magistrum habeant ab episcopo cum consilio capituli eligendum, qui clericos, aliosque scholares pauperes grammaticam gratis doceat, ut deinceps ad ipsa sacræ scripturæ studia, annuente Deo, transire possint. Ideoque illi (*b*) magistro grammaticæ, vel alicujus simplicis beneficii fructus, quos tamdiu percipiat, quamdiu in docendo perstiterit, assignentur; dum tamen beneficium ipsum suo debito non fraudetur obsequio: vel ex capitulari, vel episcopali mensa condigna aliqua merces persolvatur, vel alias episcopus ipse aliquam rationem ineat suæ ecclesiæ, & diœcesi accommodam, ne pia hæc utilis, atque fructuosa provisio quovis quæsito colore negligatur. In monasteriis quoque monachorum, ubi commode fieri queat, etiam (*c*) lectio sacræ scripturæ habeatur. Qua in re si abbates negligentes fuerint, episcopi locorum, in hoc ut sedis apostolicæ delegati, eos ad id opportunis remediis compellant. In conventibus vero aliorum regularium, in quibus studia commode vigere possunt, sacræ scripturæ lectio similiter habeatur. Quæ lectio à capitulis generalibus, vel provincialibus assignetur dignioribus magistris. In gymnasiis etiam publicis, ubi tam honorifica, & ceterorum omnium maxime necessaria lectio hactenus ins-

NOTÆ CHIFFETII.

(*a*) Conc. Constantinop. VI. Cap. 1. cap. 1. & 4. ☞ de magist. Conc. Lateran. sub Alexand. III. cap. 18. & sub Innoc. III. cap. 11. Vide infra sess. 23. cap. 18. de refor. Clement. *Ne in agro*, 1. de stat. monach. Cap. *Prohibeas* 2. ☞ de magist. (*b*) Is ad professionem fidei tenetur ex bulla Pii IV. *In sacrosancta* 1564. * (*c*) Cui addidit Paulus V. lectionem Hebraicam, Græcam & Arabicam, const. *Apostolica* 1610.

Digitized by Google

tes pobres, para que con el favor de Dios puedan despues ir á estudiar la Sagrada Escritura (45), para lo qual se asignarán á este Maestro de Gramatica, ó bien la renta de algun beneficio simple, la que percibirá mientras siga enseñando, con tal que se verifique el cumplimiento de las cargas á que está afecto (46), ó bien se le dé un correspondiente honorario de la Mesa Capitular ó Episcopal, ó por otra parte el Obispo mismo arbitre algun medio acomodado á su Iglesia y Obispado, para que no se descuide con ningun pretexto esta piadosa, útil y ventajosa providencia (47). Lease tambien la Sagrada Escritura en los Monasterios de los Monges en que pueda verificarse cómodamente, y si los Abades fueren negligentes en este punto, obliguenles á ello con oportunos remedios los Obispos de los Lugares, como Delegados de la Silla Apostolica (48).

Enseñese tambien la Sagrada Escritura en los Conventos de los demás Regulares, donde comodamente puedan florecer los estudios, confiriendo los Capítulos generales ó provinciales las lecturas á los Maestros mas dignos (49).

En las Esculas públicas en que hasta ahora no se haya establecido una enseñanza tan honrosa, y la mas necesaria de todas, instituyase por la piedad y caridad de los Religiosímos Príncipes y Repúblicas, para defensa y aumento de la Fé Catolica, conservacion y propagacion de la sana Doctrina, y restablez-

ANIMADV. AD NOTAS CHIFFLET.

(b) * Qui ad hanc professionem in Belgio teneantur, disce ex synodis, Cameracensi 1586. tit. 1. Mechlin. 1607. tit. 1., & edictis ad earum executionem datis.

Digitized by Google

instituta non fuerit, religiosissimorum principum, ac rerumpublicarum pietate, & caritate ad catholicæ fidei defensionem, & incrementum, sanæque doctrinæ conservationem, & propagationem, instituatur; & ubi instituta foret, & negligeretur, restituatur. Et (*a*) ne sub specie pietatis impietas disseminetur, statuit eadem sancta synodus, neminem ad hujusmodi lectionis officium tam publice, quam privatim admittendum esse, qui prius ab episcopo loci de vita, moribus, & scientia examinatus, & approbatus non fuerit: quod tamen de lectoribus in claustris monachorum non intelligatur.

Docentes vero ipsam sacram scripturam, dum publice in scholis docuerint, & (*b*) scholares, qui in ipsis scholis student, privilegiis omnibus de perceptione fructuum, præbendarum, & beneficiorum suorum in absentia á jure communi concessis, plene gaudeant, & fruantur.

CAPUT II.

De verbi Dei concionatoribus & quæstoribus eleemosynariis.

Quia vero Christianæ reipublicæ (*c*) non minus necessaria est prædicatio evangelii, quam lectio, & (*d*) hoc est præcipuum episcoporum munus; statuit, & decrevit eadem sancta synodus, omnes episcopos, archiepiscopos, primates, & omnes alios ecclesiarum præ-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Hinc emanavit bulla Pii IV. de profess. fidei 13. Decemb. 1564. (*b*) Cap. *Super specula* 5. de magist. (*c*) Vide sess. 24. cap. 4. de ref. (*d*) Conc. Tolet. XI. cap. 2.

Digitized by Google

blezcase donde esté fundada y por negligencia se halle interrumpida (50).

Y para evitar que con capa de religion se difunda la impiedad, ordena el mismo Santo Concilio no se admita á exercer este ministerio en público ó en particular á ninguno, sin que primero sea exâminado sobre su vida, costumbres y capacidad, y aprobado por el Obispo Diocesano (51), lo que no deberá entenderse con los lectores de los Monasterios (52). Y así los Profesores de la misma Escritura Sagrada mientras la enseñen publicamente en las Escuelas, como los que las estudian en ellas, logren y gocen de todos los privilegios que concede el derecho comun á los ausentes, de percibir los frutos de sus Prebendas y Beneficios (53).

CAPITULO II.

De los Predicadores de la palabra de Dios y de los Qüestores ó Limosneros.

No siendo ménos necesaria para el bien de la República Christiana la predicacion del Evangelio, que su enseñanza (54), y siendo esta la principal funcion de los Obispos (55), estableció y mandó el mismo Santo Concilio, que todos los Obispos, Arzobispos, Primados, y qualesquier otros Prelados de las Iglesias estén obligados, no estando legítimamente impedidos, á predicar por sí mismos el Santo Evangelio de Jesu-Christo (56), pero si sucediese que los Obispos y demás referidos tengan justo impedimento, deban con arreglo á lo dispuesto en el Concilio general, valerse de sugetos idoneos para que exerzan con provecho de las almas este ministerio de la

Digitized by Google

prælatos teneri per se ipsos, si legitime impediti non fuerint, ad prædicandum sanctum Jesu Christi evangelium. Si vero contigerit, episcopos, & alios prædictos legitimo detineri impedimento: juxta formam (*a*) generalis concilii, viros idoneos assumere (*b*) teneantur ad hujusmodi prædicationis officium salubriter exequendum. Si quis autem hoc adimplere contempserit, districtæ subjaceat ultioni. Archipresbyteri quoque, plebani, & quicumque parochiales, vel alias curam animarum habentes, ecclesias quocumque modo obtinent, per se, vel alios idoneos, si legitime impediti fuerint, (*c*) diebus saltem Dominicis, & festis solemnibus, plebes sibi commissas pro sua, & earum capacitate pascant salutaribus verbis; docendo ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem; annuntiandoque eis cum brevitate, & facilitate sermonis vitia, quæ eos declinare, & virtutes quas sectari oporteat; ut pœnam æternam evadere, & cælestem gloriam consequi valeant. Id vero si quis eorum præstare negligat, etiam si ab episcopi jurisdictione quavis ratione exemptum se esse prætenderet; etiam si ecclesiæ quovis modo exemptæ dicerentur, aut alicui monasterio, etiam extra diœcesim existenti, forsan annexæ, vel unitæ, modo re ipsa in diœcesi sint, provida pastoralis episcoporum solicitudo non desit, ne illud impleatur (*d*): *Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.* Itaque ubi ab episcopo moniti trium mensium spatio muneri suo defuerint, per censuras ecclesiasticas, seu alias ad ipsius

(*a*) Cap. *Inter cetera* 15. de offic. jud. ordin. (*b*) Vide sess. 24. cap. 4. de ref. (*c*) Cap. *Exiit* de verbor. signif. in 6. Conc. Lateran. sub Leone X. sess. 11. (*d*) Jerem. thren. 4. ℣. 4.

Digitized by Google

la predicacion (57, y si alguno despreciare el hacerlo así, sea castigado con severidad.

Del mismo modo los Arciprestes, Párrocos, y todos los que de qualquier modo poseen Iglesias Parroquiales, ú otras con cura de almas, den á lo ménos los Domingos y Fiestas solemnes por sí, ú otras personas capaces, hallandose impedidos, pasto saludable á los Pueblos que les están encomendados (58), conforme á su propia comprehension, y á la de ellos, enseñando lo que todos necesitan saber para salvarse, explicándoles en pocas y sencillas palabras los vicios de que se han de apartar, y las virtudes que deben seguir para librarse de las penas eternas, y alcanzar la gloria celestial (59). Y si alguno de estos dexare de hacerlo así, empleen los Obispos su cuidado y vigilancia pastoral para que se cumpla, no obstante que el negligente alegue exêncion por qualquier motivo de la jurisdicion Episcopal, y aun quando las Iglesias expusiesen con qualquier motivo estar exêntas, ó por casualidad anexas ó unidas á algun Monasterio, aunque esté fuera de la Diócesis, con tal que en la realidad se halle en la extension de ella, para que no se verifique aquel dicho de la Escritura: *Los niños pidieron pan, y no habia quien se lo partiese.* Y así siempre que amonestados por el Obispo faltaren tres meses al cumplimiento de su cargo, el mismo Obispo apremieles á ello con censuras eclesiásticas, ó de otro modo á su arbitrio, y si le pareciere conveniente pueda asignar de los frutos de los beneficios algun decente honorario á otro que lo desempeñe, hasta tanto que el titular arrepentido de su falta cumpla con su obligacion (60).

Si acaso hubiese algunas Iglesias Parroquiales que estuviesen sujetas á Monasterios no pertenecientes á

Digitized by Google

sius episcopi arbitrium cogantur, ita ut etiam, si ei sic expedire visum fuerit, ex beneficiorum fructibus alteri, qui id præstet, honesta aliqua merces persolvatur, donec principalis ipse (21) resipiscens officium suum impleat.

Si quæ vero parochiales ecclesiæ reperiantur subjectæ monasteriis, in nulla diœcesi existentibus, si abbates, & regulares prælati in prædictis negligentes fuerint, à metropolitanis, in quorum provinciis diœceses ipsæ sitæ sunt, tamquam quoad hoc sedis apostolicæ delegatis, compellantur. Neque hujus decreti executionem consuetudo, vel exemptio, aut appellatio, aut reclamatio, sive recursus impedire valeat, quosque desuper à competenti judice, qui summarie, & sola facti veritate inspecta procedat, cognitum, & decisum fuerit (*a*). Regulares vero cujuscumque ordinis, nisi à suis superioribus de vita, moribus, & scientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in ecclesiis suorum ordinum, prædicare non possint: cum qua licentia personaliter se coram episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur antequam predicare incipiant. In ecclesiis vero, quæ suorum ordinum non sunt, ultra licentiam suorum superiorum, (*b*) etiam episcopi licentiam habere teneantur; sine qua in ipsis ecclesiis non suorum ordinum nullo modo prædicare possint. Ipsam autem licentiam gratis episcopi concedant.

Si

VARIANTES.

(21) Recipiens, *edit. Antv. & Par.* 1546. *Ven.* 1552.

NOTE CHIFFLETII.

(*a*) Conc. Lateran. sub. Leone X. sess. 11. (*b*) Cap. *Excommunicamus*, 13. *Quia vero* 6. de hæret. Vide sess. 24. cap. 4. de ref. *

Digitized by Google

Diócesis alguna, si sus Abades y Prelados Regulares fuesen omisos en lo referido, compelanlos á su cumplimiento los Metropolitanos en cuyas Provincias estén comprehendidas dichas Diócesis, obrando en esto como Delegados de la Sede Apostolica (61), sin que pueda impedir la execucion del presente Decreto ninguna costumbre, exêncion, apelacion, reclamacion ó recurso, hasta que conozca de ello y lo decida un Juez Superior competente, quien proceda sumariamente, y atendida sola la verdad del hecho (62).

Pero los Regulares, de qualquier Orden que sean, sin ser primero exâminados acerca de su vida, costumbres é instruccion, y aprobados por sus Superiores, y con licencia suya, no puedan predicar aun en las Iglesias de sus Ordenes, y con cuya licencia estén obligados á presentarse en persona á los Obispos y pedirles su bendicion ántes de exercer la predicacion (63). Y en las Iglesias que no fuesen de su Orden, deban impetrar además de la licencia de sus Prelados, la del Obispo, sin la que de ningun modo tengan facultad de predicar en dichas Iglesias que no sean de su Orden (64): concederán graciosamente los Obispos esta licencia (65).

Pero si, lo que Dios no quiera, acaeciese que algun Predicador sembrare en el Pueblo errores ó máximas escandalosas, aunque predique en Monasterio de su Orden ó de otra, el Obispo quitele las licencias de predicar (66), y si predicare heregías, proceda contra él con arreglo á lo dispuesto por de-

ADDIT AD NOT. CHIFFLET.

(b) * Pro Belgio consule synod. Camerac. ann. 1586. tit. 2. & Mechlin ann. 1607. tit. 11.

Digitized by Google

Si vero, quod absit, prædicator errores, aut scandala disseminaverit in populum, etiam si in monasterio sui, vel alterius ordinis prædicet, episcopus ei prædicationem interdicat. Quod si hæreses prædicaverit; contra eum secundum juris dispositionem, aut loci consuetudinem procedat; etiam si prædicator ipse generali, vel speciali privilegio exemptum se esse prætenderet. Quo casu episcopus auctoritate apostolica, & tamquam sedis apostolicæ delegatus procedat. Curent autem episcopi, ne quis prædicator vel ex falsis informationibus, vel alias calumniose vexetur, justamve de eis conquerendi occasionem habeat.

Caveant præterea episcopi, ne aliquem vel eorum, qui, cum sint nomine regulares, extra claustra tamen, & obedientiam religionum suarum vivunt; vel presbyterorum sæcularium, nisi ipsis noti sint, & moribus atque doctrina probati, etiam quorumlibet privilegiorum prætextu, in sua civitate, vel diœcesi prædicare permittant, donec ab ipsis episcopis super ea re sancta sedes apostolica consulatur: à qua privilegia hujusmodi nisi tacita veritate, & expresso mendacio ab indignis extorqueri verisimile non est.

(*a*) Quæstores vero eleemosynarii, qui etiam quæstuarii vulgo dicuntur, cujuscumque conditionis existant, nullo modo nec per se, nec per alium prædicare præsumant: & contra facientes, ab episcopis, & ordinariis locorum, privilegiis quibuscumque non obstantibus, opportunis remediis omnino (22) arceantur.

In-

VARIANTES.

(22) Coerceantur, *edit. Antv. & Par.* 1564. *Ven.* 1552.

Digitized by Google

derecho, ó á la costumbre del Lugar, aun quando el Predicador expusiese estar exênto por privilegio general ó especial, en cuyo caso proceda el Obispo en virtud de autoridad Apostolica, y como Delegado de la Santa Sede (67). Cuiden empero los Obispos de que ningun Predicador sea vexado calumniosamente con falsos informes, ó por otro medio, y de no darle motivo para que se queje justamente de ellos.

Guardense además los Obispos de dar licencia de predicar en su Ciudad ú Obispado á ninguno de aquellos que siendo Religiosos en el nombre, viven no obstante fuera del claustro y obediencia de sus Religiones; ni á ninguno de los Presbíteros seculares sin conocerlos, y que sean de buenas costumbres y doctrina, aun con pretexto de qualesquier privilegios, hasta que los mismos Obispos consulten sobre este punto á la Silla Apostolica, de la que no es verosimil obtengan semejantes privilegios sugetos indignos, sino callando la verdad y diciendo mentira (68).

Los Qüestores ó Limosneros de qualquier clase que sean, de ningun modo intenten predicar por sí ni por otro, y los Obispos y Ordinarios Locales impidanselo enteramente á los contraventores con remedios convenientes, no obstante qualesquier privilegios (69).

Se

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Con. Lateran. sub Innoc. III. cap. 62. Cap. *Cum ex eo* 14. ℣ de pœnit. & remiss. Clement. *Abusionibus* 2. de pœnit. & remiss. Cap. *Ut officium* 11. §. Compescendi 2. de hæret. in 6. Vide sess. 21. cap. 9. de ref. Ex bulla Pii V. *Etsi Dominici* 1567. sublatæ sunt indulgentiæ, etiam perpetuæ, quæ quæstuandi præbent occasionem.

Digitized by Google

Indictio futuræ sessionis.

Item hæc sacrosancta synodus statuit, & decernit, primam futuram sessionem tenendam, & celebrandam esse die Iovis, feria quinta post festum beati Jacobi Apostoli.

Prorogata deinde fuit sessio ad diem XIII. mensis Ianuarii, M. D. XLVII.

SESSIO VI.

Celebrata die XIII. mensis Ian. M. D. XLVII.
In nomine Domini Jesu Christi. Amen.

* *Ex collection. concil. Labb. Tom. XIV. pag. 756.*

* Anno à nativitate ejusdem millesimo quingentesimo quadragesimo septimo, indictione quinta, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Pauli, divina providencia papæ tertii, anno tertio decimo, die vero Iovis decima tertia mensis Ianuarii, Tridenti in ecclesia cathedrali, in loco eminentiori ipsius ecclesiæ, ad concilium celebrandum & sessiones habendas deputato, celebrata est sexta publica sessio sacrosancti œcumenici & generalis concilii Tridentini, presidentibus in ea nomine ejusdem sanctissimi domini nostri papæ reverendissimis patribus & illustrissimis dominis Joanne Maria de Monte episcopo Prænestino, & Marcelo tituli sanctæ Crucis in Ierusalen præsbytero, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, & apostolicis de latere legatis. In qua quidem sessione, post celebratam missam de Spiritu sancto per reverendum patrem dominum archiepiscopum Spalatrensem, & habita oratione per reverendum patrem dominum episcopum Salpensem, nec non peractis per reverendissimum & il-

Digitized by Google

Señalamiento de la Sesion venidera.

Establece y decreta igualmente el Sacrosanto Concilio, que la próxima Sesion se tenga y celebre el Juéves siguiente *feria quinta* despues de la fiesta de Santiago Apostol (70).

Despues se defirió esta Sesion hasta el dia 13 del mes de Enero de 1547.

SESION VI.

Celebrada el dia 13 de Enero de 1547.

En nombre de nuestro Señor Jesu-Christo. Amen.

„El año de la natividad del mismo Señor mil quinientos quarenta y siete, indiccion quinta, el decimo tercero del Pontificado del santísimo en Christo Padre y Señor nuestro Paulo tercero, Papa por la divina providencia, el Jueves 13 de Enero se celebró la sexta Sesion pública del Sacrosanto, ecuménico y general Concilio de Trento en la Iglesia Catedral, y en el lugar mas elevado de ella, señalado para la celebracion del Concilio y de las Sesiones, presidiendo en nombre del Santísimo Papa nuestro Señor, los Reverendísimos Padres é Ilustrísimos Señores, Juan María de Monte, Obispo de Preneste ó Palestrina, y Marcelo, Presbítero, del título de Santa Cruz en Jerusalen, Cardenales de la S. R. I. y Legados Apostolicos *á latere*; en cuya Sesion, despues de celebrada la Misa del Espíritu Santo por el Reverendo Padre el Señor Arzobispo de Espalatro, y del Sermon que predicó el Reverendo Padre el Señor Obispo de Salpi, y concluidas las acostumbradas ceremonias por dicho Reverendísimo

é

Digitized by Google

illustrissimum cardinalem de Monte præfatum solitis ceremoniis, publicatum est decretum de justificatione tenoris infrascripti.

Decretum de justificatione. Præmium.

Cum hoc tempore non sine multarum animarum jactura, & gravi ecclesiasticæ unitatis detrimento erronea quædam disseminata sit de justificatione doctrina; ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, ecclesiæ tranquillitatem, & animarum salutem, sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, presidentibus in ea nomine sanctissimi in Christo patris, & domini nostri, domini Pauli divina providencia papæ tertii, reverendissimis dominis, dominis Joan. Maria episcopo Prænestino de Monte, & Marcello tit. S. Crucis in Ierusalem, presbytero, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, & apostolicis de latere legatis: exponere intendit omnibus Christi fidelibus veram sanamque doctrinam ipsius justificationis, quam (*a*) sol justitiæ Christus Jesus (*b*), fidei nostræ auctor, & consummator, docuit, Apostoli tradiderunt, & catholica Ecclesia, Spiritu sancto suggerente, perpetuo retinuit; districtius inhibendo, ne deinceps audeat quisquam aliter (23) credere; prædicare, aut docere, quam præsenti decreto statuitur, ac declaratur.

VARIANTES.

(23) Tradere, *edit. Ven.* 1552.

CA-

Digitized by Google

é Ilustrísimo Señor Cardenal de Monte, se publicó el siguiente Decreto de la justificacion."

Decreto acerca de la justificacion. Proëmio.

Habiéndose esparcido en estos tiempos, con daño de muchas almas, y grave detrimento de la unidad de la Iglesia, cierta doctrina erronea sobre la justificacion, el Sacrosanto ecuménico y general Concilio de Trento, congregado legítimamente en el Espíritu Santo, presidiendo en nombre del Santísimo Padre en Christo y Señor nuestro Paulo III. Papa por la divina providencia, los muy Reverendos Señores Juan María de Monte, Obispo de Palestrina, y Marcelo, Presbítero, del título de Santa Cruz en Jerusalen, Cardenales de la S. R. I. y Legados Apostólicos *á latere*, piensa explicar á todos los Fieles en Christo, para honra y gloria de Dios todo poderoso, para tranquilidad de la Iglesia y salvacion de las almas, la verdadera y sana doctrina de la misma justificacion que el sol de justicia Jesu-Christo, autor y consumador de nuestra fé, enseñó, nos transmitieron los Apóstoles, y la Iglesia Catolica inspirada por el Espíritu Santo conservó siempre; y prohibe estrechamente que en adelante nadie se atreva á creer, predicar ó enseñar otra doctrina que la que se establece y declara en el presente Decreto.

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Malach. 4. ℣. 2. (b) Ad Hebr. 12. ℣. 2.

Digitized by Google

CAPUT I.

De naturæ, & legis ad justificandos homines imbecillitate.

Primum declarat sancta synodus ad justificationis doctrinam probe, & sincere intelligendam, oportere, ut unusquisque agnoscat, & fateatur, quod (*a*) cum omnes homines in prævaricatione Adæ innocentiam perdidissent, (*b*) facti immundi, &, ut Apostolus inquit, (*c*) *natura filii iræ*, quemadmodum in decreto de peccato originali exposuit, usque adeo servi erant peccati, & (*d*) sub potestate diaboli, ac mortis, ut non modo gentes per vim naturæ, sed ne Iudæi quidem per ipsam etiam litteram legis Moysi, inde liberari, aut surgere possent; tametsi in eis liberum arbitrium minime extinctum esset, (*e*) viribus licet attenuatum, & inclinatum.

CAPUT II.

De dispensatione, & mysterio adventus Christi.

Quo factum est, ut cælestis Pater, (*f*) Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, Christum Jesum, filium suum & ante legem, & legis tempore multis sanctis (*g*) patribus declaratum, ac promissum, cum venit beata illa (*h*) plenitudo tempo-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Ad Rom. 5. ℣. 12. I. ad Corinth. 15. ℣. 22. * Cælest. I. epist. 1. cap. 4. (*b*) Isaiæ 64. ℣. 6. (*c*) Ad Ephes. 2. ℣. 3. Vide sess. 5. pr. (*d*) Ad Rom. 3. & 6. Ad Hebr. 2. (*e*) Conc. Arausic. II. cap. 25. (*f*) 2. ad Cor. 1. ℣. 3. (*g*) Genes. 49. ℣. 10. & 18. (*h*) Ad Galat. 4. ℣. 4.

Digitized by Google

CAPITULO I.

Ni la naturaleza ni la ley pueden justificar á los hombres.

El Santo Concilio declara primeramente, que para entender bien y sinceramente la doctrina de la justificacion es necesario que cada uno de por sí conozca y confiese, que habiendo perdido todos los hombres la inocencia por el pecado de Adan, hechose inmundos, y como dice el Apostol *hijos de ira por naturaleza*, segun lo ha expuesto el mismo Concilio en el Decreto sobre el pecado original, eran en tal grado esclavos del pecado, y se hallaban baxo del poder del demonio y de la muerte, que no solo los Gentiles con las fuerzas de la naturaleza, pero ni aun los mismos Judíos en virtud tambien de la letra de la ley de Moysés, podian librarse ó levantarse de semejante estado, no obstante que en ellos de ningun modo se hubiese extinguido el libre alvedrio, aunque sí debilitado de fuerzas y deteriorado (71).

CAPITULO II.

De la mision y misterio del advenimiento de Jesu-Christo.

Por esta razon el Padre celestial, Padre de las misericordias, y Dios de todo consuelo, luego que se verificó aquella feliz plenitud de tiempo, envió á los

ANIMADVERS. IN NOTAS CHIFFLETII.

(a) * Vide Constantii monit. in epist. 21. Cælestini ad episcopos Galliæ, ubi scriptum, de quo quæstio, duod. epist. Celestini subnectitur, & cui titulus: *Sedis apostolicæ auctoritates de gratia Dei & libero voluntatis arbitrio*, recte adjudicat S. Prospero.

Digitized by Google

poris, ad homines miserit, ut & Iudæos, qui sub lege erant, redimeret, & (*a*) gentes, quæ non sectabantur justitiam, justitiam apprehenderent, atque omnes adoptionem filiorum reciperent. Hunc (*b*) proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius pro peccatis nostris, (*c*) non solum autem pro nostris, sed etiam pro totius mundi.

CAPUT III.

Qui per Christum justificantur.

Verum, etsi ille (*d*) pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis ejus beneficium recipiunt; sed ii dumtaxat, quibus meritum passionis ejus communicatur. Nam, sicut revera homines, (*e*) nisi ex semine Adæ propagati nascerentur, non nascerentur injusti, cum ea propagatione, per ipsum dum concipiuntur, propriam injustitiam contrahant: ita, nisi in Christo renascerentur, numquam justificarentur, cum ea renascentia per meritum passionis ejus gratia, qua justi fiunt, illis (24) tribuatur. Pro hoc beneficio Apostolus (*f*) gratias nos semper agere hortatur Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, & eripuit de potestate tenebrarum, transtulitque in regnum filii dilectionis suæ: in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum.

CA-

VARIANTES.

(24) Attribuatur, *edit. Antv. & Col.* 1564. *Lov-Bog.* retribuatur, *Vird. Rhem. Brix.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Ad Rom. 9. ℣. 30. (*b*) Ad Rom. 3. ℣. 25. Ad Rom. 5. ℣. 1. 9. 10. & 11. Ad Coloss. 2. 1. ad Tim. 2. ℣. 4. 5. & 6. 11. ad Tim. 1. ℣. 9. & 10.

Dis-

Digitized by Google

hombres á Jesu-Christo su hijo, anunciado y prometido ántes de la Ley, y durante la Ley á muchos Santos Padres para que redimiese á los Judíos que estaban sujetos á la Ley, y para que los Gentiles, que no seguian la justicia la abrazasen, y todos fuesen adoptados por hijos (72). A este propuso Dios para que con su sangre fuese reconciliador, por medio de la fe en su pasion, por nuestros pecados, no solo por los nuestros, sino por los de todo el mundo (73).

CAPITULO III.

Quienes se justifican por Christo.

Mas aunque Jesu-Christo murió por todos (74), sin embargo no todos reciben el beneficio de su muerte (75), sino solo aquellos á quienes se comunica el merito de su pasion, porque así como es cierto, que si los hombres no proviniesen de Adan, no nacerian injustos, pues por esta propagacion contraen por el mismo al concebirse una injusticia personal (76), así tambien si no renaciesen en Christo nunca se justificarian, concediendoseles por esta regeneracion, en virtud del merito de su pasion, la gracia que los justifica (77). Así es que el Apóstol nos exhorta demos continuas gracias por este beneficio al Padre, que nos hizo dignos de participar de la suerte de los Santos en el Cielo, nos sacó del poder de las tinieblas, y nos pasó al Reyno de su amado hijo, en el que tenemos la redencion y remision de los pecados (78).

CA-

Dist. 1. de pœnit. c. *Multiplex* 49. (*c*) 1. Joan. 2. ℣. 2. (*d*) 2. ad Cor. 5. ℣. 15. (*e*) Allusio ad verba Augustini epist. 89. *Omnes qui renascuntur in justificationem &c.* quæ alibi crebro inculcat. Vide can. 1. hac sess. 6. (*f*) Ad Coloss. 1. ℣. 12. & sqq.

Digitized by Google

CAPUT IV.

Insinuatur descriptio justificationis impii, & modus ejus in statu gratiæ.

Quibus verbis justificationis impii descriptio insinuatur, ut sit translatio ab eo statu, in quo homo nascitur (*a*) filius primi Adæ, in statum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei, per secundum Adam Jesum Christum, salvatorem nostrum : quæ quidem translatio post evangelium promulgatum, sine lavacro regenerationis, aut ejus voto fieri non potest: sicut scriptum est: (*b*) *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.*

CAPUT V.

De necessitate præparationis ad justificationem in adultis, & unde sit.

Declarat præterea, ipsius justificationis exordium in adultis à Dei per Christum Jesum præveniente gratia sumendum esse, hoc est, ab ejus vocatione, qua nullis eorum existentibus meritis vocantur ; ut, qui per peccata à Deo aversi erant, per ejus excitantem atque adjuvantem gratiam ad convertendum se ad suam ipsorum justificationem, eidem gratiæ libere assentiendo, & cooperando, disponantur : (*c*) ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritus sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat, inspi-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Ad Galat. 4. Ad Tit. 3. (*b*) Joan. 3. ℣. 5. Dist. 4. de consecr. c. *Filius* 8, & c. *Nondubito* 149. (*c*) Vide can. 3. hanc sess. 6.

Digitized by Google

CAPITULO IV.

Se insinua que cosa es la justificacion del impío, y modo de adquirirla en el estado de la ley de gracia.

Las palabras anteriores insinuan, que la justificacion del impío es un transito del estado de hijo del primer Adan en que el hombre nace, al estado de gracia y de hijos adoptivos de Dios por medio del segundo Adan Jesu-Christo, Salvador nuestro (79): cuyo transito no puede verificarse despues de la publicacion del Evangelio, sin la purificacion por el bautismo ó deseo de él, segun está escrito. *El que no hubiere renacido del agua y del Espíritu Santo, no puede entrar en el Reyno de los Cielos* (80).

CAPITULO V.

De la necesidad de prepararse los adultos para la justificacion, y de donde proceda.

Declara además el Santo Concilio, que la justificacion en los adultos nace de la gracia preveniente de Dios por medio de Jesu-Christo (81), esto es (82), de su vocacion, por la qual, sin haber en ellos meritos algunos, son llamados; de modo que los que por sus pecados eran enemigos de Dios, se dispongan por medio de su gracia excitante y auxîliante á convertirse para alcanzar su justificacion, asintiendo y cooperando libremente á esta misma gracia: de manera que tocando Dios al corazon del hombre con la luz del Espíritu Santo, no por eso dexe absolutamente el hombre de obrar, recibiendo aquella inspiracion, pues que tambien puede desecharla (83), ni tampoco que con su propia

Digitized by Google

pirationem illam recipiens, quippe qui (*a*) illam & abjicere potest, neque tamen sine gratia Dei movere se ad justitiam coram illo libera sua voluntate possit. Unde in sacris litteris cum dicitur: (*b*) *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos*: libertatis nostræ admonemur. Cum respondemus: *Converte nos Domine ad te, & convertemur*: Dei nos gratia præveniri confitemur.

CAPUT VI.

Modus præparationis.

Disponuntur autem ad ipsam justitiam dum excitati divina gratia, & adjuti, (*c*) fidem ex auditu concipientes, libere moventur in Deum, credentes vera esse, quæ divinitus revelata, & promissa sunt; atque illud in primis, à Deo justificari impium per gratiam ejus, (*d*) per redemptionem, quæ est in Christo Jesu: (25) & dum peccatores se esse intelligentes, à divinæ justitiæ timore, quo utiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se convertendo, in spem eriguntur, fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore; illumque tamquam (*e*) omnis justitiæ fontem diligere incipiunt; ac propterea moventur (*f*) adversus peccata per odium aliquod, & detestationem, hoc est, per eam pœnitentiam, quam ante baptismum agi oportet: denique, (26) dum proponunt suscipere baptismum, inchoare novam vitam,

VARIANTES.

(25) Et tamen peccatores, *edit. Antv. & Col.* 1564. *Vird. Rhem. Brix. Lov-Bog.*

(26) Dum *deest in edit. Ven.* 1552. *Antv. & Col.* 1564. *Vird. Rhem. Brix. Lov-Bog.*

Digitized by Google

pia y libre voluntad se pueda mover á ser justo ánte el mismo Dios, sin la gracia de Dios. Por esto quando se dice en aquellas palabras de las Sagradas Letras: *Convertios á mí, y yo me convertiré á vosotros*, se nos advierte nuestra libertad, y quando respondemos: *Convertinos, Señor, á vos, y nos convertiremos*, confesamos que la gracia de Dios nos previene (84).

CAPITULO VI.

Modo de prepararse para la justificacion.

Se disponen, pues, los adultos á esta justificacion quando excitados y ayudados por la divina gracia, recibiendo la fé por el oido, se mueven libremente ácia Dios, creyendo ser verdaderas las cosas que reveló y prometió (85), y principalmente aquello de que Dios justifica al impio con su gracia en virtud de la redencion por Jesu-Christo (86): y quando conociendo que son pecadores, y pasando del temor de la divina justicia, el que provechosamente los conmueve á contemplar la misericordia de Dios, se elevan á la esperanza, confiados en que Dios les ha de ser propicio por amor de Jesu-Christo (87); y empiezan á amarle como á fuente de toda justicia; y por eso se mueven contra los pecados por cierto odio y aborrecimiento á ellos, esto es, por aquella penitencia que debe preceder al Bautismo: y final-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Prosp. lib. 2. de vocat. gent. c. 28. & 29. (*b*) Zach. 1. ℣. 3. Joel 2. ℣. 12. & 13. Orat. Jerem. ℣. 21. Dist. 1. de pœnit. c. *Convertimini* 34. (*c*) Ad Rom. 10. ℣. 17. (*d*) Ad Rom. 3. ℣. 24. (*e*) Psalm. 41. (*f*) Vide cap. 14. hac sess. 6. & sess. 14. cap. 4. de contrit.

Digitized by Google

tion, & servare divina mandata. De hac dispositione scriptum est: (a) *Accedentem ad Deum oportet credere quia est, & quod inquirentibus se remunerator sit.* Et, (b) *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Et, (c) *Timor Domini expellit peccatum.* Et, (d) *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum, in nomine Jesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti.* Et, (e) *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, docentes eos servare quæcumque mandavi vobis.* Denique, (f) *Præparate corda vestra Domino.*

CAPUT VII.

Quid sit justificatio impii, & quæ ejus causæ.

Hanc dispositionem, seu præparationem justificatio ipsa consequitur, quæ non est sola peccatorum remissio, sed & santificatio, & renovatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum, unde homo ex injusto fit justus, & ex inimico amicus, ut sit (g) heres secundum spem vitæ æternæ. Hujus justificationis causæ sunt, finalis quidem, gloria Dei, & Christi, ac vita æterna: efficiens vero, misericors Deus, qui gratuito (h) abluit, & (i) sanctificat, signans, & ungens (k) Spiritu promis-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Ad Hebr. 11. ℣. 6. (b) Marc. 2. ℣. 5. Matth. 9. ℣. 2. (c) Ecclesiast. 1. ℣. 27. (d) Act. 2. ℣. 38. Dist. 4. de consecr. c. *Propriè* 13. & c. *Aguit.* 97. (e) Matth. 28. ℣. 19. & 20. Marc. 16. ℣. 15. Dist. 4. de consecr. c. *Propriè* 13. & * c. *Prima* 73. (f) 1. Reg. 7. ℣. 3. (g) Ad Tit. 3. ℣. 7. (h) 1. Ad Cor. 6. ℣. 11. (i) Ad Tit. 3. ℣. 5. (k) Ad Ephes. 1. ℣. 13.

Digitized by Google.

mente quando hacen intencion de recibir el Bautismo, mudar de vida, y guardar los mandamientos de Dios (88). De esta disposicion dice la Escritura: *que el que se acerca á Dios debe creer que exîste y remunera á los que le buscan*, y tambien *confia, hijo, tus pecados te son perdonados*. Asimismo: *El temor de Dios destierra el pecado*; como tambien: *Haced penitencia y bautizaos cada uno de vosotros en nombre de Jesu Christo para remision de vuestros pecados, y recibireis el don del Espíritu Santo*. Igualmente: *Id pues, enseñad á todas las gentes, bautizándolas en el nombre del Padre, del Hijo y del Espíritu Santo, enseñándolas que observen todo lo que os he encomendado*; finalmente: *preparad vuestros corazones para el Señor*.

CAPITULO VII.

Que cosa es la justificacion del pecador y quales son sus causas.

A esta disposicion ó preparacion sigue la misma justificacion, la qual no solo es remision de los pecados, sino tambien santificacion y renovacion del hombre interior, porque recibe voluntariamente la gracia y los dones, de lo que nace, que el hombre de injusto se hace justo, y de enemigo amigo, para ser heredero de la vida eterna (89), segun la esperanza que se le ha dado. Las causas de esta justi-

ANIMAD. IN NOT. CHIFFLETII.

(s) * Can. *Prima* 73. dist. 4. de consecr. perperam apud Gratianum tribuitur Augustino. Desumptus est ex opusculo quodam, cui titulus: *Sermo de mysterio baptismatis*, quod Augustinum auctorem non habere, observant Benedictini ad appendicem tom. 6. operum Augustini.

Digitized by Google

missionis sancto, qui est pignus hereditatis nostræ: meritoria autem, dilectissimus unigenitus suus, Dominus noster, Jesus Christus, qui, cum (*a*) essemus inimici, propter nimiam caritatem, qua dilexit nos, sua sanctissima passione in ligno crucis nobis (*b*) justificationem meruit, & pro nobis Deo Patri satisfecit: instrumentalis item, sacramentum baptismi, quod (*c*) est sacramentum fidei, sine qua (*d*) nulli umquam contigit justificatio: demum unica formalis causa est justitia Dei; non qua ipse justus est, sed qua nos justos facit; qua videlicet ab eo donati, renovamur spiritu mentis nostræ, & non modo reputamur, sed vere justi nominamur, & sumus, justitiam in nobis recipientes, unusquisque suam secundum mensuram, quam (*e*) Spiritus sanctus partitur singulis prout vult, & secundum propriam cujusque dispositionem, & cooperationem. Quamquam enim nemo possit esse justus, nisi cui merita passionis Domini nostri Jesu Christi (*f*) communicantur: id tamen in hac impii justificatione fit, dum ejusdem sanctissimæ passionis merito per Spiritum sanctum (*g*) caritas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui justificantur, atque ipsis inhæret: unde in ipsa justificatione cum remissione peccatorum hæc omnia simul infusa accipit homo per Jesum Christum, cui inseritur, (27) fidem, spem, & caritatem. (*h*) Nam fides, nisi ad eam spes ac-

VARIANTES.

(27) Per fidem, *edit. Ven.* 1552. *Antv. & Col.* 1564. *Lov. Brix. Lov-Belg. Vird. Rhem.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Ad Ephes. 2. ℣. 4. ad Rom. 5. ℣. 10. (*b*) Ad Ephes. 2. ℣. 5. Ad Rom. 5. (*c*) Dist. 4. de consecr. c. *Nihil est* 76. (*d*) Ad Hebr. 11. (*e*) 1. ad Cor. 12. ℣. 11. Ad Ephes. 4. ℣. 7. (*f*) Ad Philipp. 3. ℣. 9. & 10. (*g*) Ad Rom. 5. ℣. 5. (*h*) Vide cap. 10. huj. sess. 6.

Digitized by Google

ficacion son, es á saber, la final, la gloria de Dios y de Jesu-Christo, y la vida eterna: la eficiente, la misericordia de Dios que lava y santifica gratuitamente, sellando y ungiendo con el Espíritu Santo prometido en las sagradas Escrituras, que es la prenda de nuestra herencia (90), la meritoria, nuestro Señor Jesu-Christo muy amado Hijo unigenito de Dios, que siendo nosotros enemigos por la extrema caridad con que nos amó, mereció para nosotros la justificacion, y satisfizo por nosotros á Dios Padre con su santísima pasion en el leño de la Cruz; la instrumental, el Sacramento del Bautismo, que es el Sacramento de la fé (91), sin la que jamás se justificó ninguno (92); y finalmente la única causa formal es la justicia de Dios, no aquella con que él mismo es justo, sino aquella con que nos hace justos á nosotros, esto es, con la qual, dotados por él, se renueva espiritualmente nuestra alma, y no solo somos reputados, sino que nos llamamos y somos verdaderamente justos, recibiendo en nosotros la justicia cada uno segun su medida, la que el Espíritu Santo reparte como quiere, y segun la disposicion y cooperacion particular de cada hombre (93).

Y aunque nadie puede ser justo, sino aquel á quien se comunican los meritos de la pasion de Jesu-Christo nuestro Señor, no obstante, esto se verifica en esta justificacion del impío quando por el merito de su Santísima Pasion se infunde por el Espíritu Santo la caridad de Dios en el corazon de los que se justifican, y permanece inherente en ellos (94): por lo que el hombre en esta misma justificacion, además del perdon de sus pecados, recibe por Jesu-Christo con quien se une los dones infusos de la fé, esperanza y caridad (95): pues la fé, si no la acompa-

Digitized by Google

accedat, & caritas, neque unit perfecte cum Christo, neque corporis ejus vivum membrum efficit. Qua ratione verissime dicitur, (*a*) fidem sine operibus mortuam, & otiosam esse: &, (*b*) in Christo Jesu neque circumcisionem aliquid valere, neque præputium, sed fidem, quæ (28) per caritatem operatur. Hanc fidem ante baptismi sacramentum ex Apostolorum traditione catechumeni (29) ab ecclesia petunt, cum petunt fidem, vitam æternam præstantem: quam sine spe, & caritate fides præstare non potest: unde & statim verbum Christi audiunt: (*c*) *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.* Itaque veram, & Christianam justitiam accipientes, eam (*d*) ceu primam stolam pro illa, quam Adam sua inobedientia sibi, & nobis perdidit, per Christum Jesum illis donatam, candidam, & immaculatam jubentur statim renati conservare, ut eam perferant ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, & habeant vitam æternam.

VARIANTES.

(28) Per *deest in edit. Lov-Bog. Antv. & Col.* 1564.
(29) Ab ecclesia *desunt in edit. Mediol.*

CA-

Digitized by Google

paña la esperanza y la caridad, ni une perfectamente con Christo, ni hace ser miembro vivo de su cuerpo (96), y por esta razon se dice con toda verdad, que la fé sin obras es muerta é inutil (97): y que en Jesu-Christo, ni la circuncision ni la falta de ella de nada sirve, sino la fé que obra por la caridad.

Esta fé es la que por tradicion de los Apostoles piden á la Iglesia los catecumenos, ántes de recibir el Sacramento del Bautismo, quando piden la fé que dá la vida eterna: la que no puede dar la fé separada de la esperanza y de la caridad: y por eso se les responde inmediatamente con aquellas palabras de Jesu-Christo: *si quieres entrar en la vida, guarda los mandamientos* (98). Y así luego que renacen por el bautismo, recibiendo la verdadera y christiana justicia como la primera estola que se les dá por Jesu-Christo, en lugar de aquella que Adan por su inobediencia perdió para sí, y para nosotros, se les manda la conserven pura y sin mancha, para presentarla ánte el Tribunal de nuestro Señor Jesu-Christo y alcanzar la vida eterna (99).

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Jac. 2. ℣. 17. & 20. (b) Ad Galat. 5. ℣. 6. Ad Galat. 6. ℣. 15. Dist. 2. de pœnit. c. *Circumcisio* 28. (c) Matth. 19. ℣. 17. (d) Luc. 15. v. 22. Dist. 2. de pœnit. c. *Quomodo renovari* 31.

CA-

Digitized by Google

CAPUT VIII.

Quo modo intelligatur, impium per fidem, & gratis justificari.

Cum vero Apostolus (*a*) dicit, justificari hominem per fidem, & gratis; ea verba in eo sensu intelligenda sunt, quem perpetuus ecclesiæ catholicæ consensus tenuit, & expressit: ut scilicet per fidem ideo justificari dicamur, quia fides est humanæ salutis initium, fundamentum, & radix omnis justificationis (*b*), sine qua impossibile est placere Deo, & ad filiorum ejus consortium pervenire: gratis autem justificari ideo dicamur, quia nihil eorum, quæ justificationem præcedunt, sive fides, sive opera, ipsam justificationis gratiam promeretur. Si enim (*c*) gratia est, jam non ex operibus: *alioquin*, ut idem Apostolus inquit, *gratia jam non est gratia.*

CAPUT IX.

Contra inanem hæreticorum fiduciam.

Quamvis autem necessarium sit credere, neque remiti, neque remissa umquam fuisse peccata, nisi gratis divina misericordia propter Christum: nemini tamen fiduciam, (*d*) & certitudinem remissionis peccatorum suorum jactanti, & in ea sola quiescenti, peccata dimitti, vel dimissa esse dicendum est: cum apud hæreticos, & schismaticos possit esse, immo

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Ad Rom. 4. (*b*) Ad Hebr. 11. ℣. 6. Vide huj. sess. 6. can. 9. (*c*) Ad Rom. 11. ℣. 6. Ad Ephes. 2. ℣. 8. & 9. Ad Tit. 3. ℣. 5. (*d*) Vide huj. sess. 6. can. 12. & 13.

Digitized by Google

CAPITULO VIII.

De que modo se entiende que el impio se justifica por la fé y gratuitamente.

Pero quando el Apóstol dice, que el hombre se justifica por la fé, y gratuitamente, estas palabras se han de entender en el sentido que la Iglesia Católica les ha dado siempre, y baxo del qual las ha enseñado y explicado: es á saber, que la razon para decir que somos justificados por la fé es ser la fé principio de la salvacion del hombre, fundamento y raiz de toda justificacion (100), *sin la que es imposible agradar á Dios, y llegar á la sociedad de sus hijos* (101): y el decir que somos justificados gratuitamente se funda, en que nada de quanto precede á la justificacion, sea fé, sean obras, merece esta gracia de la justificacion, pues á la verdad, siendo gracia, ya no procede de las obras; *de lo contrario*, como dice el mismo Apóstol, *la gracia dexa entónces de ser gracia* (102).

CAPITULO IX.

Contra la vana confianza de los Hereges.

Pero aunque es necesario creer que los pecados no se perdonan, ni jamás se han perdonado, sino por la gratuita misericordia divina, por los meritos de Jesu-Christo; no por eso se ha de decir que se remiten ó se han remitido á ninguno que presuntuosamente se jacta de la confianza, y de la certidumbre de que se le han perdonado los pecados, y permanece en ella sola; mediante poderse hallar, y aun hallándose en

Digitized by Google

mo nostra tempestate sit, & magna contra ecclesiam catholicam contentione prædicetur vana hæc ab omni pietate remota fiducia. Sed neque illud asserendum est, oportere eos, qui vere justificati sunt, absque ulla omnino dubitatione apud semetipsos statuere se esse justificatos, neminemque à peccatis absolvi, ac justificari, nisi eum, (a) qui certo credat se absolutum, & justificatum esse; atque hac sola fide absolutionem, & justificationem perfici, quasi qui hoc non credit, de Dei promissis, deque mortis, & resurrectionis Christi efficacia dubitet. Nam sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, deque sacramentorum virtute, & efficia dubitare debet: sic quilibet dum seipsum, suamque propriam infirmitatem, & (30) indispositionem respicit, de sua gratia formidare, & timere potest; cum nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum.

CAPUT X.

De acceptæ justificationis incremento.

Sic ergo justificati, & amici Dei, ac (b) domestici facti, (c) euntes de virtute in virtutem, renovantur, ut Apostolus inquit, de die in diem, hoc est (d) mortificando membra carnis suæ, & (e) exhibendo

VARIANTES.

(30) Dispositionem, *edit. Med.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Vide hui. sess. 6. can. 14. (b) Ad Ephes. 2. ℣. 19. (c) Psalm. 83. ℣. 8. Vide hujus sess. 6. can. 24. (d) Ad Coloss. 3. ℣. 5. (e) Ad Rom. 6. ℣. 13. & 19.

Digitized by Google

los tiempos presentes esta confianza vana y agena de toda piedad (103) entre los hereges y cismáticos que la propalan con grande empeño contra la Iglesia Católica. Ni tampoco se ha de asegurar ser necesario que los verdaderamente justificados han de permanecer en la firme creencia de que lo están, y que ninguno consigue la absolucion de sus pecados, ni se justifica, sino aquel que crea estar ciertamente absuelto y justificado (104), y que con sola esta fé se completa la absolucion y la justificacion, como si el que no cree esto dudase de las promesas de Dios, y de la eficacia de la muerte y resurreccion de Jesu-Christo. Porque así como ninguna alma piadosa debe dudar de la misericordia de Dios, de los meritos de Jesu-Christo, y de la virtud y eficacia de los Sacramentos (105); así tambien qualquiera que se considera á sí mismo y vé su propia flaqueza y dolencia puede recelar y temer si ha conseguido la gracia (106), pues nadie es capaz de saber con certidumbre de fé, la qual no admite falsedad, que ha conseguido la gracia de Dios (107).

CAPITULO X.

Del aumento de la justificacion recibida.

Los justificados, pues, así, y hechos amigos y domesticos de Dios, caminando *de virtud en virtud*, se renuevan, como dice el Apóstol, de dia en dia, esto es, mortificando los miembros de su carne, y haciéndolos armas de justicia, para santificarse con la observancia de los preceptos de Dios y de la Iglesia, crecen y se justifican mas en la misma justicia adquirida por la gracia de Dios, cooperando la fé con las buenas obras:

Digitized by Google

do ea arma justitiæ in sanctificationem, per observationem mandatorum Dei, & ecclesiæ, in ipsa justitia per Christi gratiam accepta, cooperante fide bonis operibus, crescunt atque magis justificantur: sicut scriptum est: (a) *Qui justus est, justificetur adhuc.* Et iterum: (b) *Ne verearis usque ad mortem justificari.* Et rursus: (c) *Videtis quoniam ex operibus justificatur homo, & non ex fide tantum.* Hoc vero justitiæ incrementum petit sancta ecclesia cum orat: (d) Da nobis Domine, fidei, spei, & caritatis augmentum.

CAPUT XI.

De observatione mandatorum, deque illius necessitate, & possibilitate.

Nemo autem, quantumvis justificatus, liberum se esse ab observatione mandatorum putare debet; nemo temeraria illa, & à patribus sub anathemate prohibita voce uti; Dei præcepta homini justificato ad observandum esse impossibilia. Nam (e) Deus (f) impossibilia non (g) jubet, sed (h) jubendo monet, & facere quod possis, & petere quod non possis; & adjuvat, ut possis. (i) Cujus mandata gravia non sunt: cujus (k) jugum suave est, & onus leve. Qui enim sunt filii Dei, Christum diligunt: (l) qui autem diligunt eum, ut ipsemet testatur, servant sermo-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Apoc. 22. ℣. 11. (b) Ecclesiast. 18. ℣. 22. (c) Jac. 2. ℣. 24. (d) Orat. in Domin. 13. post. pentec. (e) Ex August. cap. 43. lib. de nat. & grat. (f) 1. Joan. 5. ℣. 3. Vide huj. sess. 6. can. 18. (g) Conc. Arausic. II. cap. 25. (h) Hieron. in epist. ad Ctesipo. (i) Joan. 5. ℣. 3. (k) Matth. 11. ℣. 30. (l) Joan. 14. ℣. 23.

Digitized by Google

segun está escrito: el que es justo, continue justificándose: y en otro lugar: no temais justificaros hasta la muerte, y tambien: veis como el hombre se justifica por las obras y no por la fé sola (108). Este acrecentamiento de la justicia es el que pide la Santa Iglesia quando ruega: dadnos, Señor, aumento de fé, esperanza y caridad (109).

CAPITULO XI.

De la observancia de los Mandamientos, y de la necesidad y posibilidad de guardarlos.

Pero ninguno aunque esté justificado debe juzgarse (110) exênto de guardar los mandamientos, ni proferir aquella expresion temeraria y prohibida con anatema por los Padres, que le es imposible al hombre justificado observar los preceptos de Dios (111) *porque Dios no manda cosas imposibles*, ántes bien mandando amonesta hagamos lo que nos sea posible, y pidamos lo que no podamos hacer; y nos ayuda á poder executarlo; cuyos preceptos no son pesados; cuyo yugo es suave, y su carga ligera (112): pues los que son hijos de Dios aman á Jesu-Christo: y los que le aman observan sus preceptos, como él mismo lo asegura: lo que á la verdad pueden hacer ayudados de la gracia (113): y aunque en esta vida mortal los mas santos y justos caen algunas veces en pecados, á lo ménos leves y quotidianos, que tambien se llaman veniales, sin embargo no dexan de ser justos (114): y así es expresion humilde y verdadera aquella de los justos. *Perdonanos nuestras deudas.* Por eso los mismos justos se deben contemplar tanto mas obligados á andar por el camino de la justi-

Digitized by Google

mones ejus. Quod utique cum divino auxilio præstare possunt. Licet enim in hac mortali vita quantumvis sancti, & justi in levia saltem, & quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur, peccata quandoque cadant, non propterea desinunt esse justi. Nam (*a*) justorum illa vox est, & humilis, & verax: *Dimitte nobis debita nostra.* Quo fit, ut justi ipsi eo magis se obligatos ad ambulandum in via justitiæ sentire debeant, quo liberati jam à peccato, (*b*) servi autem facti Deo, (*c*) sobrie, juste & pie viventes proficere possunt per Christum Jesum, (*d*) per quem accessum habuerunt in gratiam istam. (*e*) Deus namque sua gratia semel justificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur. (*f*) Itaque nemo sibi in sola fide blandiri debet, putans fide sola se heredem esse constitutum, hereditatemque consecuturum, etiam si Christo non (*g*) compatiatur, ut & conglorificetur. Nam & Christus ipse, ut inquit Apostolus, (*h*) *Cum esset Filius Dei, didicit ex iis, quæ passus est, obedientiam: & consummatus, factus est omnibus, obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ.* Propterea Apostolus ipse monet justificatos dicens: (*i*) *Nescitis, quod ii, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium: sic currite, ut comprehendatis.* (*k*) *Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno non quasi aerem verberans, sed castigo corpus meum, & in servitutem redigo: ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.* Item princeps Apostolorum Petrus:

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Matth. 6. ℣. 12. Luc. 11. ℣. 4. Conc. vulgo dict. Afric. cap. 81. 82. & 83. Conc. Milevit. II. cap. 6. 7. & 8. Dist. 3. de pœnit. c. *De quotidianis* 20. & c. *Adhuc instant* 23. * (*b*) Ad Rom. 6. ℣. 22. (*c*) Ad Tit. 2. ℣. 12. (*d*) Ad Rom. 5. ℣. 2. (*e*) August. lib. de nat. & grat. c. 26. &

ticia, quanto libres ya del pecado, y hechos siervos de Dios, viviendo segun las reglas de la templanza, de la justicia y de la piedad, pueden adelantar en la gracia por Jesu-Christo, por el qual llegaron á alcanzarla: pues Dios no desampara á los que fueron una vez justificados por su gracia (115), si ántes ellos no le desamparan.

Por esa razon ninguno debe lisongearse con la fé sola, pensando que con la fé sola está ya hecho heredero, y conseguirá la herencia, aunque no padezca con Christo para participar de su gloria (116), porque el mismo Jesu-Christo, como dice el Apóstol, aunque era Hijo de Dios, aprendió la obediencia con los tormentos que padeció, y con su muerte fué causa de la salvacion eterna para todos los que le obedecen. De ahí nace que el mismo Apóstol amonesta á los justificados diciendoles. ¿No sabeis que los que corren en el estadio, aunque todos corren, solo uno gana el premio? *Corred* de modo que lo alcanceis; yo, pues, corro así no sin llevar mira alguna; peleo así, no como quien azota al ayre, sino que castigo mi cuerpo y lo sujeto, no sea que predicando á los demás, me haga yo mismo reprobo. San Pedro, Príncipe de los Apóstoles, tambien dice: cuidad de hacer cierta con buenas obras vuestra vocacion

& Prosp. sent. 7. ad c. Gallorum, & respons. ad 7. object. Vincent. (*f*) Vide hujus sess. 6. can. 19. (*g*) Ad Rom. 8. ℣. 17. (*h*) Ad Hebr. 5. ℣. 8. & 9. (*i*) 1. ad Cor. 9. ℣. 24. (*k*) 1. Cor. 9. ℣. 26. & 27.

ANIMADVERS. IN NOTAS CHIFFLETII.

(*a*) *Can. *Adhuc instant.* 32. dist. 3. de pœnit. male adscribit Gratianus Augustino, cum desumptus sit ex libro *De vera & falsa pœnitentia* cap. 10. & 11., qui Augustino, adscribi nequit, ut post Trithemium recte observant Benedictini in append. tom. 6. oper. S. Augustini.

Digitized by Google

trus: (*a*) *Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis: hæc enim facientes, non peccabitis aliquando.* (*b*) Unde constat eos orthodoxæ religionis doctrinæ adversari, qui dicunt, justum in omni bono opere saltem venialiter peccare: aut, quod intolerabilius est, pœnas æternas mereri: atque etiam eos, qui statuunt, in omnibus operibus justos peccare, si in illis suam ipsorum socordiam excitando, & sese ad currendum in stadio cohortando, cum hoc, ut in primis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur æternam; (*c*) cum scriptum sit: *Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas propter retributionem.* Et de Mose dicat (*d*) Apostolus, quod respiciebat in remuneratione.

CAPUT XII.

Prædestinationis temerariam præsumptionem cavendam esse.

Nemo quoque, quamdiu in hac mortalitate vivitur, de arcano divinæ prædestinationis mysterio usque adeo præsumere debet, (*e*) ut certo statuat se omnino esse in numero prædestinatorum: quasi verum esset, quod justificatus aut amplius peccare non possit: aut si peccaverit, (*f*) certam sibi resipiscentiam promittere debeat; nam, nisi ex speciali revelatione, sciri non potest, (31) quos Deus sibi elegerit.

CA-

VARIANTES.

(31) Quot, *edit. Rom. in 4. Dil. Ven.* 1564.

Digitized by Google

cion y eleccion, que si así lo haceis, no pecareis (117) jamás, de lo que se deduce se oponen á la doctrina de la Religion Christiana católica los que dicen, que el justo peca á lo ménos venialmente en qualquiera buena obra, (ó lo que es mas intolerable) que merece las penas eternas (118); y tambien, aquellos que sostienen, que pecan los justos en quanto hacen, si en ello excitando su propia pereza, y animándose á correr en el estadio, llevan además de la mira principal de glorificar á Dios, la del premio eterno; pues está escrito. Incliné mi corazon á cumplir vuestros preceptos que justifican, por la recompensa, y de Moyses dice el Apóstol, que se proponia el premio (119).

CAPITULO XII.

Se ha de evitar la temeraria presuncion de la propia predestinacion.

Igualmente ninguno mientras se halla en esta vida mortal ha de presumir de tal modo acerca del recondito mysterio de la divina predestinacion, que tenga por cierto que es absolutamente uno de los predestinados; como si fuese cierto que el justificado, ó no puede ya pecar, ó si pecare, deba prometerse la enmienda cierta; porque sin especial revelacion, no es posible saberse quienes son los que Dios eligió para sí (120).

CA-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) 2. Pet. 1. ℣. 10. (b) Vide huj. sess. 6. can. 25. (c) Psalm. 118. ℣. 112. Vide hujus sess. 6. can. 31. (d) Ad Hebr. 11. ℣. 26. (e) Caus. 24. q. 3. c. *Corripiantur* 17. Vide hujus sess. 6. can. 15. & 16. (f) Ezech. 18. Ad Galat. 3.

Digitized by Google

CAPUT XIII.

De perseverantiæ munere.

Similiter de perseverantiæ munere, de quo scriptum est: (*a*) *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*: quod quidem aliunde haberi non potest, nisi ab eo, qui potens est eum, (*b*) qui stat, statuere, ut perseveranter stet, & eum, qui cadit, restituere; nemo sibi certi aliquid absoluta certitudine polliceatur: tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare, & reponere omnes debent. Deus enim, nisi ipsi illius gratiæ defuerint, sicut (*c*) cœpit opus bonum, ita perficiet operans velle, & perficere. Verumtamen qui se (*d*) existimant stare, videant ne cadant, & (*e*) cum timore ac tremore salutem suam operentur in laboribus, in vigiliis, in eleemosynis, in orationibus, & (32) oblationibus, in jejuniis, & castitate. Formidare enim debent, scientes (*f*) quod in spem gloriæ, & nondum in (33) gloria renati sunt, de pugna, quæ superest cum carne, cum mundo, cum diabolo: in qua victores esse non possunt, nisi cum Dei gratia Apostolo obtemperent, dicenti: (*g*) *Debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus: si enim*

VARIANTES.

(32) Ablationibus, *edit. Antv. & Col.* 1564.
(33) Gloriam, *edit. Rom.* 2. *& 3. Rom. Vat. & Rom.* 1763.

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Matth. 10. ℣. 22. Ezech. 33. Matth. 24. ℣. 13. Dist. 2. de pœnit. c. *Non revertebantur* 10. Hui. sess. 6. can. 16. & 22. * Caus. 7. q. 1. can. *Suggestum* 46. (*b*) Ad Rom. 14. ℣. 4. 1. ad Cor. 10. ℣. 12. (*c*) Ad Philipp. 1. ℣. 6. & 2. ℣. 13. (*d*) 1. ad. Cor. 10. ℣. 12. (*e*) Ad Philipp. 2. ℣. 12. (*f*) 1. Pet. 1. ℣. 3. (*g*) Ad Rom. 8. ℣. 12. & 13.

Digitized by Google

CAPITULO XIII.

Del don de la perseverancia.

Lo mismo se ha de decir del don de la perseverancia, del que se halla escrito: *el que perseverare hasta el fin se salvará*; lo que no puede conseguirse de otro, que de aquel que puede sostener al que está en pie, para que persevere así, y levantar al que cae (121). Nadie se prometa cosa alguna en este punto con absoluta certeza (122), aunque todos deban fundar y poner la mas firme confianza en el auxîlio de Dios, quien, si el hombre no falta á su gracia perfeccionará la obra buena que empezó, pues da la voluntad de obrar, y la perfeccion de la obra (123).

No obstante los que juzgan estar firmes guardense de caer (124), y con temor y temblando labren su salvacion por medio de trabajos, vigilias, limosnas oraciones, oblaciones, ayunos, y la castidad (125), pues deben temblar sabiendo que han renacido á la esperanza de alcanzar la gloria, mas no al goze de ella todavia, porque les queda que pelear con la carne, con el mundo y con el diablo, de cuyo combate no pueden salir victoriosos si no obedecen con la gracia de Dios; lo que dice el Apóstol: *somos deudores no á la carne, para que vivamos segun la carne, morireis ciertamente si viviereis segun la carne*, pero

ANIMAV. IN NOT. CHIFFLET.

(a) *Can. *Suggestum* 46. caus. 7. q. 1. est spurius, desumptus ex epist. ad omnes episcopos, quam Liberio papæ adfinxit Isidorus impostor.

Digitized by Google

enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.

CAPUT XIV.

De lapsis, & eorum reparatione.

Qui vero ab accepta (*a*) justificationis gratia per peccatum exciderunt, rursus justificari poterunt, cum excitante Deo, per pœnitentiæ sacramentum merito Christi amissam gratiam recuperare procuraverint. Hic enim justificationis modus est lapsi reparatio, quam secundam post naufragium deperditæ gratiæ tabulam sancti (*b*) patres apte nuncuparunt. Etenim pro iis, qui post baptismum in peccata labuntur, Christus Jesus sacramentum instituit pœnitentiæ, cum dixit: (*c*) *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.* Unde docendum est, Christiani hominis pœnitentiam post lapsum multo aliam esse à baptismali, eaque contineri non modo cessationem à peccatis, & eorum detestationem, (*d*) aut cor contritum, & humiliatum, verum etiam eorumdem sacramentalem confessionem (34) saltem in voto, & suo tempore faciendam, & sacerdotalem abso-

VARIANTES.

(34) Saltem, *deest in edit. Ven.* 1552.

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Huj. sess. 6. can. 23. & 29. (*b*) Hieron. tom. 1. epist. ad Demet. quæ incipit *Inter omnes.* Dist. 1. de pœnit. c. *Secunda post naufragium* 72. (*c*) Joan. 20. ℣. 22. & 23. Matth. 16. ℣. 19. Infra sess. 14. de pœnit. can. 3. Dist. 50. c. *Ut constitueretur* 25. * Caus. 1. q. 1. c. *Ut evidenter* 82. (*d*) Psalm. 50. ℣. 19. Dist. 1. de pœni. c. *Sacrificium* 3.

Digitized by Google

ro *si mortificareis con el espíritu las acciones de la carne, vivireis* (126).

CAPITULO XIV.

De los que han caido despues del bautismo, y de su reparacion.

Los que han caido por el pecado de la gracia de la justificacion que recibieron, pueden justificarse segunda vez (127), siempre que excitados por Dios procuren recobrar la gracia perdida por medio del Sacramento de la Penitencia (128) en virtud de los meritos de Jesu-Christo. Este modo de justificacion es la reparacion del caido, y los Santos Padres la llamaron con propiedad la segunda tabla despues del naufragio (129) en que se perdió la gracia. En efecto, Jesu-Christo instituyó el Sacramento de la Penitencia para aquellos que pecan despues del bautismo, quando dixo: recibid el Espíritu Santo, *serán perdonados los pecados á aquellos á quienes se los perdonareis, y retenidos á los que se los retuviereis* (130).

Por lo que se ha de enseñar que la penitencia del christiano despues de haber pecado es muy diversa de la del bautismo (131), y que contiene no solamente la enmienda y el aborrecimiento de los pecados, ó un corazon contrito y humillado, sino tambien su confesion sacramental á lo ménos de deseo, que se ha de hacer á su tiempo, y la absolucion del Sacerdote (132); como tambien la satisfaccion con ayu-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(c) * Can. *Ut evidenter* 82. caus. 1. q. 1. usque ad ℣. *Proinde*, reperitur in sermone Augustini 49. edit. Benedict.: sed à ℣. *Proinde* usque ad finem, referendus potius est ad Origen. hom. 14. ad Levit. cap. 24.

Digitized by Google

solutionem: itemque satisfactionem per jejunia, eleemosynas, orationes, & alia pia spiritualis vitæ exercitia: non quidem pro pœna æterna, quæ vel sacramento vel sacramenti voto una cum culpa remittitur: sed pro pœna temporali: quæ, ut sacræ litteræ docent, non tota semper, ut in (*a*) baptismo fit, dimittitur illis, qui gratiæ Dei, quam (*b*) acceperunt, ingrati, Spiritum sanctum contristaverunt, & (*c*) templum Dei violare non sunt veriti. De qua pœnitentia scriptum est: (*d*) *Memor esto unde excideris: age pœnitentiam, & prima opera fac.* Et iterum: (*e*) *Quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur.* Et rursus: (*f*) *Pœnitentiam agite, & facite fructus dignos pœnitentiæ.*

CAPUT XV.

Quolibet mortali peccato amitti gratiam, sed non fidem.

Adversus etiam hominum quorumdam callida ingenia, qui (*g*) per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium, asserendum est, non modo infidelitate, per quam & ipsa fides amittitur, sed etiam quocumque alio mortali peccato, quamvis non amittatur fides, acceptam justificationis gratiam amitti: divinæ legis doctrinam defendendo, (*h*) quæ à regno Dei non solum infideles excludit, sed (*i*) & fi-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Florent. conc. in decret. Eugenii. Infra sess. 14. de pœnit. cap. 8. & can. 12. (*b*) Ad Ephes. 4. ℣. 30. (*c*) 1. ad Cor. 3. ℣. 17. (*d*) Apoc. 2. ℣. 5. * Dist. 50. c. *Quia sanctitas* 16. Dist. 1. de pœnit. c. *Miror* 57. (*e*) 2. ad Cor. 7. ℣. 10. (*f*) Matth. 3. ℣. 2. Matth. 4. ℣. 17. Luc. 3. ℣. 8. (*g*) Ad Rom. 16. ℣. 18. (*h*) 1. ad Tim. 1. ℣. 9. & 10. (*i*) 1. ad Cor. 6. ℣. 9. & 10.

Digitized by Google

ayunos, limosnas, oraciones, y otros exercicios devotos de la vida espiritual, no á la verdad por la pena eterna, la qual se perdona juntamente con la culpa por el Sacramento ó el deseo de recibirlo; sino por la pena temporal (133), la que no siempre, segun enseñan las sagradas letras, se perdona toda como sucede en el Bautismo á los que ingratos á la gracia de Dios, que recibieron, *contristaron al Espíritu Santo, y no temieron profanar el templo de Dios.* De esta penitencia se halla escrito: *Acuerdate del estado de que has caido, haz penitencia y vuelve á practicar las primeras obras*, y en otro lugar: *la tristeza que es segun Dios, produce una penitencia estable para la salvacion*: y en otra parte: *Haced penitencia, y haced frutos dignos de penitencia* (134).

CAPITULO XV.

Que la gracia y no la fé se pierde por qualquiera pecado mortal.

Es preciso asegurar tambien para contrarrestrar la malignidad de ciertos ingenios astutos, que con palabras lisongeras y alagüeñas seducen los corazones de las personas sencillas, que la gracia de la justificacion recibida se pierde no solo por la infidelidad que hace perder la misma fé (135), sino tambien cometiendose otro qualquier pecado mortal, aunque en este caso no se pierda la fé (136); defendiendo en esto el Concilio la doctrina de la ley divina, que excluye del

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(*d*) * Can. *Quia sanctitas* 16. dist. 50. est spurius, desumptus ex epist. ad *Secundinum*, *servum Dei inclusum*, quæ per imposturam Gregorio fuit adficta.

Digitized by Google

fideles quoque, fornicarios, adulteros, molles, masculorum concubitores, fures, avaros, ebriosos, maledicos, rapaces, ceterosque omnes, qui letalia committunt peccata: (*a*) à quibus cum divinæ gratiæ adjumento abstinere possunt, & pro quibus á Christi gratia separantur.

CAPUT XVI.

De fructu justificationis, hoc est, de merito bonorum operum, deque ipsius meriti ratione.

Hac igitur ratione justificatis hominibus, sive acceptam gratiam perpetuo conservarint, sive amissam recuperaverint, proponenda sunt Apostoli verba: (*b*) *Abundate in omni opere bono, scientes quod labor vester non est inanis in Domino.* (*c*) *Non enim injustus est Deus, ut obliviscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius.* Et, *Nolite* (*d*) *amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem.* Atque ideo bene operantibus (*e*) usque in finem, & (35) in Deo sperantibus proponenda est vita æterna, & tamquam gratia filiis Dei per Christum Jesum misericorditer promisa, & (*f*) tamquam merces ex ipsius Dei promis-

VARIANTES.

(35) Ideo, *edit. Brix.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Ad Philipp. 4. ℣. 12. & 13. ad Cor. 12. ℣. 9. Dist. 41. c. *Quod dicit* 4. (*b*) 1. ad Cor. 15. ℣. 58. (*c*) Ad Hebr. 6. ℣. 10. Dist. 2. de pœnit. c. *Non est tam injustum* 29. (*d*) Ad Hebr. 10. ℣. 35. Huj. sess. 6. can. 26. (*e*) Matth. 10. ℣. 22. (*f*) Psalm. 102. Ad Rom. 5. ℣. 21.

Digitized by Google

del reyno de Dios no solo á los infieles sino tambien á los fieles fornicarios, adúlteros, muelles, sodomitas, ladrones, avarientos, vinosos, maldicientes, robadores, y á quantos cometen pecados mortales (137); los que pueden evitar con el auxîlio de la divina gracia, y en castigo de los quales son separados de la gracia de Jesu-Christo (138).

CAPITULO XVI.

Del fruto de la justificacion, esto es, del merito de las buenas obras, y en que consista este.

A los hombres que justificados de este modo, sea que conserven perpetuamente la gracia recibida, ó sea que despues de perdida la recuperen, se les ha de proponer aquellas palabras del Apostol: *Abundad en todo género de buenas obras, sabiendo que el Señor no dexa sin recompensa vuestro trabajo, pues Dios no es injusto de modo que se olvide de vuestras buenas obras, y del amor que habeis manifestado en su nombre*, y tambien: *No perdais vuestra confianza, que tiene un gran premio*; por esto á los que obran bien hasta el fin de la carrera y esperan en Dios, se les ha de proponer la vida eterna como gracia prometida misericordiosamente á los hijos de Dios por Jesu-Christo (140), y como premio con que en virtud de la promesa del mismo Dios se han de remunerar fielmente sus buenas obras y merecimientos (141). Esta es, pues, aquella corona de justicia que el Apostol decia le estaba guardada para despues de su combate y carrera, y que el justo Juez habia de darle, no solo á él, sino á todos los que apetecen su advenimiento.

Digitized by Google

missione bonis ipsorum operibus, & meritis fideliter reddenda. Hæc est enim illa (*a*) corona justitiæ, quam post suum certamen, & cursum repositam sibi esse aiebat Apostolus, à justo judice sibi reddendam, non solum autem sibi, sed & omnibus, qui diligunt adventum ejus. Cum enim ille ipse Christus Jesus tamquam caput in membra, & tamquam (*b*) vitis in palmites, in ipsos justificatos jugiter virtutem influat; quæ virtus bona eorum opera semper antecedit, comitatur, & subsequitur; & sine qua nullo pacto Deo grata, & meritoria esse possent: nihil ipsis justificatis amplius deesse credendum est, quo minus plene illis quidem operibus, quæ in Deo sunt facta, divinæ legi pro hujus vitæ statu satisfecisse, & vitam æternam suo etiam tempore, (*c*) si tamen in gratia decesserint, consequendam, vere promeruisse censeantur: cum Christus salvator noster dicat: (*d*) *Si quis biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Ita (*e*) neque propria nostra justitia, tamquam ex nobis propria statuitur: neque ignoratur, aut repudiatur justitia Dei. Quæ enim justitia nostra dicitur, quia per eam nobis inhærentem justificamur; illa eadem Dei est, quia à Deo nobis infunditur per Christi meritum. Neque vero illud omittendum est quod licet bonis operibus in sacris litteris usque adeo tribuatur, ut etiam (*f*) qui uni ex minimis suis potum aquæ frigidæ dederit, promittat Christus eum non esse sua mercede cariturum; & Apostolus (*g*) testetur,

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) 2. ad Tim. 4. ℣. 8. (*b*) Joan. 15. ℣. 1. & sqq. (*c*) Apoc. 14. ℣. 13. (*d*) Joan. 4. ℣. 13. & 14. (*e*) Ad Rom. 10. (*f*) Matth. 10. ℣. 42. Marc. 9. ℣. 40. (*g*) 2. ad Cor. 4. ℣. 17.

Digitized by Google

Con efecto derramando sin cesar el mismo Jesu-Christo su virtud en los justificados, como la cabeza en los miembros y la vid en los sarmientos (142); cuya virtud siempre precede, acompaña, y sigue á sus buenas obras (143), y sin la que de ningun modo podian ser gratas á Dios ni meritorias (144); se debe creer que á estos justificados nada les falta ya para haber cumplido plenamente con la ley divina en esta vida, mediante estas obras hechas segun Dios, y merecido verdaderamente alcanzar á su tiempo la vida eterna muriendo en gracia, por lo que Jesu-Christo nuestro Salvador dice: *Si alguno bebe el agua que yo le dé, nunca tendrá sed, ántes brotará en él una fuente que durará hasta la vida eterna.* De este modo ni se establece por propia y proveniente de nosotros nuestra propia justicia, ni se ignora, ó excluye la justicia de Dios (145); porque la justicia que se llama nuestra y nos justifica estando unida á nosotros (146), es la misma de Dios, porque nos la infunde por los meritos de Jesu-Christo (147). Ni tampoco se ha de omitir que sin embargo de que la sagrada Escritura estime en tanto las buenas obras, que diga promete Jesu-Christo recompensar aun al que diere un vaso de agua fria al menor de los suyos, y afirme el Apostol: que las tribulaciones leves y momentaneas que padecemos en este mundo, operan en nosotros la duracion eterna de una gloria soberana é incomparable (148): huya, con todo, el christiano de confiar ó gloriarse en sí mismo, y no en el Señor, cuya bondad para con todos los hombres es tan grande, que quiere que sus dones sean méritos de los mismos hombres (149). Y como todos caemos en muchas culpas, por eso cada uno debe tener presente no solo la misericordia y bondad, sino tambien la severidad y el juicio

Digitized by Google

tur, id, quod in præsenti est momentaneum, & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operari in nobis: absit tamen, ut Christianus homo in se ipso vel confidat (*a*), vel glorietur, & non in Domino: cujus tanta est erga omnes homines bonitas, ut (*b*) eorum velit esse merita, quæ sunt ipsius dona. Et quia (*c*) in multis offendimus omnes, unusquisque sicut misericordiam, & bonitatem, ita severitatem, & judicium ante oculos habere debet, neque se ipsum aliquis, (*d*) etiam si nihil sibi conscius fuerit, judicare: quoniam omnis hominum vita non humano judicio examinanda, (36) & judicanda est, sed Dei (*e*): qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit unicuique à Deo, qui, ut scriptum est (*f*) *reddet unicuique secundum opera sua.*

Post hanc catholicam de justificatione doctrinam, quam nisi quisque fideliter firmiterque receperint, justificari non poterit, placuit sanctæ synodo hos canones subjungere; ut omnes sciant non solum quid tenere, & sequi, sed etiam quid vitare, & fugere debeant.

DE JUSTIFICATIONE

CANON I.

Si quis dixerit, (*g*) hominem suis operibus, quæ vel per humanæ naturæ vires, vel per legis doctrinam fiant, absque divina per Jesum Christum gratia posse justificari coram Deo; anathema sit.

CA-

VARIANTES.

(36) Et judicanda *desunt in edit. Med.*

Digitized by Google

Hæc sacrosancta œcumenica, & generalis synodus, quæ dudum in civitate Tridenti congregata erat, nunc Bononiæ in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea nomine sanctissimi in Christo patris, & domini nostri domini Pauli, divina providentia papæ III., eisdem reverendissimis dominis, D. Joan. Maria de Monte, episcopo Prænestino, & Marcello tit. S. Crucis in Hierusalem presbytero, S. R. E. cardinalibus, & apostolicis de latere legatis, considerans quod die undecima mensis Martii, præsentis anni, in generali publica sessione, in eadem civitate Tridenti & in loco consueto celebrata, omnibusque agendis de more peractis, ex causis tunc instantibus, urgentibus, & legitimis, interveniente etiam auctoritate sanctæ sedis apostolicæ, eisdem reverendissimis præsidentibus etiam specialiter concessa, decrevit, & ordinavit, concilium ex eo loco in hanc civitatem transferendum esse, sicuti transtulit; itemque sessionem pro præsenti die, vigesima prima Aprilis, illic indictam, ut de sacramentorum, & reformationis materiis, de quibus tractandum proposuerat, canones sancirentur, & promulgarentur; in hac ipsa civitate Bononiæ celebrari debere: considerans-

que

Digitized by Google

Este Decreto agradó á muchos mas de la mitad de los Padres, á los que sin embargo contradixeron habiendo reclamado abiertamente algunos.

SESION IX.

Celebrada en Bolonia el dia 21 de Abril de 1547.

Decreto para prorogar la Sesion.

Considerando este Sacrosanto ecuménico y general Concilio, que ultimamente estuvo congregado en la Ciudad de Trento, y ahora lo está legitimamente en el Espíritu Santo en Bolonia, presidiendo en él en nombre de nuestro Santísimo Padre en Christo y Señor nuestro, Paulo III. Papa por la divina providencia, los mismos Reverendísimos Señores Juan María de Monte, Obispo de Palestrina, y Marcelo, Presbítero, con el título de Santa Cruz en Jerusalen, Cardenales de la S. R. I. y Legados Apostólicos *á latere*, que en la Sesion pública general que el dia 11 del mes de Marzo de este año se tuvo en la misma Ciudad de Trento, y en el lugar acostumbrado, despues de hecho todo lo que es de costumbre, decretó y mandó por los motivos urgentes y legítimos que entónces instaban, interviniendo asimismo la autoridad de la Santa Sede Apostólica, concedida tambien especialmente á los mismos Reverendísimos Presidentes, que el Concilio se transfiriese como se transfirió de aquella á esta Ciudad, y que la Sesion que allí se habia de tener hoy 21 de Abril, para restablecer y promulgar Cánones sobre las materias de Sacramentos y de Reforma de que se habia propuesto tratar, se debe celebrar en la presente Ciudad de Bolonia: y haciendose igualmente cargo de

Digitized by Google

que nonnullos ex patribus, qui in hoc concilio interesse consueverunt, his superioribus, majoris hebdomadæ, & solemnitatis paschalis, diebus, in propriis ecclesiis occupatos, aliquos etiam, aliis impedimentis detentos, huc nondum accessisse, quos tamen brevi affuturos sperandum est; ac propterea factum esse, ut non ea, quam sancta synodus desiderabat, prælatorum frequentia, potuerint materiæ ipsæ sacramentorum, & reformationis examinari, & discuti: ut omnia maturo consilio, cum dignitate, & gravitate debita fiant, bonum, opportunum, & expediens censuit, censetque sessionem prædictam, quæ hoc ipso die, ut præfertur, celebranda erat, ad diem Iovis, infra octavam pentecostes proxime futuram, quoad ipsas materias expediendas, differendam, & prorogandam esse, quemadmodum differt, ac prorogat: quam diem & rei gerendæ maxime opportunam, & patribus præsertim absentibus percommodam, judicavit, & judicat. Hoc tamen adjecto: quod terminum ipsum ipsa sancta synodus, pro ejus arbitrio, & voluntate, sicuti rebus concilii putaverit expedire, etiam in privata congregatione restringere, & imminuere possit, & valeat.

SESSIO X.

Bononiæ celebrata die II. mensis Junii M. D. XLVII.

Decretum prorogationis sessionis.

Quamvis hæc sacrosancta œcumenica, & generalis synodus sessionem, quæ die vigesima prima mensis Aprilis, proxime præteriti, super sacramentorum, & reformationis materiis, in hac inclyta civita-

Digitized by Google

que algunos de los Padres que acostumbraron asistir á este Concilio han estado ocupados en sus propias Iglesias estos dias pasados de la Semana Santa y Fiestas de la Pasqua, y que algunos otros detenidos tambien por varios impedimentos, no habian llegado todavia, los quales, sin embargo, es de esperar vendrán en breve; por lo qual no se han podido exâminar y ventilar los expresados puntos acerca de los Sacramentos y de la Reforma, con aquel número de Prelados que deseaba el Santo Concilio: á fin de que todo se execute con maduro consejo, y con el debido decoro y gravedad, ha tenido y tiene por acertado, oportuno y conveniente, diferir y prorogar, como difiere y proroga la citada Sesion, que se habia de celebrar en este mismo dia, hasta el Juéves de la octava de Pentecostés próxîma venidera, para decidir las materias expresadas; cuyo dia ha juzgado y juzga muy á propósito para evacuar el asunto, y muy acomodado para los Padres, principalmente los que están ausentes: reservándose este Santo Concilio la facultad de poder restringir á su arbitrio y voluntad, y abreviar aun en Congregacion particular el término señalado, segun viere convenir á sus propios asuntos.

SESION X.

Celebrada en Bolonia el dia 2 del mes de Junio de 1547.

Decreto para prorogar la Sesion.

Aunque este Sacrosanto ecuménico y general Concilio, por ciertas causas, y principalmente por la ausencia de algunos Padres que esperaba en breve, determinó diferir y prorogar hasta hoy la Sesion acerca

Digitized by Google

tate Bononiæ, ex decreto, in urbe Tridentina, in publica sessione, die undecima mensis Martii promulgato, celebranda erat: propter aliquas causas, ac præsertim propter absentiam nonnullorum patrum, quos brevi affuturos sperabat, ad hunc præsentem diem differendam, & prorogandam esse decreverit: volens tamen cum iis, qui non venerunt, etiam adhuc benigne agere: eadem sacrosancta synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, (60) præsidentibus in ea eisdem sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, & apostolicæ sedis legatis, statuit, & decernit, sessionem ipsam, quam hac die, secunda mensis Junii, præsentis anni, millesimi quingentesimi quadragesimi septimi, celebrare decreverat, ad diem Iovis, post festum nativitatis beatæ Mariæ virginis, quæ erit decima quinta mensis Septembris, proxime futuri, quoad prædictas, & alias materias expediendas, differendam, & prorogandam esse, quemadmodum differt, & prorogat: ita tamen, quod prosecutio discussionis, & examinationis, tam eorum, quæ ad dogmata, quam ad reformationem pertinent, interim non omittatur: & terminum ipsum ipsa sancta synodus, pro ejus libito, & voluntate, etiam in privata congregatione, abbreviare, & prorogare libere possit, & valeat.

Die XIV. Septemb. M. D. XLVIII. in congregatione generali, Bononiæ, prorogata fuit sessio, quæ futura erat die sequenti, ad beneplacitum sacri concilii.

VARIANTES.

(60) Præsentibus *edit. Lov-Bog. Ant. & Col.* 1564.

BUL-

Digitized by Google

ca de los Sacramentos y puntos de Reforma, la que en virtud del Decreto promulgado en la Sesion pública tenida á 11 de Marzo en la Ciudad de Trento, se habia de celebrar el dia 21 del mes de Abril próximo pasado, en esta ínclita Ciudad de Bolonia; sin embargo, queriendo todavia proceder benignamente con los que aun no han acudido: el mismo Sacrosanto Concilio, legitimamente congregado en el Espíritu Santo, y presidiendo en él los mismos Cardenales de la S. R. I. y Legados de la Sede Apostólica, establece y determina se haya de diferir y prorogar, como difiere y prorega la mencionada Sesion, que habia decretado celebrar hoy 2 de Junio de este año de 1547, para el Juéves despues de la fiesta de la Natividad de nuestra Señora, que será el dia 15 del mes de Setiembre próximo futuro, á fin de evacuar las sobredichas, y otras meterias; pero sin que por esto se dexe interinamente de proseguir en la discusion y exámen de aquellos puntos que pertenezcan á los dogmas, y á la reforma; y pudiendo libremente el mismo Santo Concilio abreviar y ampliar á su arbitrio y voluntad el referido término, aun en Congregacion particular.

El dia 14 de Setiembre de 1547 se prorogó en la Congregacion general de Bolonia la Sesion que debia tenerse el dia siguiente, á voluntad del Sagrado Concilio.

BU-

Digitized by Google

BULLA

RESUMPTIONIS

CONCILII TRIDENTINI,

SUB JULIO III.

PONT. MAX.

Julius Episcopus, servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Cum ad tollenda religionis nostræ dissidia, quæ in Germania longo tempore non sine totius Christiani orbis perturbatione, & scandalo viguerunt, bonum, opportunum, & expediens esse videatur, sicuti etiam charissimus in Christo filius noster, Carolus Romanorum imperator semper augustus, nobis per suas litteras & nuntios significari fecit, ut sacrum œcumenicum generale concilium per fel. rec. Paulum papam III., prædecessorem nostrum, indictum, & per nos tunc cardinalatus honore fungentes, atque ipsius prædecessoris nomine, una cum duobus aliis sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus ipsi concilio præsidentes, inceptum, ordinatum, & continuatum, in quo plures publicæ & solemnes habitæ fuerunt sessiones, pluraque tam in causa fidei, quam reformationis promulgata decreta, multaque etiam ad utramque causam pertinentia examinata & discus-

Digitized by Google

BULA

PARA LA CONTINUACION

DEL CONCILIO TRIDENTINO,

EN TIEMPO DEL SUMO PONTIFICE

JULIO III.

Julio Obispo, Siervo de los Siervos de Dios, para perpetua memoria.

Juzgando por acertado, oportuno y conveniente, como tambien nos lo ha manifestado por sus cartas y Embaxadores nuestro hijo carísimo en Christo, Cárlos Emperador de Romanos, siempre Augusto, que para quitar las discordias de nuestra Religion, que por largo tiempo reynaron en Alemania, no sin desórden y escandalo de todo el Orbe christiano, se restituya á la Ciudad de Trento el Sagrado ecuménico y general Concilio, convocado por el Pontífice Paulo III. de feliz memoria, predecesor nuestro, y empezado, ordenado y continuado por Nos, que entónces gozabamos del honor del Cardenalato, y que en nombre del mismo predecesor presidiamos en él con otros dos Cardenales de la S. R. I. en el que se tuvieron muchas Sesiones públicas y solemnes, y se promulgaron muchos Decretos, tanto en materia de fé como de reforma, y se exâminaron y ventilaron tambien muchos puntos pertenecientes á ambos objetos; por tanto, correspondien-

Digitized by Google

sa, ad civitatem Tridentinam reducatur: Nos, (a) ad quos, & summos pro tempore pontifices spectat generalia concilia indicere & dirigere, ut ecclesiæ pacem, & Christianæ fidei, atque orthodoxæ religionis incrementum, ad omnipotentis Dei laudem & gloriam procuremus, & quantum in nobis est, tranquillitati ipsius Germaniæ, quæ sane provintia retroactis temporibus in vera religione, ac sacrorum conciliorum, & sanctorum patrum doctrina excolenda, exhibendaque maximis pontificibus, Christi redemptoris nostri in terra vicariis, debita obedientia, & reverentia, nulli Christianorum provinciæ fuit unquam secunda, paterne consulamus, sperantes per ipsius Dei gratiam, & benignitatem futurum, ut reges omnes, ac principes Christiani, justis, piisque nostris in hac re votis annuant, faveant, atque assistant: venerabiles fratres patriarchas, archiepiscopos, episcopos, & dilectos filios abbates, omnesque alios & singulos, qui de jure, vel consuetudine, vel privilegio, conciliis generalibus interesse debent, quosque idem prædecessor noster in suis indictionis & aliis quibuscumque desuper confectis & publicatis litteris, concilio interesse voluit, per viscera misericordiæ Domini nostri, Jesu Christi, hortamur, requirimus, & monemus, ut proximis futuris kalendis Maji, quem diem ad ipsum concilium in eo, in quo nunc reperitur, statu resumendum & prosequendum, prævia matura deliberatione, & ex certa nostra scientia, & de

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) * Teste Marcelo I. epist. 1. ad episcop. prov. Antioch. & Pelagio II. in epist. sua decret. 8. ad Joann. episc. Constantinop. & Bonifacio episc. epist. ad Zachariam pap. & syn. Calched. act. 1. & 2. Nicæn. II. act. 6. & Nicolao I. in epist. ad Michael. imperat.

Digitized by Google

donos, como á los demás Sumos Pontífices en sus respectivos tiempos, convocar y dirigir los Concilios generales, á fin de procurar la paz de la Iglesia, y de la Fé christiana, y el aumento de la Religion Católica, para alabanza y gloria de Dios todo poderoso, como asimismo para mirar con amor de padre en quanto nos es posible, por la tranquilidad de la misma Alemania, cuya Provincia ciertamente en los tiempos pasados nunca fue inferior á ningun otro Reyno christiano en promover la verdadera Religion, y la Doctrina de los Sagrados Concilios y Santos Padres, y en prestar la debida obediencia y respeto á los Sumos Pontífices, Vicarios de Christo nuestro Redentor en la tierra, esperando que por la gracia y bondad del mismo Dios, todos los Reyes y Príncipes christianos han de acceder á nuestros justos y piadosos deseos en este punto, los han de favorecer y ayudar; exhortamos, requerimos y amonestamos, por las entrañas de la misericordia de nuestro Señor Jesu-Christo, á los Venerables Hermanos los Patriarcas, Arzobispos Obispos y á los amados hijos los Abades, y á todos los demás, y á cada uno de los que por derecho, costumbre ó privilegio deben asistir á los Concilios generales, y los mismos que el enunciado nuestro Predecesor, en sus letras de convocacion, y otras qualesquiera expedidas y publicadas, quiso asistiesen al Concilio, se junten y congreguen, no teniendo impedimento legítimo, en la Ciudad de Trento para primero de Ma-

ANIMADV. IN NOTAS CHIFFLET.

(a) * Epist. Marcelli I. ad episcop. prov. Antioch. & epist. decret. Pelagii II., 8. ad Joan. episc. Constantinop. sunt spuriæ.

Digitized by Google

de apostolicæ auctoritatis plenitudine, ac venerabilium fratrum nostrorum, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium consilio, assensu, statuimus, decernimus, & declaramus, in ipsa civitate Tridenti, legitimo cessante impedimento, convenire, & se congregare, ac ipsius concilii continuationi & prosecutioni, omni mora postposita, incumbere velint. Nos enim operam sedulo daturi sumus, ut eodem tempore, in eadem civitate, nostri omnino adsint legati: per quos, si per ætatem nostram, valetudinemque & sedis apostolicæ necessitates, personaliter adesse nequiverimus, Spiritu sancto duce, ipsi concilio præsidebimus: quacumque ipsius concilii translatione & suspensione, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, ac præsertim illis, quæ idem prædecessor noster in suis litteris prædictis, quas cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis, & decretis in suo robore permanere volumus, atque decernimus, & quatenus opus sit, innovamus, voluit non obstare: irritum nihilominus decernentes, & inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam, nostrorum, hortationis, requisitionis, monitionis, statuti, declarationis, innovationis, voluntatis, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum, Petri, & Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ, apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ M. D. L. decimo octavo kal. Decem. pontificatus nostri anno primo. *M. card. Crescen. Rom. Amasæus.*

SA-

Digitized by Google

yo próximo venidero, en cuyo dia, precedida una madura deliberacion, y de nuestra cierta ciencia y plenitud de la autoridad Apostólica, y con consejo y consentimiento de nuestros Venerables Hermanos los Cardenales de la S. R. I. establecemos, determinamos y declaramos que se reasuma, y prosiga el mismo Concilio en el estado en que se halla, y que se ocupen sin dilacion alguna en su continuacion. Tendremos particular cuidado de que en dicho tiempo, y en la misma Ciudad, se hallen sin falta nuestros Legados, por medio de los quales, si por nuestra edad, salud achacosa, y necesidades de la Sede Apostólica, no pudieremos asistir en persona, presidiremos, baxo la direccion del Espíritu Santo, al mismo Concilio, sin que obsten qualquier traslacion y suspension de él, y otras cosas contrarias, especialmente las que nuestro mismo predecesor quiso no obstasen en sus mencionadas Letras, las que queremos y mandamos permanezcan en su fuerza y vigor, con todas y cada una de las clausulas y decretos que en ellas se contienen, y en caso necesario las renovamos, dando sin embargo por irrito y nulo lo que por alguno con qualquiera autoridad á sabiendas ó por ignorancia se cometiere en contrario de lo mencionado: Nadie pues se atreva á quebrantar esta nuestra Bula de exhortacion, requisicion, monicion, estatuto, declaracion, innovacion, voluntad y decretos, ó contravenir osada y temerariamente á su tenor: el que se atreviere á cometer este atentado, sepa que incurrirá en la indignacion de Dios todo poderoso y de sus Apostoles los bienaventurados S. Pedro y S. Pablo. Dada en Roma en San Pedro á 14 de Noviembre del año de la Encarnacion del Señor 1550, y el primero de nuestro Pontificado. *M. Cardenal Crescent. Rom. Amaseo.*

SE-

Digitized by Google

SACROSANCTI ŒCUMENICI ET GENERALIS CONCILII TRIDENTINI SESSIO UNDECIMA, QUÆ EST PRIMA, SUB JULIO III. PONT. MAX.

CELEBATA KAL. MAJI M. D. LI.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

* *Ex collection. concil. Labb. Tom. XIV. pag. 798.*

* Anno à nativitate Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, indictione nona, die vero Veneris prima mensis Maji, pontificatus sanctissimi domini nostri Julii, divina providentia papæ tertii, anno secundo, reverendissimus & illustrissimus Marcellus sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyter cardinalis de Crescentiis, prælibati sanctissimi domini papæ de latere legatus, ac reverendus dominus Sebastianus Pighinus archiepiscopus Siponti-nus, & Aloysius Lipomanus episcopus Veronensis, apostolicæ sedis nuntii, una cum reliquis patribus, qui Tridenti aderant, de mane convenerunt in ecclesia cathedrali sancti Vigilii civitatis Tridentinæ, in qua celebrarunt primam sessionem hujus sacri concilii Tridentini sub eodem sanctissimo domino nostro Julio: ubi, celebrata prius de Spiritu sancto solem-

Digitized by Google

SESION XI.

DEL SACROSANTO

ECUMENICO Y GENERAL

CONCILIO TRIDENTINO,

QUE ES LA PRIMERA

CELEBRADA EN TIEMPO DE JULIO III.

PONTIFICE MAXIMO

A PRIMERO DE MAYO DE 1551.

En el nombre de la Santa é Individua Trinidad, Padre, Hijo y Espíritu Santo. Amen.

„ El año del nacimiento del Señor mil quinientos cincuenta y uno, indicion nona, Viernes primero de Mayo, y el segundo año del Pontificado de nuestro Santísimo Padre Julio tercero, Papa por la divina providencia, el Reverendísimo é Ilustrísimo Señor Marcelo, Presbítero Cardenal *Crescentio*, de la S. R. I. Legado *á latere* del mencionado nuestro Santísimo Padre el Pontífice, y el Reverendo Señor Sebastian Pighino, Arzobispo de Siponto, y Luis Lypomano, Obispo de Verona, Nuncios de la Sede Apostólica, juntamente con los demas Padres que se hallaban en la Ciudad de Trento, se congregaron por la mañana en la Iglesia Catedral de San Vigilio, de la misma Ciudad, en la que celebraron la primera Sesion de este Sagrado Concilio

Digitized by Google

lemni missa, peractisque consuetis ceremoniis, lectæ fuerunt litteræ ejusdem sanctissimi domini nostri papæ super reassumptione & prosecutione sacri œcumenici & generalis concilii Tridentini. Deinde reverendus dominus archiepiscopus Turritanus conversus ad patres alta & intelligibili voce legit hæc, quæ sequuntur:

Decretum de resumendo concilio.

Placetne vobis, ad laudem, & gloriam sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ad incrementum & exaltationem fidei, & religionis Christianæ, sacrum œcumenicum, & generale concilium Tridentinum, juxta formam, & tenorem litterarum sanctissimi domini nostri, resumi debere, & procedendum esse ad ulteriora? Responderunt, Placet.

Indictio futuræ sessionis.

Placetne vobis proximam futuram sessionem habendam, & celebrandam esse in futuris kalendis Septembris? Responderunt, Placet.

SE-

Digitized by Google

lio de Trento, en el Pontificado del mismo nuestro Santísimo Padre Julio; y habiéndose dicho Misa Solemne del Espíritu Santo, y practicado las acostumbradas ceremonias, se leyeron las Letras del mismo nuestro Santísimo Padre el Papa, sobre la reasuncion y continuacion del Sagrado ecuménico y general Concilio Tridentino. Despues el Reverendísimo Señor Arzobispo de Sacer, habiéndose vuelto á los Padres, leyó en alta é inteligible voz lo siguiente.

Decreto para continuar el Concilio.

¿Teneis á bien que para alabanza y gloria de la Santa é individua Trinidad, Padre, Hijo y Espíritu Santo, para aumento y exâltacion de la Fé y de la Religion christiana, se debe continuar el Sagrado ecuménico y general Concilio Tridentino, con arreglo á la forma y tenor de las Letras de nuestro Santísimo Padre, y que se proceda á lo demás? Respondieron, lo tenemos á bien.

Señalamiento de la futura Sesion.

¿Teneis á bien que la próxima futura Sesion se tenga y celebre el inmediato dia primero de Septiembre? Respondieron, lo tenemos á bien.

Digitized by Google

SESSIO XII.

QUÆ EST SECUNDA

SUB JULIO III. PONT. MAX.

CELEBRATA DIE I. SEPTEMB. M. D. LI.

Decretum prorogationis sessionis.

Sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, (61) præsidentibus in ea eisdem sanctæ sedis apostolicæ legato, & nuntiis, quæ in proxime præterita sessione sequentem hanc hodie habendam, & ad ulteriora procedendum esse decreverat, cum ob inclytæ Germanicæ nationis, cujus præcipue causa agitur, absentiam, (62) ac non magnam ceterorum patrum frequentiam, procedere hactenus distulerit, de venerabilium in Christo fratrum, & filiorum suorum Maguntini, & Treverensis archiepiscoporum, ac sacri Romani imperii principum electorum, & complurium ipsius aliarumque provinciarum episcoporum, sub hanc ipsam diem adventu in Domino exultans, & dignas ipsi omnipotenti Deo agens gratias, firmamque spem concipiens, quamplurimos alios tam ipsius Germanicæ, quam aliarum nationum prælatos, & sui oficii debito, & hoc exemplo commotos, propediem esse venturos; futuram sessionem ad quadrage-

VARIANTES.

(61) *Verba* : præsidentibus in ea eisdem sanctæ sedis apostolicæ legato, & nuntiis, *absunt ab edit. Col. & Antv.* 1564. *Lov-Bog. Brix.*

Digitized by Google

SESION XII.

QUE ES LA SEGUNDA

CELEBRADA,

EN TIEMPO DEL SUMO PONTIFICE JULIO III.

EL DIA PRIMERO DE SEPTIEMBRE DE 1551.

Decreto para prorogar la Sesion.

El Sacrosanto ecuménico y general Concilio Tridentino, legítimamente congregado en el Espíritu Santo, presidiendo en él los mismos Legado y Nuncios de la Silla Apostólica, que en la Sesion próxima pasada habia decretado que esta siguiente se tuviese hoy, y se procediese adelante, habiéndolo dilatado hasta ahora por la ausencia de la ínclita nacion Alemana, de cuya causa principalmente se trata, y por no haber acudido muchos de los demás Padres, alegrándose en el Señor de que hayan llegado, hoy mismo, sus Venerables Hermanos é Hijos en Christo, los Arzobispos de Maguncia y de Treveris, Príncipes Electores del Sacro Rom. Imper. y de muchos Obispos de Alemania, y de otras Provincias, dando al mismo Dios todo poderoso las debidas gracias, y concibiendo una firme esperanza de que otros muchísimos Prelados, así de Alemania como de otras Naciones, estimulados de la obligacion de su Ministerio y de este exemplo, vendrán dentro de pocos dias, señala la futura Sesion para de aquí á quarenta dias, que será en

(62) *Verba*: ac non magnam ceterorum patrum frequentiam, *desunt ab edit. Brix. Lov-Bog. Ant. & Col.* 1564.

Digitized by Google

gesimam diem, quæ erit undecima mensis Octobris proxime sequentis, indicit; & concilium ipsum in statu, in quo reperitur, prosequendo, cum in præteritis sessionibus de septem sacramentis novæ legis in genere, & in specie de baptismate, & confirmatione definitum fuerit, statuit & decernit de sanctissimæ Eucharistiæ sacramento; nec non, quod ad reformationem attinet, de reliquis, quæ ad faciliorem & commodiorem prælatorum residentiam pertinent, agi & tractari debere. Ac monet, & hortatur omnes patres, ut interim Domini nostri, Jesu Christi (*a*) exemplo, quantum tamen humana fragilitas patietur, jejuniis, & orationibus vacent, ut tandem placatus, qui in sæcula sit benedictus, Deus corda hominum ad veræ suæ fidei agnitionem, & sanctæ matris ecclesiæ unitatem, ac recte vivendi normam reducere dignetur.

SESSIO XIII.

QUÆ EST TERTIA

SUB JULIO III. PONT. MAX.

CELEBRATA DIE XI. OCTOB. M. D. LI.

Decretum de sanctissimo Eucharistiæ sacramento.

Sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præ-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Matth. 4.

Digitized by Google

el 11 del siguiente mes de Octubre; y prosiguiendo el Concilio en el estado en que se halla, establece y decreta que respecto de haber ya en las pasadas Sesiones definido acerca de los siete Sacramentos de la nueva Ley en general, y del Bautismo y Confirmacion en particular, debe ocuparse ahora y tratar del Santísimo Sacramento de la Eucaristía; y asimismo en quanto á la reforma, de todas las demás cosas pertenecientes á la mas facil y cómoda residencia de los Prelados: y amonesta y exhorta á todos los Padres á que entretanto, imitando el exemplo de nuestro Señor Jesu-Christo en quanto lo permita, no obstante la flaqueza humana, empleen este tiempo en ayunos y oraciones, para que al fin, aplacado Dios, que sea bendito en todos los siglos, se digne traer los hombres al conocimiento de su verdadera fé, á la unidad de la Santa Madre Iglesia, y al arreglado modo de vivir.

SESION XIII.

QUE ES LA TERCERA

EN TIEMPO DEL SUMO PONTIFICE JULIO III.

CELEBADA

EL DIA 11 DE OCTUBRE DE 1551.

Decreto acerca del Santísimo Sacramento de la Eucaristía.

El sacrosanto ecuménico y general Concilio de Trento, congregado legitimamente en el Espíritu Santo, presidiendo en él los mismos Legado y Nuncios de la Silla Apostólica, declara que aunque no sin par-

Digitized by Google

sidentibus in ea eisdem sanctæ sedis apostolicæ legato, & nuntiis, etsi in eum finem (63) non absque peculiari Spiritus sancti ductu, & gubernatione, convenerit, ut veram, & antiquam de fide, & sacramentis doctrinam exponeret, & ut hæresibus omnibus, & aliis gravissimis incommodis, quibus Dei ecclesia misere nunc exagitatur, & in multas, ac varias partes scinditur, remedium afferret, hoc præsertim jam inde à principio in votis habuit, (*a*) ut stirpitus convelleret zizania execrabilium errorum, & schismatum, quæ inimicus homo his nostris calamitosis temporibus in doctrina fidei, usu, & cultu sacrosanctæ Eucharistiæ superseminavit: quam alioqui Salvator noster in ecclesia sua tamquam symbolum reliquit ejus unitatis, & caritatis, qua Christianos omnes inter se conjunctos, & copulatos esse voluit. Itaque eadem sacrosancta synodus sanam, & sinceram illam de venerabili hoc, & divino Eucharistiæ sacramento doctrinam tradens, quam semper catholica ecclesia ab ipso Jesu Christo Domino nostro, & ejus Apostolis erudita, atque à Spiritu sancto, illi (*b*) omnem veritatem in dies suggerente, edocta, retinuit, & ad finem usque sæculi conservabit: omnibus Christi fidelibus interdicit, ne posthac de sanctissima Eucharistia aliter credere, docere, aut prædicare audeant, quam ut est hoc præsenti decreto explicatum, atque definitum.

CA-

VARIANTES.

(63) Non absque peculiaris Spiritus sancti ductu, & gubernatione *edit. Rom.* 3. non absque peculiari scilicet ductu gubernatione *edit. Rom. in* 4. *& Lov.* non absque peculiari scilicet ductu & gubernatione *edit. Vird. Rhem. Brix. Lov-Bog. Dil. Antv. & Col.* 1564.

Digitized by Google

particular guia y direccion del Espíritu Santo, se juntó con el fin de exponer la verdadera y antigua doctrina de la fé y de los Sacramentos, y poner remedio á todas las heregías y otros gravísimos males, que al presente lastimosamente afligen á la Iglesia de Dios, y la dividen en muchas y varias partes, fué siempre su principal deseo desde el principio el arrancar de raiz la cizaña de los exêcrables errores y cismas que en estos nuestros calamitosos tiempos sembró el enemigo comun en la doctrina de la fé, y en el uso y culto de la sacrosanta Eucaristía: la qual por otra parte dexó nuestro Salvador en su Iglesia como símbolo de su unidad y caridad, con la que quiso que todos los christianos estuviesen juntos y unidos entre sí. Por cuya razon enseñando el mismo sacrosanto Concilio aquella sana, y verdadera doctrina de este adorable y divino Sacramento de la Eucaristía, que la Iglesia católica instruida por el mismo Jesu-Christo Señor nuestro, y sus Apóstoles, y enseñada por el Espíritu Santo, que la inspira continuamente todas las verdades, retuvo siempre y conservará hasta la fin del mundo; prohibe á todos los fieles christianos el que se atrevan en adelante á creer, enseñar ó predicar de la santísima Eucaristía ninguna cosa contraria á lo explicado y definido en este presente decreto.

CA-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Matth. 13. ℣. 30. (b) Luc. 12. ℣. 12. Joan. 14. ℣. 26. Joan. 16. ℣. 13. Dist. 21. in pr. ℣. *Ego rogavi.* Sess. 22. pr. Sess. 5. pr.

Digitized by Google

CAPUT I.

De reali præsentia Domini nostri, Jesu Christi, in sanctissimo Eucharistiæ sacramento.

Principio docet sancta synodus, & aperte, ac simpliciter profitetur, in almo sanctæ Eucharistiæ sacramento post panis, & vini consecrationem Dominum nostrum, Jesum Christum (*a*) verum Deum, atque hominem vere, realiter, ac substantialiter sub specie illarum rerum sensibilium contineri. Neque enim hæc inter se pugnant, (*b*) ut ipse Salvator noster semper ad dexteram Patris in cœlis assideat juxta modum existendi naturalem, & multis nihilominus aliis in locis sacramentaliter præsens sua substantia nobis adsit, ea existendi ratione, quam etsi verbis exprimere vix possumus, (*c*) possibilem tamen esse Deo, cogitatione per fidem illustrata assequi possumus, & constantissime credere debemus: ita enim majores omnes nostri, quotquot in vera Christi ecclesia fuerunt, qui de sanctissimo hoc sacramento disseruerunt, apertissime professi sunt, hoc tam admirabile sacramentum (*d*) in ultima cœna Redemptorem nostrum instituisse, cum post panis, vinique benedictionem, se suum ipsius corpus illis præbere, ac suum sanguinem, disertis, & perspicuis verbis testatus est: (*e*) quæ verba à sanctis Evangelistis commemorata, (*f*) & à divo Paulo postea repetita, cum propriam illam & apertissimam significationem præ se ferant, secundum quam à patribus intellecta sunt: in-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Joan. 1. (*b*) Matth. 16. ℣. 27. & 28. Ad Ephes. 1. c. 1. ℣. de summ. Trinit. Sess. 3. in symb. (*c*) Matth. 19. ℣. 26. Luc. 18. ℣. 27. (*d*) Cap. *Cum*

Digitized by Google

CAPITULO I.

De la presencia real de Christo Señor nuestro en el Santísimo Sacramento de la Eucaristía.

Enseña ante todas cosas el santo Concilio y confiesa clara y sencillamente que en el santo Sacramento de la Eucaristía despues de la consagracion del pan y del vino, se contiene verdadera, real y substancialmente baxo la especie de estas cosas sensibles nuestro Señor Jesu Christo, Dios y Hombre verdadero (302). Ni se oponen entre sí, que el mismo Salvador nuestro esté siempre sentado á la diestra del Padre en los Cielos, segun el modo natural de existir, y el que sin embargo esté presente para nosotros con su substancia sacramentalmente en otros muchos lugares con aquel modo de existir, que aunque apenas podemos expresar con palabras, sin embargo podemos alcanzar con la mente ilustrada por la fé que es posible á Dios, y debemos creerlo firmemente. Y así todos nuestros mayores quantos estuvieron en la verdadera Iglesia de Christo que trataron de este santísimo Sacramento, confesaron clarísimamente que nuestro Redentor instituyó este tan admirable Sacramento en la última cena quando despues de la bendicion del pan y del vino, aseguró con claras y distintas palabras que les daba su mismo Cuerpo y su Sangre (303), las que referidas por los santos Evangelistas, y repetidas despues por San Pablo, manifestando á primera vista aquel propio y clarísimo sentido

Cum martha 6. ℣ de celebrat. miss. Clem. *Si Dominum* 1. de reliq. & vener. sanct. (e) Matth 26. ℣. 26. & 28. Marc. 14. ℣. 22. & 24. Luc. 22. ℣. 19. & 20. (f) 1. ad Cor. 11. ℣. 24. & 25.

indignissimum sane flagitium est, ea à quibusdam contentiosis, & pravis hominibus ad fictitios, & imaginarios tropos, quibus veritas carnis, & sanguinis Christi negatur, contra universum ecclesiæ sensum detorqueri, quæ tamquam (*a*) columna, & firmamentum veritatis, hæc ab impiis hominibus excogitata commenta, velut sathanica, detestata est, grato semper & memore animo præstantissimum hoc Christi beneficium agnoscens.

CAPUT II.

De ratione institutionis sanctissimi hujus sacramenti.

Ergo salvator noster, discessurus ex hoc mundo ad Patrem, sacramentum hoc instituit, in quo divitias divini sui erga homines amoris velut effudit, (*b*) memoriam faciens mirabilium suorum; (*c*) & in illius sumptione colere nos sui memoriam præcepit, suamque annuntiare mortem, donec ipse ad judicandum mundum veniat. (*d*) Sumi autem voluit sacramentum hoc, tamquam spiritalem animarum cibum, quo alantur, & confortentur viventes vita illius, qui dixit: (*e*) *Qui manducat me, & ipse vivet propter me*: & tamquam antidotum, quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præservemur. Pignus præterea id esse voluit futuræ nostræ gloriæ, & perpetuæ felicitatis, adeoque symbolum unius illius corpo-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) 1. ad Tim. 3. ℣. 15. (*b*) Psalm. 110. ℣. 4. (*c*) Luc. 22. ℣. 19. 1. ad Cor. 11. ℣. 24. 25. & 26. Dist. 2. de consecr. c. *Iteratur* 71. (*d*) Matth. 26. ℣. 26. & 27. (*e*) Joan. 6. ℣. 58.

Digitized by Google

do en el que las entendieron los Padres, es sin duda enormísima maldad el que algunas personas rebeltosas y perversas las quieran torcidamente aplicar á figuras ficticias é imaginarias, con las quales se niega la verdad de la carne y sangre de Christo contra el general sentir de la Iglesia, que como columna y firmamento de la verdad detestó como diabólicas estas ficciones inventadas por hombres impios, reconociendo siempre con la fé y no olvidando jamás este excelentísimo beneficio de Jesu-Christo (304).

CAPITULO II.

Del modo con que se instituyó este Santísimo Sacramento.

Estando, pues, nuestro Salvador para partir de este mundo al Padre instituyó este Sacramento, en el que, como que derramó las riquezas de su divino amor á los hombres, dexando un monumento de sus maravillas, y nos mandó que en la participacion de él adorásemos su memoria, y anunciásemos su muerte, hasta que él mismo venga á juzgar al mundo (305). Tambien quiso que se recibiese este Sacramento como un manjar espiritual de las almas, con el qual se alimenten y fortifiquen, los que vivien segun la vida del mismo que dixo: *El que me come, este mismo vivirá por mí* (306), y como antídoto que nos libre de las culpas quotidianas, y nos preserve de caer en pecado mortal (307). Fue tambien su voluntad que fuese una prenda de nuestra gloria futura y perpetua felicidad, y por consiguiente símbolo de aquel único cuerpo de que él mismo es cabeza, y al qual quiso que nosotros, como sus miembros, estuviesemos unidos con el estrechísimo vínculo de la fé, esperanza y caridad, pa-

Digitized by Google

poris, (*a*) cujus ipse caput existit, cuique nos, tamquam membra, arctissima fidei, spei, & caritatis connexione astrictos esse voluit, ut idipsum omnes diceremus, (*b*) nec essent in nobis schismata.

CAPUT III.

De excellentia sanctissimæ Eucharistiæ super reliqua sacramenta.

Commune hoc quidem est sanctissimæ Eucharistiæ cum ceteris sacramentis, (*c*) symbolum esse rei sacræ, & invisibilis gratiæ formam visibilem : verum illud in ea excellens, & singulare reperitur, quod reliqua sacramenta tunc primum sanctificandi vim habent, cum quis illis utitur; at in Eucharistia ipse sanctitatis auctor ante usum est. Nondum enim Eucharistiam (*d*) de manu Domini Apostoli susceperant, cum vere tamen ipse affirmaret corpus suum esse, quod præbebat. Et semper hæc fides in ecclesia Dei fuit, statim post consecrationem (*e*) verum Domini nostri corpus, verumque ejus sanguinem sub panis, & vini specie una cum ipsius anima, & divinitate existere : sed corpus quidem sub specie panis, & sanguinem sub vini specie, ex vi verborum; ipsum autem corpus sub specie vini, & sanguinem sub specie panis, animamque sub utraque vi naturalis illius connexionis, & concomitantiæ, qua partes Christi Domi-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) 1. ad Cor. 11. ℣. 3. Ad Ephes. 5. ℣. 23. & 24. Ad Rom. 12. ℣. 4. & 5. (*b*) 1. ad Cor. 1. ℣. 10. (*c*) Dist. 2. de consecr. c. *Sacrificium* 32. * Caus. 1. q. 1. c. *Multi* 84. (*d*) Matth. 26. ℣. 26. Marc. 14. ℣. 22. (*e*) Huj. sess. 13. can. 1.

Digitized by Google

ra que todos confesasemos esto mismo, y no hubiese cismas entre nosotros (308).

CAPITULO III.

De la excelencia de la Santísima Eucaristía sobre los demás Sacramentos.

Aunque la Santísima Eucaristía tiene de comun con los demás Sacramentos el ser símbolo de una cosa Sagrada, y forma visible de una gracia invisible (309), logra sin embargo de la excelencia y singularidad, que los otros Sacramentos solo comienzan á tener la virtud de santificar quando alguno los recibe, pero en la Eucaristía el mismo autor de la Santidad exîste ántes de recibirla. Todavía no habian recibido la Eucaristía los Apóstoles de mano del Señor, quando ya él mismo afirmaba verdaderamente que era su cuerpo lo que daba (310). Y en todos tiempos la Iglesia de Dios creyó que inmediatamente, despues de la consagracion, el verdadero Cuerpo de nuestro Señor, y su verdadera Sangre exîsten juntamente con su alma y divinidad baxo las especies de pan y de vino (311); pero que el cuerpo se contiene baxo la especie de pan, y la sangre baxo la especie de vino, por la eficacia de las palabras (312); y el mismo Cuerpo baxo la especie de vino, y la sangre baxo la de pan, y el alma baxo de las dos, en fuerza de aquella natural conexîon y con-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(e) * Can. *Multi* 84. caus. 1. q. 1., qui sub nomine Gregorii apud Gratianum laudatur, ab ipso Gratiano confectus videtur ex variis veterum sententiis, puta Hieronymi, Gregorii, Isidori, &c.

Digitized by Google

mini, (*a*) qui jam ex mortuis resurrexit, non amplius moriturus, inter se copulantur: divinitatem porro propter admirabilem illam ejus cum corpore, & anima hypostaticam unionem. Quapropter verissimum est (*b*) tantumdem sub (64) alterutra specie, atque sub utraque contineri. Totus enim, & integer Christus sub panis specie, & sub quavis ipsius speciei parte: totus item sub vini specie, & sub ejus partibus existit.

CAPUT IV.

De transubstantiatione.

Quoniam autem Christus, redemptor noster, corpus suum id, (*c*) quod sub specie panis offerebat, vere esse dixit; ideo persuasum semper in ecclesia Dei fuit, idque nunc denuo sancta hæc synodus declarat, per consecrationem panis, & vini, conversionem fieri totius substantiæ (*d*) panis in substan-

VARIANTES.

(64) Altera *edit. Brix. Vird. Rhem. Lov-Bog.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Ad Rom. 6. ℣. 9. * Dist. 2. de consecr. c. *Semel Christus* 51. c. *Qui manducant* 58. c. *Iteratur* 71. & ** c. *Singuli* 77. (*b*) Huj. sess. 13. can. 3. Sess. 21. de comm. cap. 3. *** Vide Homil. 5. de pasch. inter eas quæ Eusebio Emisseno adscribuntur, & **** Dist. 2. de consecr. c. *Quia corpus* 35. (*c*) Luc. 22. ℣. 19. Joann. 6. ℣. 48. & sqq. 1. ad Cor. 11. ℣. 24. (*d*) ***** Dist. 2. de consecr. c. *Panis* 55. Cap. *Cum Martha* 6. ℣ de celebr. miss. Huj. sess. 13. can. 2.

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(*a*) * Can. *Semel Christus* 51. dist. 2. de consecr. Gratiani proposito minime congruit: neque enim illic mentio de quotidiana Christi oblatione,

Digitized by Google

concomitancia con que se unen entre sí los miembros de Christo, que resucitó de entre los muertos para no volver á morir jamás; y la divinidad por aquella su admirable union hipostática (313) con el cuerpo y alma. Por lo que es verdad infalible, que lo mismo se contiene baxo de cada una de las dos especies, que baxo de ambas, exîstiendo total é íntegramente Christo baxo la especie de pan y cada parte de ella, y de la misma manera baxo la especie de vino y cada parte de él (314).

CAPITULO IV.

De la transubstanciacion.

Habiendo Christo Redentor nuestro dicho, que aquello que ofrecia baxo la especie de pan era su verdadero cuerpo, por esta razon siempre la Iglesia de Dios estuvo persuadida, y lo declara de nuevo este Santo Concilio, que por la consagracion del pan y del vino se convierte toda la substancia del pan en la substancia del Cuerpo de Christo nuestro Señor, y toda la substancia del vino en la substancia de su sangre (315); cuya conversion ha llamado oportuna y pro-

ne, ut credidit Gratianus, sed de annua commemoratione passionis Christi. ** Can. *Singuil* 77. dist. 2. de consecr. male adscribitur Hieronymo: desumptus est ex missali Ambrosiano in præfat. Domin. V. post Epiphaniam. (*b*) * Hæ homiliæ falso adscriptæ sunt Eusebio Emisseno: certum est Latino auctori adscribendas esse. ** Can. *Quia corpus* 35. dist. 2. de consecr. perperàm apud Gratianum adscribitur Eusebio Emisseno: certe atribuendus est alicui auctori Latino, forte Eucherio Lugdunensi. (*d*) * Can. *Panis* 55. dist. 2. de consecr. desumptus est ex Ambrosii *lib.* 4. *de sacrament.* At libros sex de sacramentis, qui sub Ambrosii nomine prodierunt, viri eruditissimi Ambrosio abjudicant. Addam, in integris horum librorum codicibus minime reperiri verba, quæ habet Gratianus à ℣. *& sic quod erat panis*, usque ad §. *Sed forte dicis*, 1.

tantiam corporis Christi, Domini nostri ; & totius substantiæ vini in substantiam sanguinis ejus. Quæ conversio convenienter, & proprie à sancta catholica ecclesia transubstantiatio est appellata.

CAPUT V.

De cultu, & veneratione huic sanctissimo sacramento exhibenda.

Nullus itaque dubitandi locus relinquitur, (*a*) quin omnes Christi fideles, pro more in catholica ecclesia semper recepto, latriæ cultum, qui vero Deo debetur, huic sanctissimo sacramento in veneratione exhibeant. Neque enim ideo minus est adorandum, (*b*) quod fuerit à Christo Domino, ut sumatur, institutum : nam illum eumdem Deum præsentem (65) in eo adesse credimus, quem Pater æternus introducens in orbem terrarum, dicit : (*c*) *Et adorent eum omnes Angeli Dei* : quem (*d*) Magi procidentes adoraverunt : (*e*) quem denique in Galilæa ab Apostolis adoratum fuisse, scriptura testatur. Declarat præterea sancta synodus, pie, & religiose admodum in Dei ecclesiam (*f*) inductum fuisse hunc morem, ut singulis annis peculiari quodam, & festo die præcelsum hoc, & venerabile sacramentum singulari veneratione, ac solemnitate celebraretur, (*g*) utque in processionibus reverenter, & honorifice illud per vias, & loca publica circumferretur. Æquissimum est enim sacros aliquos statutos esse dies, cum Christiani omnes

VARIANTES.

(65) In eo *absunt ab edit. Lov. Ven. & Dil.*

Digitized by Google

propiamente transubstanciacion la Santa Iglesia Católica (316).

CAPITULO V.

Del culto y veneracion que debe darse á este Santísimo Sacramento.

No queda, pues, motivo alguno de duda de que todos los fieles christianos han de venerar á este Santísimo Sacramento, conforme á la costumbre que siempre ha observado la Iglesia Católica, con el culto de latria que se debe al verdadero Dios. Y aunque fué instituido por Christo nuestro Señor para que lo recibamos, no por eso le hemos de dar ménos adoracion, pues creemos que en él está presente aquel mismo Dios, de quien el Padre Eterno enviandole al mundo dice: *Y adorenle todos los Angeles de Dios*: á quien adoráron postrados los Magos, y de quien finalmente atestigua la Escritura (317) fue adorado en Galiléa por los Apostoles. Declara además el Santo Concilio haberse introducido en la Iglesia de Dios la piadosísima y muy religiosa costumbre de celebrarse con singular veneracion y solemnidad este muy soberano y venerable Sacramento todos los años en un dia señalado y festivo, y de llevarlo con reverencia y honor en procesiones, por las calles y lugares públicos (318); siendo muy justo que se hayan establecido algunos dias Sagrados en que todos los christianos

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Huj. sess. 13. can. 6. (b) Matth. 26. ℣. 26. (c) Psalm. 96. ℣. 7. ad Hebr. 1. ℣. 6. (d) Matth. 2. ℣. 11. (e) Matth. 28. ℣. 17. Luc. 24. ℣. 52. (f) Urbanus papa citatus in Clem. *Si Dominum* 1. de reliq. & vener. sanct. (g) Huj. sess. can. 6.

Digitized by Google

nes singulari, ac rara quadam significatione gratos, & memores testentur animos erga communem Dominum, & redemptorem pro tam ineffabili, & plane divino beneficio, (a) quo mortis ejus victoria, & triumphus repræsentatur. Ac sic quidem oportuit victricem veritatem de mendacio, & hæresi triumphum agere, ut ejus adversarii in conspectu tanti splendoris, & in tanta universæ ecclesiæ lætitia positi, vel debilitati, & fracti tabescant, vel pudore affecti, & confusi aliquando resipiscant.

CAPUT VI.

De asservando sacræ Eucharistiæ sacramento, & ad infirmos deferendo.

Consuetudo (b) asservandi in sacrario sanctam Eucharistiam, adeo antiqua est, ut eam sæculum etiam (c) Nicæni concilii agnoverit. Porro deferri ipsam sacram Eucharistiam ad infirmos, & in (66) hunc usum diligenter in ecclesiis conservari, præterquam quod cum summa æquitate, & ratione conjunctum est, tum multis in (d) conciliis præceptum invenitur, & vetustissimo catholicæ ecclesiæ more est observatum. Quare sancta hæc synodus retinendum omnino salutarem hunc, & necessarium morem statuit.

CA-

VARIANTES.

(66) In *abest ab edit. Rom. in 4. Dil. Ven. & Lov.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) 1. ad Cor. 15. Ad Hebr. 2. (b) Hujus sess. can. 7. Cap. *Sane* 10. ※ de celebr. miss. * Dist. 2. de consecr. c. *Presbyter* 93. (c) Conc. Nican. c. 13. (d) ** Conc. Rhem. c. 2. Conc. Lateran. sub Innocentio III. c. 20. Conc. Ancyran. c. 6. *** Conc. Cartg. IV. cap. 77. & 78. Conc. Agath. c. 15. **** Dist. 93. c. *Præsente* 18.

Digitized by Google

nos manifiesten con singular y especial demostracion su reconocimiento y memoria al Señor y Redentor de todos, por un beneficio tan inefable y del todo divino, que nos representa la victoria y triunfo de su muerte. Y asi convino ciertamente que la verdad vencedora triunfase de la mentira y de la heregia, para que puestos sus enemigos á la vista de tanto esplendor, y en medio de tan gran júbilo de toda la Iglesia, ó debilitados y destruidos se aniquilen, ó avergonzados y confusos lleguen á arrepentirse (319).

CAPITULO VI.

Se debe reservar el Sacramento de la Sagrada Eucaristía, y llevar á los enfermos.

Es tan antigua la costumbre de reservar en el Sagrario la Santa Eucaristía, que ya se conoció en el siglo en que se celebró el Concilio de Nicea (320): Y el llevar la misma Sagrada Eucaristía á los enfermos, y conservarse para este uso cuidadosamente en las Iglesias, además de ser una cosa muy justa y muy conforme á la razon, se halla ordenado en muchos Concilios, y observado por antiquísima costumbre de la Iglesia Católica: por cuyo motivo este Santo Concilio establece que se conserve enteramente esta costumbre tan saludable como necesaria (321).

CA-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(*b*) * Can. *Presbyter* 93. dist. 2. de consecr. non pertinet ad conc. Wormat., ut vult Gratianus, sed ad Capitularia regum Francorum *Lib.* 1. c. 155. *Lib.* 5. *c.* 57. & *Lib.* 6. *c.* 178. (*d*) * Intellige *c.* 2. & 10. *statut. synod. eccles. Rhem* Apud Labb. *conc. tom.* 5. *pag.* 1693. Sunt qui ea adscribunt Sonnatio: at ævum posterius sapiunt. ** Conc. Carth. IV. est supposit. *** Can. *Præsente* 18. dist. 93. pertinet ad can. 38. supposit. conc. Carth. IV.

Digitized by Google

CAPUT VII.

De præparatione, quæ adhibenda est, ut digne quis sacram Eucharistiam percipiat.

Si non decet ad sacras ullas functiones quempiam accedere, nisi sancte: certe, quo magis sanctitas, & divinitas cælestis hujus sacramenti viro Christiano comperta est, eo diligentius cavere ille debet, ne absque magna reverentia, & sanctitate ad id percipiendum accedat, præsertim cum illa plena formidinis verba apud (*a*) Apostolum legamus: *Qui manducat, & bibit indigne, judicium sibi manducat, & bibit, non dijudicans corpus Domini.* Quare communicare volenti revocandum est in memoriam ejus præceptum: (*b*) *Probet autem seipsum homo.* Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumvis sibi (*c*) contritus videatur, absque præmissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat. Quod à Christianis omnibus, etiam ab iis sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc sancta synodus perpetuo servandum esse decrevit, (*d*) modo non desit illis copia confessoris: quod si necessitate urgente sacerdos absque prævia con-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) 1. ad Corinth. 11. ℣. 29. * Dist. 2. de consecr. c. *Quid est* 46. c. *Et sancta* 66. c. *Sicut Judas* 68. & ** c. *Timorem* 25. (*b*) 1. ad Cor. 11. ℣. 28. * Dist. 2. de consecr. c. *Quotidie* 13. c. *Qui scelerate* 24. & c. *Panem* 64. Dist. 1. de pœnit. c. *Omnis qui* 37. & c. *Non potest* 38. (*c*) Huj. sess. can. 11. (*d*) Huj. sess. 13. can. 11.

Digitized by Google

CAPITULO VII.

De la preparacion necesaria para recibir dignamente la Sagrada Eucaristía.

Si nadie debe acercarse á ninguna de las funciones Sagradas, sin la debida santidad: á la verdad, quanto mas conoce el christiano la santidad y divinidad de este celestial Sacramento, con tanta mas diligencia debe cuidar de no acercarse á recibirlo sino con gran reverencia y santidad, mayormente quando leemos en el Apostol aquellas palabras llenas de terror: *el que come y bebe indignamente, come y bebe su sentencia de condenacion, pues no discierne como debe el cuerpo del Señor*: por lo que el que desea comulgar ha de tener presente aquel precepto suyo que dice: *pruebese á sí mismo el hombre.* Además, la costumbre de la Iglesia declara que es necesaria esta prueba, para que nadie que conozca hallarse en pecado mortal, aunque le parezca estar contrito, deba acercarse á recibir la Sagrada Eucaristía, sin haber precedido la confesion Sacramental; lo que este Santo Concilio ha mandado observen perpetuamente todos los christianos, y aun aquellos Sacerdotes que por su oficio tuvieren que celebrar, no faltándoles Confesor (322); pero si el Sacerdote, en caso de ur-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(a) * Can. *Quid est* 46. dist. 2. de consecr. perperam apud Gratianum adscribitur Augustino, cum desumptus sit ex Beda in 1. ad Cor. 11. ** Can. *Timorem* 25. dist. 2. de consecr. male adscribitur synodo VIII. Depromptus videtur ex regula Basilii c. 133. (b) * Can. *Quotidie* 13. dist. 2. de consecr. non Augustinum, ut vult Gratianus, sed Gennandium Massiliensem auctorem habet.

Digitized by Google

confessione celebraverit, quamprimum confiteatur.

CAPUT VIII.

De usu admirabilis hujus sacramenti.

Quoad usum autem, (*a*) recte, & sapienter patres nostri tres rationes hoc sanctum sacramentum accipiendi distinxerunt. Quosdam enim docuerunt sacramentaliter dumtaxat id sumere, ut peccatores. Alios tantum spiritaliter, illos nimirum, qui voto propositum illum cælestem panem edentes, fide viva, (*b*) quæ per dilectionem operatur, fructum ejus, & utilitatem sentiunt. Tertios porro (*c*) sacramentaliter simul & spiritaliter, hi autem sunt, qui ita se prius probant & instruunt, (*d*) ut vestem nuptialem induti, ad divinam hanc mensam accedant. In sacramentali autem sumptione semper in ecclesia Dei mos fuit, ut laici à sacerdotibus communionem acciperent: (*e*) sacerdotes autem celebrantes seipsos communicarent: qui mos, (*f*) tamquam ex traditione apostolica descendens, jure, ac merito retineri debet. Demum vero paterno affectu admonet sancta synodus, hortatur, rogat, & obsecrat per viscera misericordiæ Dei nostri, ut omnes, singuli, qui Christiano nomine censentur in hoc unitatis signo, in hoc vinculo caritatis, in hoc concordiæ symbolo jam

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) * Dist. 2. de consecr. c. *Quid est* 46. Dist. 2. de consecr. c. *Ut quid paras* 47. c. *Dupliciter* 49. & c. *Qui manducat me* 75.* August. cont. Donat. Sæpe Prosper in lib. sententiarum. (*b*) Ad Galat. 5. ℣. 6. (*c*) Huj. sess. 13. can. 8. (*d*) Matth. 22. ℣. 11. (*e*) Dist. 2. de consecr. c. *Relatum* 11. Huj. sess. 13. can. 10. (*f*) Ad Hebr. 5. & 7.

Digitized by Google

urgente necesidad, celebrare sin haberse ántes confesado, confiese despues quanto ántes (323).

CAPITULO VIII.

Del modo de recibir este admirable Sacramento.

Por lo que mira al modo de recibir este Santo Sacramento, con razon y prudencia hicieron nuestros Padres tres distinciones. Enseñaron, pues, que algunos lo reciben solo sacramentalmente, como son los pecadores, otros solo espiritualmente, es á saber, los que comiendo con el deseo aquel pan celestial que se proponen participan de su fruto y utilidad, en fuerza de la fé viva, que obra por la caridad; y los terceros sacramental y espiritualmente á un mismo tiempo, que son los que primero se prueban y disponen, de suerte que vestidos con la ropa nupcial se acercan á esta divina Mesa (324). A la verdad siempre fue costumbre en la Iglesia de Dios que los legos recibiesen la Comunion de mano de los Sacerdotes (325) que los Sacerdotes que celebran se diesen la comunion, á sí mismos; cuya costumbre, como que proviene de la tradicion Apostólica debe conservarse con mucha razon (326). Finalmente, el Santo Concilio amonesta con paternal afecto, exhorta, ruega y suplica por las entrañas misecordiosas de nuestro Dios, á todos los que llevan el nombre de christianos, y á cada uno en particular, que lleguen al fin á convenir y concordar en este signo de unidad, en este vínculo de ca-

ANIMAD. IN NOT. CHIFFLET.

(a) * Can. *Quid est* 46. dist. 2. de consecr. rectius adscriberetur Bedæ quam Augustino.

Digitized by Google

jam tandem aliquando conveniant, & concordent, memoresque tantæ majestatis, & tam eximii amoris Jesu Christi, Domini nostri, (*a*) qui dilectam animam suam in nostræ salutis pretium, & carnem suam nobis dedit ad manducandum: hæc sacra mysteria corporis, & sanguinis ejus ea fidei constantia, & firmitate, ea animi devotione, ea pietate, & cultu credant, & venerentur, ut panem illum supersubstantialem frequenter suscipere possint, & is vere eis sit animæ vita, & perpetua sanitas mentis, cujus vigore confortati, ex hujus miseræ peregrinationis itinere ad cælestem patriam pervenire valeant, eumdem (*b*) panem Angelorum, quem modo sub (67) sacris velaminibus edunt, absque ullo velamine manducaturi.

Quoniam autem non est satis veritatem dicere, nisi detegantur, & refellantur errores; placuit sanctæ synodo hos canones subjungere, ut omnes jam, agnita doctrina catholica, intelligant quoque, quæ illis hæreses caveri, vitarique debeant.

De sacrosancto Eucharistiæ sacramento.

CANON I.

Si quis negaverit, (*c*) in sanctissimæ Eucharistiæ sa-

VARIANTES.

(67) Panis velaminibus *edit. Brix. Vird. Rhem. Lov-Bog. Antv. & Col.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Joan. 6. ℣. 56. & 57. * Dist. 2. de consecr. c. *Prima* 44. (*b*) Psal. 77. ℣. 25. Dist. 2. de consecr. c. *Revera* 69. (*c*) Huj. sess. 13. cap. 3. Conc. Later. sub Innoc. III. cap. 1. Decret. Eugenii in conc. Florent. Conc. Constantiens. adv. Wiclef.

Digitized by Google

caridad, y en este símbolo de paz; y que acordándose de tanta magestad, y tan extremado amor de Jesu-Christo nuestro Señor, que por precio de nuestra salvacion nos dió su amada alma, y carne para que las comiesemos, crean y veneren estos sagrados misterios de su Cuerpo y Sangre, con aquella fé tan constante y firme, aquella devocion interior, aquella piedad y reverencia, que puedan recibir con freqüencia aquel pan sobresubstancial que les sirva de verdadera vida del alma, y de perpetua salud del entendimiento, con cuya eficacia, fortalecidos puedan llegar por el camino de esta miserable peregrinacion á la patria celestial á comer sin velo alguno el mismo pan de los Angeles, que ahora comen baxo de sagrados velos (327).

Pero como no basta decir la verdad, si al mismo tiempo no se descubren y refutan los errores, ha tenido á bien el Santo Concilio añadir los siguientes Cánones, para que todos, conocida ya la doctrina católica, sepan tambien las heregías de que deben huir y guardarse.

Del Sacrosanto Sacramento de la Eucaristía.

CANON I.

Si alguno negare que en el Sacramento de la Santísima Eucaristía se contiene verdadera, real y substancialmente el cuerpo y sangre, juntamente con el alma y divinidad de nuestro Señor Jesu-Christo; y por consi-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(a) * Can. *Prima* dist. 2, de consecr. ex variis Augustini laciniis confectus est.

Digitized by Google

sacramento contineri verè, realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem una cum anima, & divinitate Domini nostri Jesu Christi, ac proinde totum Christum, sed dixerit tantummodo esse in eo, ut in signo, vel figura, aut virtute; anathema sit.

CANON II.

Si quis dixerit, (*a*) in sacrosancto Eucharistiæ sacramento remanere substantiam panis, & vini, una cum corpore, & sanguine Domini nostri Jesu Christi; negaveritque mirabilem illam, & singularem conversionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, manentibus dumtaxat speciebus panis, & vini, quam quidem conversionem catholica ecclesia aptissime (*b*) transubstantiationem appellat; anathema sit.

CANON III.

Si quis negaverit, (*c*) in venerabili sacramento Eucharistiæ sub unaquaque specie, & sub singulis cujusque speciei partibus, separatione facta, totum Christum contineri; anathema sit.

CANON IV.

Si quis dixerit, peracta consecratione, in admirabili Eucharistiæ sacramento non esse corpus, & sanguinem Domini nostri Jesu Christi, sed tantum in usu, dum sumitur, non autem ante, vel post; (*d*) &

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Conc. Constantiens. damnans articulos Wiclef. (*b*) Huj. sess. 13. cap

siguiente todo Christo, pero dixere que solamente existe en él como en señal ó figura, ó virtualmente; sea anatematizado (328).

CANON II.

Si alguno dixere que en el Sacrosanto Sacramento de la Eucaristía queda la substancia del pan y del vino juntamente con el Cuerpo y Sangre de nuestro Señor Jesu-Christo, y negare aquella admirable y singular conversion de toda la substancia del pan en el Cuerpo, y de toda la substancia del vino en la sangre, quedando solo las especies de pan y de vino, cuya conversion llama muy propiamente la Iglesia Católica transubstanciacion; sea anatematizado (329).

CANON III.

Si alguno negare que en el venerable Sacramento de la Eucaristía se contiene Christo todo baxo de qualquiera de las dos especies, y divididas estas, baxo de cada una de las partes de ellas; sea anatematizado (330).

CANON IV.

Si alguno dixere que despues de la consagracion no está en el admirable Sacramento de la Eucaristía el Cuerpo y Sangre de nuestro Señor Jesu-Christo, sino solo en el uso quando se recibe, y no ántes ó despues (331); y que en las hostias ó partículas consagradas que se reservan ó sobran despues de la comunion

cap. 4. (c) Conc. Floret. in decret. Eugenii Huj. sess. 13. cap. 3. Sess. 21. cap. 1. de commun. (d) Huj. sess. 13. cap. 3.

Digitized by Google

& in hostiis, seu particulis consecratis, quæ post communionem reservantur, vel supersunt, non remanere verum corpus Domini; anathema sit.

CANON V.

Si quis dixerit, (*a*) vel præcipuum fructum sanctissimæ Eucharistiæ esse remissionem peccatorum, vel ex ea non alios effectus provenire; anathema sit.

CANON VI.

Si quis dixerit, in sancto Eucharistiæ sacramento Christum, unigenitum Dei filium, non esse (*b*) cultu latriæ, etiam externo, adorandum; atque ideo nec festiva peculiari celebritate venerandum; neque in processionibus, secundum laudabilem, & universalem ecclesiæ sanctæ ritum, & consuetudinem, solemniter circumgestandum, vel non publice, ut adoretur, populo proponendum, & ejus adoratores esse idolatras; anathema sit.

CANON VII.

Si quis dixerit, non licere sacram Encharistiam (*c*) in sacrario reservari, sed statim post consecrationem astantibus necessario distribuendam, aut non licere, ut illa ad infirmos honorifice deferatur; anathema sit.

CA-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Decret. Eugenii in conc. Florent. Huj. sess. cap. 2. (*b*) Huj. sess. cap. 5. (*c*) Huj. sess. cap. 6.

Digitized by Google

nion no queda el verdadero Cuerpo del Señor; sea anatematizado (332).

CANON V.

Si alguno dixere que el perdon de los pecados es el principal fruto de la Santísima Eucaristía, ó que de ella no provienen otros efectos; sea anatematizado (333).

CANON VI.

Si alguno dixere que no se ha de adorar en el Santo Sacramento de la Eucaristía, con el culto de latria aun externo, á Christo Hijo unigénito de Dios, y que por este motivo no se ha de venerar con festiva y peculiar celebridad, ni se ha de llevar solemnemente en procesion por las calles, segun el loable y universal rito y costumbre de la Santa Iglesia, ó que no se ha de exponer publicamente al pueblo para que le adore (334), y que sus adoradores son idólatras; sea anatematizado (335).

CANON VII.

Si alguno dixere que no es licito reservar en el Sagrario la Sagrada Eucaristía, sino que inmediatamente despues de la consagracion se ha de distribuir necesariamente á los que estén presentes, ó que no es licito que se lleve honorificamente á los enfermos; sea anatematizado (336).

CA-

Digitized by Google

CANON VIII.

Si quis dixerit, Christum, in Eucharistia exhibitum, spiritualiter tantum manducari, (*a*) & non etiam sacramentaliter, & realiter; anathema sit.

CANON IX.

Si quis negaverit, (*b*) omnes, & singulos Christi fideles utriusque sexus, cum ad annos discretionis pervenerint, teneri singulis annis, saltem in paschate, ad communicandum, juxta præceptum sanctæ matris ecclesiæ; anathema sit.

CANON X.

Si quis dixerit, (*c*) non licere sacerdoti celebranti seipsum communicare; anathema sit.

CANON XI.

Si quis dixerit, (*d*) solam fidem esse sufficientem præparationem ad sumendum sanctissimæ Eucharistiæ sacramentum; anathema sit. Et ne tantum sacramentum indigne atque ideo in mortem, & condemnationem sumatur, statuit, atque declarat ipsa sancta synodus, illis, quos conscientia peccati mortalis gravat, (*e*) quantumcumque etiam se contritos existiment, habita copia confessoris, necessario præmittendam esse confessionem sacramentalem. Si quis autem contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter asse-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Huj. sess. cap. 3. (*b*) Sess. 14. can. 8. de pœnit. Cap. *Omnis utriusque*

CANON VIII.

Si alguno dixere que Christo administrado en la Eucaristía solo se come espiritualmente, y no tambien Sacramental y realmente; sea anatematizado (337).

CANON IX.

Si alguno negare que todos los fieles christianos, y cada uno de ellos de ambos sexôs, están obligados quando tienen uso de razon á comulgar todos los años, á lo ménos en la Pasqua Florida, segun el precepto de la Santa Madre Iglesia; sea anatematizado (338).

CANON X.

Si alguno dixere no ser lícito al Sacerdote que celebra darse á sí mismo la comunion; sea anatematizado (339).

CANON XI.

Si alguno dixere que la fé es suficiente preparacion por sí sola para recibir el Sacramento de la Santísima Eucaristía; sea anatematizado (340). Y para que tan grande Sacramento no se reciba indignamente, y de consiguiente para muerte y condenacion, el Santo Concilio establece y declara, que aquellos que sienten gravada su conciencia con pecado mortal, por mas contritos que juzguen estar, se han de confesar ántes necesariamente, siempre que hallen confesor (341). Y si alguno se atreviere á enseñar, predicar-

que 12. ✠ de pœnit. (c) Huj. sess. cap. 8. (d) Huj. sess. cap. 7. (e) Huj. sess. cap. 7.

Digitized by Google

asserere, seu etiam publice disputando defendere præsumpserit, eo ipso excommunicatus existat.

Decretum de reformatione.

CAPUT I.

Episcopi prudenter moribus subditorum reformandis invigilent: ab eorum correctione non appelletur.

Eadem sacrosancta Tridentina synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, (68) præsidentibus in ea eisdem sanctæ sedis apostolicæ legato, & nuntiis, intendens nonnulla statuere, quæ ad jurisdictionem pertinent episcoporum, ut, (*a*) juxta proximæ sessionis decretum, illi in commissis sibi ecclesiis eo libentius resideant, quo facilius, & commodius sibi jubjectos regere, & in vitæ, ac morum honestate continere potuerint; illud primum eos admonendos censet, (*b*) ut se pastores, non (69) percussores esse meminerint, atque ita præesse sibi subditis oportere, ut non in eis dominentur, sed illos, tamquam filios, & fratres, diligant; elaborentque ut hortando, & monendo ab illicitis deterrant; ne, ubi deliquerint, debitis eos pœnis coerçere cogantur. Quos tamen si quid per

VARIANTES.

(68) *Verba* præsidentibus in ea eisdem sanctæ sedis apostolicæ legato & nuntiis, *absunt ab edit. Vird. Rhem.*

(69) Præcursores esse *edit. Brix. Lov-Bog. Antv. & Col.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 12. sub. fin. * (*b*) Ad Tit. 1. ℣. 7. 1. ad Tim. 3. ℣. 3. 1. Pet. 5. ℣. 2. & 3. Dist. 45. in pr. Dist. 94. c. *Dictum est* 3. Dist. 95. c. *Este sujectus* 7. Sess. 24. cap. 3. de ref. Sess. 25. cap. 1. de ref.

Digitized by Google

car ó asegurar obstinadamente lo contrario, ó á defenderlo tambien en pública disputa, quede por el mismo hecho excomulgado (342).

Decreto de Reforma.

CAPITULO I.

Los Obispos vigilen con prudencia en corregir las costumbres de sus súbditos: y no se apele de su correccion.

Proponiendose el mismo Sacrosanto Concilio Tridentino, legitimamente congregado en el Espíritu Santo, presidido por los mismos Legado y Nuncios de la Sede Apostólica, establecer varios puntos pertenecientes á la jurisdiccion de los Obispos, para que segun lo decretado en la próxima Sesion, residan con tanto mayor gusto en las Iglesias de su cargo, quanto con mayor facilidad y comodidad pudieren corregir á sus súbditos, y hacerles observar buena vida y costumbres (343); juzga amonestarles desde luego, que se acuerden que son pastores y no verdugos (344), y que de tal modo conviene gobiernen á sus súbditos, que no les dominen, sino que los amen como hijos y hermanos; y procuren retraherles de lo malo con exhortaciones y persuasiones, para que no se vean precisados si llegaren á delinquir á retraerlos con las penas debidas (345). Y si sucediere que estos mismos incurriesen por fragilidad humana en alguna culpa, guardarán los

a

ADDIT. AD NOT. CHIFFLET.

(a) * Vide pro Belgio relat. gestor. circa conc. Trid. promulg. & recept.

Digitized by Google

per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa (a) Apostoli est ab eis servanda præceptio, ut illos arguant, obsecrent, increpent in omni bonitate & patientia: cum (b) sæpe plus erga corrigendos agat benevolentia, quam austeritas; plus exhortatio, quam comminatio; plus caritas, quam potestas. Sin autem ob delicti gravitatem virga opus fuerit; tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia judicium, cum lenitate severitas adhibenda est: ut sine asperitate disciplina populis salutaris, ac necessaria conservetur: & qui correpti fuerint, emendentur, aut, si resipiscere noluerint, ceteri, salubri in eos animadversionis exemplo, ad vitiis deterreantur: cum sit diligentis & pii simul pastoris officium, morbis ovium levia primum adhibere fomenta, post, ubi morbi gravitas ita postulet, (c) ad (70) acriora, & graviora remedia descendere: sin autem ne ea quidem proficiant illis submovendis, ceteras saltem oves à contagionis periculo liberare. Cum igitur rei criminum plerumque ad evitandas pœnas, & episcoporum subterfugienda judicia, querelas & gravamina simulent, & appellationis diffugio judicis processum impediant; (d) ne remedio, ad innocentiæ præsidium instituto, ad iniquitatis defensionem abutantur, utque hujusmodi eorum calliditati & tergiversationi occurratur, ita statuit, & decrevit; (e) In causis visitationis & correctionis, sive habilitatis & inhabilitatis, nec non cri-

mi-

VARIANTES.

(70) Verlora & graviora *edit. Rom. in 4. Brix. Dil. Lov-Beg. Rhem. Lov. Antv. & Col.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) 2. ad Tim. 4. ℣. 2. (b) Dist. 45. c. *Licet nonnumquam* 6. Caus. 23. q. 4. c. *Quod Christus* 26. (c) Caus. 24. q. 3. c. *Resecanda* 16. & c. *Corri-*

Digitized by Google

los Obispos aquel precepto de San Pablo, de reconvenirles, suplicarles y reprehenderlos con la mayor bondad y paciencia; pues muchas veces hace mas efecto en el que ha de ser corregido la benevolencia, que la aspereza; mas las exhortaciones, que las amanazas; mas el amor, que el poder (346). Pero si acaso por la gravedad del delito fuere preciso usar del castigo, se ha de templar el rigor con la mansedumbre, la sentencia con la misericordia, y la severidad con la blandura; para que de este modo se mantenga sin aspereza la disciplina saludable y necesaria á los Pueblos; y se enmienden los corregidos, ó si no quisieren arrepentirse á lo ménos los demás con el saludable exemplo del castigo de los otros, tengan horror á los vicios; siendo el oficio de un Pastor diligente y piadoso, aplicar primeramente remedios suaves á las enfermedades de las ovejas, despues, si lo exîge la gravedad del mal, usar de remedios mas fuertes y eficaces; y si acaso no aprovechasen estos para curarlas, librar á lo ménos á las demás ovejas del peligro del contagio (347). Y sucediendo por lo comun que los reos de delitos, por evitar el castigo y huir de las sentencias de los Obispos, aparentan motivos de queja y gravamenes, y con el efugio de la apelacion impiden que el Juez proceda; á fin de que no abusen en defensa de la maldad de un remedio establecido para amparo de la inocencia y ocurrir á su malicia y tergiversacion, ha dispuesto y decretado lo siguiente: en las causas de visita y correccion, ó de idoneidad é ineptitud, como tambien en las criminales, no se apele antes de la sen-

riplantur. 17. (d) Cap. *Cum speciali* 61. §. *Porro* 1., cap. *Ad nostram* 3. & cap. *Suggestum* 15. de appellat. (e) Neque ab ipsa definitiva appellatione suspensiva appellari potest, ut sess. 22. cap. 1. de ref. & sess. 24. cap. 20. de ref.

minalibus, ab episcopo, seu illius in spiritualibus vicario generali, ante definitivam sententiam, ab interlocutoria, vel alio quocumque gravamine non appelletur; neque episcopus, seu vicarius appellationi hujusmodi tamquam frivolæ deferre teneatur: sed ea, ac quacumque inhibitione ab appellationis judice emanata, nec non, omni stylo, & consuetudine, etiam immemorabili contraria non obstante, ad ulteriora valeat procedere, (a) nisi gravamen hujusmodi per definitivam sententiam reparari, vel ab ipsa definitiva appellari non possit. Quibus casibus sacrorum & antiquorum canonum statuta illibata persistant.

CAPUT II.

In criminalibus appellatio ab episcopo, quando metropolitano, aut uni ex vicinioribus committenda sit.

A sententia (b) episcopi, vel ipsius in spiritualibus vicarii generalis, in criminalibus appellationis causa, ubi appellationi locus fuerit, si apostolica auctoritate in partibus eam committi contigerit, metropolitano, seu illius etiam vicario in spiritualibus generali, aut si ille aliqua de causa suspectus foret, vel ultra duas legales (c) dietas distet, seu ab ipso appellatum fuerit, uni ex vicinioribus episcopis, seu illorum vicariis, non autem inferioribus judicibus committatur.

CA-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Cap. *Ut debitus* 59. ✠ de appellat. (b) Cap. *Ex litteris* 2. ✠ de consuet. (c) Cap. *Statutum* 11. de rescr. in 6.

Digitized by Google

sentencia difinitiva del Obispo ó de su Vicario general en lo espiritual de la interlocutoria, ú otro qualquier gravamen (348), ni el Obispo ó Vicario deba deferir á esta apelacion como frívola, sin embargo de la qual, y de qualquier inhibicion emanada del Juez de la apelacion, y de todo estilo y costumbre contraria aun immemorial, pueda proceder *ad ulteriora* (349), excepto si el gravamen no puede repararse por la sentencia difinitiva, ó no hay apelacion de esta: en cuyos casos se mantendrán en su vigor los estatutos de los Sagrados y antiguos Cánones (350).

CAPITULO II.

En que casos el conocimiento de la apelacion de la sentencia del Obispo en las causas criminales se ha de cometer al Metropolitano, ó á uno de los Obispos mas cercanos.

Si aconteciere cometerse por autoridad apostólica *in partibus*, ó fuera de la Curia Romana el conocimiento de la apelacion en las causas criminales, de la sentencia del Obispo, ó de su Vicario general en lo espiritual, siempre que hubiere lugar á la apelacion, se ha de cometer al Metropolitano ó tambien á su Vicario general en lo espiritual, y si aquel fuese sospechoso por algun motivo, ó distare mas de dos dias legales de camino, ó se hubiere ya apelado del mismo, cometase á uno de los Obispos mas cercanos ó á sus Vicarios, mas no á los Jueces inferiores.

Digitized by Google

CAPUT III.

Acta primæ instantiæ intra triginta dies dentur gratis reo appellanti.

Reus, ab episcopo, aut ejus vicario in spiritualibus generali, in criminali causa (71) appellans, coram judice, ad quem appellavit, acta primæ instantiæ omnino producat: & judex, nisi illis visis, ad ejus absolutionem minime procedat. Is autem, à quo appellatum fuerit, intra triginta dies, acta ipsa postulanti gratis exhibeat: alioqui absque illis: causa appellationis hujusmodi, prout (72) justitia suaserit, terminetur.

CAPUT IV.

Qua ratione clerici ob gravia crimina sacris exauctorandi.

Cum vero tam gravia nonnumquam sint delicta, (*a*) ab ecclesiasticis commissa personis, ut ob eorum atrocitatem è sacris ordinibus deponendæ, & curiæ sint tradendæ sæculari: in quo (*b*) secundum sacros canones certus episcoporum numerus requiritur; (*c*) quos si omnes adhibere difficile esset, debita ju-

VARIANTES.

(71) Appellare coram judice possit: ei ad quem appellavit, *edit. Brix. Lov-Bog. Wird. Rhem. Antv. & Col.*

(72) In justitia sua asserit, *edit. Brix Rhem. Lov-Bog. Antv. & Col.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Caus. 3. q 8. c. *Suggero* 2. Caus. 15. q. 7. c. *Felix episcopus* 4. (*b*) Conc. Hispalens. II. c. 6. (*c*) Caus. 15. q. 7. c. *Si quis* 3., c. *Si autem*

Digitized by Google

CAPITULO III.

Concedánse en el término de treinta dias al reo apelante los autos de la primera instancia sin llevarle derechos

El reo apelante en una causa criminal de la sentencia del Obispo ó su Vicario general en lo espiritual presente integros los autos de la primera instancia al Juez para ante quien apeló; el qual de ningun modo pase á absolverle sino con vista de ellos (353). Y el Juez de quien se hubiere apelado entregue dentro de treinta dias los mismos autos al que los pidiere (354): de lo contrario se terminará sin ellos la instancia de esta apelacion segun lo dictare la justicia (355).

CAPITULO IV.

De que modo se ha de degradar de las órdenes sagradas á los Clérigos que cometieren graves delitos.

Siendo algunas veces tan graves los delitos que cometen los Eclesiásticos, que por su atrocidad merecen ser depuestos de las sagradas Ordenes, y entregados al brazo seglar: para lo que, segun los sagrados Cánones, se requiere un cierto número de Obispos; y si fuese dificil juntarlos todos, se diferiria la de-

tem 5. * *c. Episcopus nullius 6. & c. Episcopus Sacerdotibus 7. Cap. Degradatio 2. de pœnis in 6.*

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(c) * Can. *Episcopus nullius* 6. Caus. 15. q. 7. pertinet ad can. 23 suppositiij concilii Carthag. IV.

Digitized by Google

juris executio differretur: si quando autem intervenire possent, eorum residentia intermitteretur: propterea statuit, & decrevit: episcopo per se, seu illius (73) vicarium in spiritualibus generalem, contra clericum, in sacris etiam presbyteratus ordinibus constitutum, etiam ad illius condemnationem, nec non verbalem depositionem; & per seipsum etiam, ad actualem, atque sollemnem degradationem ab ipsis ordinibus, & gradibus ecclesiasticis in casibus, in quibus aliorum episcoporum præsentia, in numero à canonibus definito, requiritur, etiam absque illis procedere liceat: adhibitis tamen & in hoc sibi assistentibus, totidem abbatibus, usum mitræ & baculi ex privilegio apostolico habentibus, si in civitate, aut diœcesi reperiri, & commode interesse possint; alioquin aliis personis in ecclesiastica dignitate constitutis, quæ ætate graves, ac juris scientia commendabiles existant.

CAPUT V.

Summarie cognoscat episcopus de gratiis aut absolutionem criminis, aut remissionem pœnæ respicientibus.

Et quoniam (74) per fictas causas, quæ tamen satis probabiles videntur, interdum accidit, ut nonnulli ejusmodi gratias extorqueant, per quas pœnæ illis episcoporum (75) juxta severitate inflictæ, aut remittuntur omnino, aut minuuntur: cum non ferendum

VARIANTES.

(73) Vicario in spiritualibus generali, *edit. Rom.* 1763.

(74) Post perfectas causas, *edit. Brix. Vird. Rhem. Lov-Bog. Antw. & Col.* post fictas causas, *edit. Rom. in* 4.

(75) Juxta severitatem *edit. Brix. Lov-Bog. Antw. & Col.*

Digitized by Google

debida execucion del derecho; y en caso de que pudiesen asistir se interrumpiria su residencia: por tanto estableció y decretó el Santo Concilio, que el Obispo por sí, ó su Vicario general en lo espiritual pueda proceder á la condenacion, y tambien verbal deposicion de los Clérigos, aun los ordenados de Sacerdotes; y por sí mismo igualmente á la actual y solemne degradacion de las mismas órdenes y grados eclesiásticos en aquellos casos en que se requiere la presencia de un cierto número de otros Obispos determinado por el derecho canónico, convocando no obstante para que le asistan en este acto otros tantos Abades, que por privilegio Apostólico usen de mitra y báculo si pudiesen hallarse en la Ciudad ó Diócesis, y asistir facilmente (356), y si no otras personas contituidas en dignidad eclesiástica, respetables por su edad, y recomendables por su instruccion en el derecho (357).

CAPITULO V.

Conozca el Obispo sumariamente de las letras de gracia en que se absuelve del delito, ó se remite la pena.

Y sucediendo á veces que algunos de los reos mencionados con causas fingidas que exponen, las quales sin embargo parecen bastante probables, logran por sorpresa letras de gracia, por las quales se remiten del todo ó minoran las penas que con justa severidad les impusieron los Obispos: no debiendose tolerar que la mentira que tanto desagrada á Dios no solo quede impune, sino que tambien alcance con ella el mentiroso el perdon de otro delito: por tanto el Santo Concilio estableció y decretó lo siguiente: el Obispo residente en su Iglesia conozca aunque sea sumariamente como

Digitized by Google

dum sit, ut mendacium, quod tantopere Deo displicet, non modo ipsum (*a*) impunitum sit, verum etiam alterius delicti veniam impetret mentienti: idcirco, ut sequitur, statuit, & decrevit: episcopus, apud ecclesiam suam residens, de subreptione, & obreptione gratiæ, quæ super absolutione alicujus publici criminis, vel delicti, de quo ipse inquirere cœperat; aut remissione pœnæ, ad quam criminosus per eum condemnatus fuerit, falsis precibus impetratur, per seipsum, tamquam sedis apostolicæ delegatus, etiam summarie cognoscat; (*b*) ipsamque gratiam, postquam per falsi narrationem, aut veri taciturnitatem obtentam esse, legitime constiterit, non admittat.

CAPUT VI.

Non citetur personaliter episcopus, nisi depositionis aut privationis causa.

Quoniam vero subditi episcopo, (*c*) tametsi jure correpti fuerint, magnopere tamen eum odisse, &, tamquam injuria affecti sint, falsa illi crimina objicere solent; ut, quoquo pacto possint, ei molestiam exhibeant; cujus vexationis timor plerumque illum ad inquirenda, & punienda eorum delicta segniorem reddit: idcirco, ne is magno suo, & ecclesiæ incommodo gregem sibi creditum relinquere, ac non sine episcopalis dignitatis diminutione vagari cogatur, ita statuit, & decrevit: (*d*) episcopus, nisi ob cau-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Exodi 23. ℣. 1. Levit. 19. ℣. 11. Proverb. 6. ℣. 16. & 19. Prov. 8. ℣. 7. Prov. 12. ℣. 17. Caus. 11. q. 3. c. *Si quis dixerit* 57. c. *Si quis hominem* 58. & * c. *Nemo peritorum*, 81. (*b*) Cap. *Super litteris* 20. & c.

Digitized by Google

Delegado de la Silla Apostólica de la subrepcion y obrepcion de las letras de gracia impetradas con falsas preces sobre la absolucion de algun crimen público ó delito de que habia empezado á conocer, ó sobre la remision de la pena á que hubiere sido condenado al culpado, y constando legitimamente que se han alcanzado por una relacion falsa, ó callando la verdad, no las dé cumplimiento (358).

CAPITULO VI.

No se cite al Obispo para que comparezca en persona sino por causa de deposicion ó privacion.

Y porque los súbditos de los Obispos aunque sean corregidos justamente conciben sin embargo un gran odio contra él, y como si se hallasen injuriados suelen imputarle falsos delitos, á fin de molestarle de qualquier modo que puedan; haciendo el temor de esta vejacion que muchas veces proceda con lentitud en la averiguacion y castigo de sus delitos: por esta razon, para que no se vea precisado, con grande incomodidad suya y de la Iglesia, á desamparar el rebaño que le está encargado, y á vagar en desdoro de la dignidad episcopal, estableció y decretó el Santo Concilio que de ningun modo se cite ó amoneste al Obispo

c. *Cum dilecta* 22. ff. de rescr. (c) ** Caus. 2. q. 7. c. *Sunt nonnulli* 21. (d) Sess. 24. cap. 5. de ref.

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(a) * Can. *Nemo peritorum* 81. caus. 11. q. 3. paucis continet sententiam Augustini expressam in can. *Permittose* 23. Dist. 11. de poenit., (quæ ex variis Augustini monumentis confestus est. (c) ** Can. *Sunt nonnulli* 21. caus. 2. q. 7. est spur.

causam, ex qua deponendus, sive privandus veniret, etiam si ex officio, aut per inquisitionem, seu denuntiationem, vel accusationem, sive alio quovis modo procedatur, ut personaliter compareat, nequaquam citetur, vel moneatur.

CAPUT VII.

Qualitates testium contra episcopum describuntur.

Testes in causa criminali, (*a*) ad informationem, vel (76) indicia, seu alias in causa principali contra episcopum, nisi contestes & bonæ conversationis, existimationis, & famæ fuerint, non recipiantur: & si odio, temeritate, aut cupiditate aliquid deposuerint, gravibus pœnis multentur.

CAPUT VIII.

Graves episcoporum causæ à Pont. Max. cognoscantur.

Causæ episcoporum, cum pro criminis objecti qualitate comparere debeant, (*b*) coram Pontifice Max. referantur, ac per ipsum terminentur.

De-

VARIANTES.

(76) Judicia, *edit. Brix. Lov-Bog. Vird. Rhem. Aldv. & Col.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Caus. 2. q. 4. c. *Nullam* 3. Conc. Carthag. II. c. 6. * Conc. Carthag. IV. c. 96. (*2.) Conc. Rom. sub. Sylvest. I. (*3.) Anacleti papæ epist. 2. (*4.) Sixti III. epist. 3. c. 2. (*5.) Caus. 2. q. 7. c. *Accusatio quoque* 15. (*6.) c. *Accusatio episcoporum* 19. & (*7.) c. *Testes* 39. Caus. 2. q. 4. c. *Nullam* 3. (*b*) Conc. Sardic. c. 3. & 4. Cap. *Ad abolendam* 9. ff de hæret. Sess. 24. cap. 5. de ref. *

Digitized by Google

po á comparecer personalmente, sino habiendo causa para deponerle ó privarle de su ministerio, aun quando se proceda de oficio, ó por inquisicion, denunciacion, acusacion ó de otro qualquier modo (359).

CAPITULO VII.

Explicanse las calidades de los que pueden ser testigos contra el Obispo.

No se admitan á ser testigos contra los Obispos en las causas criminales á efecto de formalizar la sumaria ó adquirir indicios, ó asimismo en lo principal de la causa, personas que no sean contestes y de buena conducta, opinion y fama (360): y si por odio, temeridad ó codicia depusieren algo, sean castigados con graves penas (361).

CAPITULO VIII.

Conozca el Sumo Pontífice de las causas graves de los Obispos.

Las causas de los Obispos en que por la calidad del delito imputado deben comparecer personalmente, se han de conocer y terminar por el mismo Sumo Pontífice (362).

De-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(a) *Conc. Carthag. IV. est supposit. (*2.) Conc. Rom. sub Sylvest. I. est supposit. (*3.) Anacleti papæ epist. 2. est spur. (*4.) Sixti III. epist. 3. est spur. (*5.) Can. *Accusatio quoque* 15. caus. 2. q. 7. est spur. (*6.) Can. *Accusatio episcoporum* 19. & (*7.) can. *testes* 39. caus. 2. q. 7. sunt spur.

(b) * Vide pro Belgio relationem gestorum circa conc. Trid. promulgationem & receptionem.

Digitized by Google

Decretum prorogationis, definitionis quatuor articulorum de sacramento Eucharistiæ, & salvi conductus protestantibus dandi.

Eadem sancta synodus errores omnes, qui super hoc sanctissimo sacramento repullularunt, tamquam vepres ex agro Dominico evellere, ac omnium fidelium saluti prospicere cupiens, quotidianis precibus Deo omnipotenti pie oblatis, inter alios, ad hoc sacramentum pertinentes, articulos, diligentissima veritatis catholicæ inquisitione tractatos, plurimis accuratissimisque pro rerum gravitate disputationibus habitis, cognitis quoque præstantissimorum theologorum sententiis, hos etiam tractabat: An necessarium sit ad salutem, & divino jure præceptum, ut singuli Christi fideles sub utraque specie ipsum venerabile sacramentum accipiant. Et: Num minus sumat, qui sub altera, quam qui sub utraque communicat. Et: An erraverit sancta mater ecclesia, laicos, & non celebrantes sacerdotes, sub panis specie dumtaxat communicando. Et: An parvuli etiam communicandi sint. Sed quoniam ex nobilissima Germaniæ provincia ii, qui se protestantes nominant, super his ipsis articulis, antequam definiantur, audiri à sancta synodo cupiunt, & eam ob causam fidem publicam ab illa postularunt, ut ipsis tuto huc venire, & in hac urbe commorari, ac libere coram synodo dicere, atque proponere quæ senserint, & postea, cum libuerit, recedere liceat: sancta ipsa synodus, licet magno desiderio eorum adventum multos antea menses exspectarit, tamen, ut pia mater, quæ ingemiscit, & parturit, summopere id desiderans, ac laborans, ut in iis, qui Christiano nomine censentur, nulla sint schis-

Digitized by Google

Decreto para prorogar la definicion de los quatro artículos del Sacramento de la Eucaristía, y conceder salvo conducto á los protestantes.

Deseando este Santo Concilio extirpar de la heredad del Señor todos los errores acerca de este Santísimo Sacramento que como espinas han retoñado, y mirar por la salvacion de todos los fieles, habiendo rogado á este fin piadosa y diariamente al Dios todo poderoso, entre otros puntos concernientes á este Sacramento, en cuyo exámen ha inquirido diligentísimamente la verdad católica, habiéndose tenido á este efecto muchas y muy diligentes controversias, segun lo pedia la gravedad del asunto, y sabido tambien los pareceres de los mas insignes Teólogos, trató los siguientes. ¿Si es necesario para la salvacion, y está mandado por derecho divino, que todos los fieles christianos reciban baxo las dos especies este venerable Sacramento? ¿Y: si recibe ménos el que comulga baxo de alguna de las dos especies, que el que comulga baxo de ambas? ¿Si erró la Santa Madre Iglesia en dar la Comunion á los legos, y á los Sacerdotes que no celebran baxo de la sola especie de pan? ¿Si los párvulos han de comulgar tambien? Y en atencion á que aquellos que en la muy noble Provincia de Alemania se titulan Protestantes, desean que el Santo Concilio les oiga sobre estos mismos artículos, ántes que se definan, por cuyo motivo le han pedido un salvo conducto para que puedan venir con seguridad, residir en esta Ciudad, expresar y proponer con libertad lo que sienten en su presencia, y retirarse despues quando les parezca: el mismo Santo Concilio, aunque ya hace muchos meses que con mucho anhelo está esperando

su

Digitized by Google

schismata, sed, quemadmodum eumdem omnes Deum, & Redemptorem agnoscunt, ita idem dicant, idem credant, idem sapiant: confidens Dei misericordia, & sperans fore, ut illi in sanctissimam & salutarem unius fidei, spei, caritatisque concordiam redigantur, libenter eis in hac re morem gerens, securitatem, & fidem, ut petierunt, publicam, quam salvum conductum vocant, quod ad se pertinet, ejus, qui infrascriptus erit, tenoris, dedit, atque concessit: & eorum causa definitionem illorum articulorum ad secundam sessionem distulit, quam, ut illi commode ei interesse possint, in diem festum conversionis divi Pauli, qui erit xxv. die mensis Januarii anni sequentis, indixit. Illudque præterea statuit, ut in eadem sessione de sacrificio missæ agatur, propter magnam utriusque rei connexionem. Interea sessione proxima de pœnitentiæ, & extremæ unctionis sacramentis tractandum. Illam autam die festo divæ Catharinæ virginis, & martyris, qui erit xxv. Novembris habendam esse decrevit, simulque, ut in utraque materiam reformationis prosequatur.

Salvus conductus datus protestantibus.

Sacrosancta generalis Tridentina synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem sanctæ sedis apostolicæ (77) legato & nuntiis. Omnibus & singulis sive ecclesiasticis, sive sæcularibus personis universæ Germaniæ, cujuscumque gradus, status, conditionis, & qualitatis sint, quæ ad œcumenicum hoc, & generale concilium accedere volue-

VARIANTES.

(77) Legatis *edit. Brix. Lov-Bog. Antv. & Col.*

Digitized by Google

su llegada ; no obstante , como madre piadosa que gime y pare , deseando en gran manera , y procurando que entre los christianos no reyne cisma alguno, sino que así como todos reconocen un mismo Dios y Redentor, así tambien confiesen , crean y sientan una misma cosa : confiando en la misericordia de Dios , y esperando que se han de reducir á la santísima y saludable concordia de una fé, esperanza y caridad , les dá y concede por su parte , de buena voluntad , segun costumbre , la seguridad y fé pública segun han solicitado , la qual se llama salvo conducto , en la forma que abaxo se expresa ; y por ellos ha diferido la definicion de aquellos artículos para la segunda Sesion , que señaló para el dia de la fiesta de la Conversion de San Pablo , que será el 25 del mes de Enero del año siguiente , con el fin de que puedan cómodamente asistir á ella. Establece además que se trate en la misma Sesion del Sacrificio de la Misa , por la grande conexion que tienen entre sí ambas materias. Entretanto en la Sesion inmediata se tratará de los Sacramentos de la Penitencia y Extrema Uncion. Determinó tambien, que se ha de celebrar dicha Sesion el dia de la festividad de Santa Catarina Virgen y Martir , que será el 25 de Noviembre , y que en una y otra se continúe la materia de la reforma.

Salvo conducto concedido á los Protestantes.

El Sacrosanto general Concilio Tridentino , legítimamente congregado en el Espíritu Santo , y presidido por los mismos Legado y Nuncios de la Silla Apostólica ; á todas y á cada una de las personas , así Eclesiásticas como Seculares de toda la Alemania , de

Digitized by Google

luerint, ut de iis rebus, quæ in ipsa synodo tractari debent, omni libertate conferre, proponere, & tractare, ac ad ipsum œcumenicum concilium libere & tuto venire, & in eo manere & commorari, ac articulos, quot illis videbitur, tam scripto, quam verbo offerre, proponere, & cum patribus, sive iis, qui ab ipsa sancta synodo delecti fuerint, conferre, & absque ullis conviciis, & contumeliis disputare, necnon, quando illis placuerit, recedere possint, & valeant, publicam fidem, & plenam securitatem, quam salvum conductum appellant, cum omnibus, & singulis clausulis & decretis necessariis & opportunis, etiam si specialiter, & non per verba generalia exprimi deberent, quæ pro expressis haberi voluit, quantum ad ipsam sanctam synodum spectat, concedit. Placuit præterea sanctæ synodo, ut, si pro majori libertate ac securitate eorum, certos tam pro commissis, quam pro committendis per eos delictis judices eis deputari cupiant, illos sibi benevolos nominent, etiam si delicta ipsa quantumcumque enormia, ac hæresim sapientia fuerint.

SE-

Digitized by Google

qualquier grado, estado, calidad y condicion que sean, que quisieren venir á este ecuménico y general Concilio, les concede pública fé y plena seguridad llamada salvo conducto, con las cláusulas generales y particulares, y los decretos necesarios y convenientes, aun quando no se debiesen expresar en términos generales, sino especiales, quiere se tengan por expresas en quanto mira al mismo Concilio, para que puedan con toda libertad conferenciar, proponer y tratar de aquellos asuntos que se han de tratar en el mismo Concilio, venir á él libre y seguramente, y residir y permanecer en él, y exponer así por escrito como de palabra todos los puntos que les parezca, y conferenciar y disputar sin ninguna ofensa ni contumelia con los Padres, ó aquellas personas que por el mismo Santo Concilio fuesen escogidas, y asimismo volverse quando les pareciere. Es tambien la voluntad del Santo Concilio, que si para su mayor libertad y seguridad quieren nombrar Jueces que conozcan, así de los delitos cometidos, como de los que puedan cometer, los nombren á su gusto, aun quando los delitos fueren los mas enormes *y sapientes hæresim.*

Digitized by Google

SESIO XIV.

QUÆ EST QUARTA

SUB JULIO III. PONT. MAX.

CELEBRATA DIE XXV. NOVEMB. M. D. LI.

Doctrina de sanctissimis pœnitentiæ, & extremæ unctionis sacramentis.

Sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem sanctæ apostolicæ sedis legato, & nuntiis. Quamvis in decreto de (*a*) justificatione multus fuerit de pœnitentiæ sacramento, propter locorum cognationem, necessaria quadam ratione sermo interpositus: tanta nihilominus circa illud nostra hac ætate diversorum errorum est multitudo, ut non parum publicæ utilitatis retulerit, de eo exactiorem, & pleniorem definitionem tradidisse, in qua, demonstratis, & convulsis, Spiritus sancti præsidio, universis erroribus, catholica veritas perspicua, & illustris fieret; quam nunc sancta hæc synodus Christianis omnibus perpetuo servandam proponit.

CA-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 6. cap. 14. de justificat.

Digitized by Google

SESION XIV.

QUE ES LA QUARTA

CELEBRADA EN TIEMPO DEL SUMO PONTIFICE

JULIO III.

EL DIA 25 DE NOVIEMBRE DE 1551.

Doctrina de los Santísimos Sacramentos de la Penitencia y Extrema Uncion.

El Sacrosanto ecuménico y general Concilio Tridentino, legítimamente congregado en el Espíritu Santo, presidido por los mismos Legado y Nuncios de la Sede Apostólica, declara que aunque en el Decreto sobre la materia de la justificacion trató con extension del Sacramento de la Penitencia, por cierta necesaria razon, atendido el enlace de los asuntos; sin embargo, es tan grande la multitud de varios errores que acerca del mismo Sacramento reynan en este nuestro siglo, que no hubiera conducido poco á la pública utilidad el haber dado una definicion mas plena y exâcta de este Sacramento, en la qual, descubiertos y extirpados con el auxîlio del Espíritu Santo todos los errores, se aclarase é ilustrase la verdad católica, la que ahora este Santo Concilio propone á todos los christianos para que la observen perpetuamente (363).

CA-

Digitized by Google

CAPUT I.

De necessitate, & institutione sacramenti pœnitentiæ.

Si ea in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum esset, ut justitiam in baptismo, ipsius beneficio, & gratia, susceptam, constanter tuerentur; non fuisset opus, aliud ab ipso baptismo sacramentum ad peccatorum remissionem esse institutum. (*a*) Quoniam autem Deus, dives in misericordia, cognovit figmentum nostrum, illis etiam vitæ remedium contulit, qui sese postea in peccati servitutem, & dæmonis potestatem tradidissent, sacramentum videlicet pœnitentiæ, quo lapsis post baptismum, beneficium mortis Christi applicatur. (*b*) Fuit quidem pœnitentia universis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinassent, quovis tempore ad gratiam, & justitiam assequendam necessaria, illis etiam, qui baptismi sacramento ablui petivissent, ut, perversitate abjecta, & (78) emendata, tantam Dei offensionem, cum peccati odio, & pio animi dolore detestarentur. Unde propheta ait: (*c*) *Convertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris: & non erit vobis in ruinam iniquitas.* Dominus etiam dixit: (*d*) *Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.* Et princeps Apostolorum Petrus peccatoribus baptismo initiandis, pœni-

VARIANTES.

(78) Eliminata *edit. Rom. in 4. Lov. Brix. Dil. Vird. Rhem. Lov. Beg. Antv. & Col.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Hui. sess. 14. can. 1. Psalm. 102. ℣. 14. Ad Ephes. 2. ℣. 4. (*b*) Sess. 6. cap. 14. de justific. Conc. Cabilon. I. temp. Martini I. c. 8. (*c*) Ezech. 18. ℣. 30. (*d*) Luc. 13. ℣. 3.

Digitized by Google

CAPITULO I.

De la necesidad é institucion del Sacramento de la Penitencia.

Si fuesen todos los regenerados tan agradecidos á Dios, que constantemente conservasen la justicia que por su beneficio y gracia recibieron en el bautismo; no hubiera sido necesario haber instituido otro Sacramento distinto del mismo Bautismo para la remision de los pecados. Pero como Dios, cuya misericordia es copiosa, conoció nuestra fragilidad, suministró tambien el remedio de la vida á aquellos que se hiciesen luego esclavos del pecado, y del poder del demonio, es á saber, el Sacramento de la Penitencia, en virtud del qual se aplica el beneficio de la muerte de Christo á los que pecaron despues del bautismo (364). En todos tiempos fue á la verdad necesaria la penitencia para que alcanzasen la gracia y la justicia todos aquellos que hubiesen manchado su alma con algun pecado mortal (365), y aun tambien para los que hubiesen pedido lavarse con el Sacramento del Bautismo, á fin que desechando la maldad, y enmendándose de ella, detestasen una ofensa tan grande de Dios con aborrecimiento del pecado, y un piadoso dolor de corazon. Por lo qual el Profeta dice: *Convertios y haced penitencia de todos vuestros pecados, y así la iniquidad no será causa de vuestra perdicion.* El Señor dixo tambien: *Si no hiciereis penitencia, todos igualmente pereceréis.* Y recomendando la penitencia el Príncipe de los Apóstoles, San Pedro, á los pecadores que se habian de iniciar en el bautismo, les decia: *Haced penitencia, y cada uno de vosotros sea bautizado* (366). Sin embargo, la penitencia no era Sacramento ántes del adve-

ni-

Digitized by Google

nitentiam commendans, dicebat: (a) *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum.* Porro nec ante adventum Christi pœnitentia erat sacramentum, nec est post adventum illius cuiquam ante baptismum. Dominus autem sacramentum pœnitentiæ tunc præcipue instituit, cum à mortuis excitatus, insufflavit in discipulos suos, dicens: (b) *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.* Quo tam insigni facto, & verbis tam perspicuis, potestatem remittendi, & retinendi peccata, ad reconciliandos fideles, post baptismum lapsos, Apostolis, & eorum legitimis successoribus fuisse communicatam, universorum patrum consensus semper intellexit: (c) & Novatianos, remittendi potestatem olim pertinaciter negantes, magna ratione ecclesia catholica, tamquam hæreticos, explosit, atque condemnavit. Quare verissimum hunc illorum verborum Domini sensum sancta hæc synodus probans, & recipiens, damnat eorum commentitias interpretationes, qui verba illa ad potestatem prædicandi verbum Dei, & Christi evangelium annuntiandi, contra hujusmodi sacramenti institutionem falso detorquent.

CA-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Act. 2. ℣. 38. Dist. 4. de consecr. c. *Propè* 13. & c. *Agunt* 97. (b) Joan. 20. ℣. 22. & 23. Matth. 16. ℣. 19. Dist. 50. c. *Ut constitueretur* 25. Huj. sess. 14. cap. 8. in fin. & can. 3. (c) Euseb. Cæsariens. hist. ecclesiast. lib. 6. cap. 38. Cypr. cont. Novat.

Digitized by Google

nimiento de Christo (367), ni tampoco lo es despues para quien no haya recibido el Bautismo (368). Instituyó, pues, principalmente el Señor el Sacramento de la Penitencia, quando habiendo resucitado de entre los muertos, sopló en sus discipulos diciendo: *Recibid el Espíritu Santo; á aquellos á quienes perdonareis los pecados, les son perdonados, y los que retuviereis quedan retenidos* (369). Siempre fue el sentir de todos los Padres de la Iglesia, que con un hecho tan señalado, y palabras tan claras se habia comunicado á los Apóstoles y á sus sucesores legítimos la potestad de perdonar y retener los pecados, para reconciliar á los fieles que hubiesen delinquido despues del bautismo (370), por lo qual con gran razon la Iglesia católica arrojó y condenó por hereges á los Novacianos, que antiguamente negaban pertinazmente la potestad de perdonar (371). Y así aprobando este Santo Concilio, y recibiendo como muy verdadero el expresado sentido de aquellas palabras del Señor; condena las falsas interpretaciones de aquellos que contra la institucion de este Sacramento tuercen falsamente aquellas palabras, para que signifiquen la potestad de predicar la palabra de Dios, y anunciar el Evangelio de Christo (372).

Digitized by Google

CAPUT II.

De differentia sacramenti pœnitentiæ, & baptismi.

Ceterum hoc sacramentum (*a*) multis rationibus à baptismo differre dignoscitur. Nam præterquam quod materia, & forma, quibus sacramenti essentia perficitur, longissime dissidet: constat certe, baptismi ministrum judicem esse non oportere: cum ecclesia in neminem judicium exerceat, qui non prius in ipsam per baptismi januam fuerit ingressus. (*b*) *Quid enim mihi*, inquit Apostolus, *de iis, qui foris sunt, judicare?* Secus est de domesticis (79) fidei, quos Christus Dominus (*c*) lavacro baptismi, sui corporis membra semel effecit. Nam hos, si se postea crimine aliquo contaminaverint, non jam repetito baptismo ablui, cum id in ecclesia catholica nulla ratione liceat, sed ante hoc tribunal tamquam reos sisti voluit, ut per sacerdotum sententiam non semel, sed quoties ab admissis peccatis ad ipsum pœnitentes confugerent, possent liberari. Alius præterea est baptismi, & alius pœnitentiæ fructus. Per baptismum enim Christum (*d*) induentes, nova prorsus in illo efficimur creatura, plenam, & integram peccatorum omnium remissionem con-

VARIANTES.

(79) Fidei *abest ab edit. Rom. in 4. Lov. Vird. Rhem. Brix. Dil. Lov-Bog. Antv. & Col.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 6. cap. 14. de justific. Huj. sess. 14. can. 8. (*b*) 1. ad Cor. 5. ℣. 12. Caus. 2. q. 1. c. *Multi* 18. Cap. *Gaudemus* 8. ℣ de divort. (*c*) 1. ad Cor. 12. ℣. 13. & sqq. * Dist. 1. de pœnit. c. *Verbum* 51. (*d*) Ad Galat. 3. ℣. 27.

Digitized by Google

CAPITULO II.

De la diferencia que hay entre el Sacramento de la Penitencia y el Bautismo.

Con todo se conoce, que este Sacramento se diferencia del Bautismo por muchas razones (373); porque á mas de distinguirse muchísimo en la materia y forma, que es lo que constituye la esencia de un Sacramento, es tambien constante que no conviene que el Ministro del Bautismo sea Juez, pues la Iglesia no exerce jurisdicion en ninguno hasta tanto que haya entrado en ella por la puerta del Bautismo. *Qué facultad tengo yo*, dice el Apóstol, *para juzgar á aquellos que están fuera* (374). Lo contrario sucede en los que siguen la fé, á quienes Christo nuestro Señor ya llegó una vez á hacer miembros de su cuerpo por medio del agua del Bautismo. Porque si sucediere que estos se mancharen despues con algun pecado, no quiso que volviesen á lavarse con un segundo bautismo, no permitiéndose esto por motivo alguno en la Iglesia católica, sino que compareciesen como reos en este Tribunal, para que en virtud de la sentencia de los Sacerdotes pudiesen quedar absueltos, no una sino todas las veces que arrepentidos de los pecados cometidos se presentasen en él (375). Además el fruto del Bautismo es distinto del de la Penitencia, porque por el Bautismo, revistiéndonos de Jesu-Christo, nos hacemos en él enteramente una nueva criatura, consiguiendo una plena y absoluta remision de todos los pe-

ANIMADVERS. IN NOT. CHIFFLET.

(c) * Can. *Verbum* 51. de pœnit. dist. 1. usque ad §. *Dominus* 1. referendus est ad Can. *Remittuntur* 49. caus. 23. q. 5. : & à §. *Dominus* 1. usque ad fin., legitur in Ambrosii *lib.* 1. *de pœnit. cap.* 2.

Digitized by Google

consequentes; ad quam tamen novitatem, & integritatem per sacramentum pœnitentiæ, sine magnis nostris fletibus & laboribus, divina id exigente justitia, pervenire nequaquam possumus, ut merito pœnitentia (*a*) laboriosus quidam baptismus à sanctis patribus dictus fuerit. Est autem hoc sacramentum pœnitentiæ lapsis post baptismum ad salutem necessarium, ut nondum regeneratis ipse baptismus.

CAPUT III.

De partibus, & fructu hujus sacramenti.

Docet præterea sancta synodus, sacramenti pœnitentiæ formam, in qua præcipue ipsius vis sita est, in illis ministri verbis positam esse: *Ego te absolvo &c.* quibus quidem de ecclesiæ sanctæ more preces quædam laudabiliter adjunguntur: ad ipsius tamen formæ essentiam nequaquam spectant, neque ad ipsius sacramenti administrationem sunt necessariæ. Sunt autem quasi materia hujus sacramenti ipsius pœnitentis actus, (*b*) nempe contritio, confessio, & satisfactio. Qui quatenus in pœnitente ad integritatem sacramenti, ad plenamque & perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur, hac ratione pœnitentiæ partes dicuntur. Sane vero res, & effectus hujus sacramenti, quantum ad ejus vim, & efficaciam pertinet, reconciliatio est cum Deo; quam interdum in viris piis, & cum devotione hoc sacramentum percipientibus, conscientiæ pax, ac serenitas cum vehemen-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Nazianzen. orat. 39. in sancta lumina. Damasc. lib. 4. de Fide cap. 10. (*b*) Sess. 6. cap. 14. de justif. Huj. sess. 14. can. 4.

Digitized by Google

pecados (376), cuya renovacion é integridad no podemos sin embargo llegar á alcanzar jamás por el Sacramento de la Penitencia sin grandes lágrimas y mortificaciones de nuestra parte (377), exîgiéndolo así la divina justicia, y de ahí es que los Santos Padres llamaron fundadamente á la Penitencia un laborioso Bautismo (378). Es, pues, este Sacramento de la Penitencia necesario para la salvacion á lòs que pecaron despues del Bautismo, así como el mismo Bautismo lo es para los que no están regenerados (379).

CAPITULO III.

De las partes y frutos de este Sacramento.

Enseña ademas el Santo Concilio que la forma del Sacramento de la Penitencia, en la qual consiste principalmente su virtud, está en aquellas palabras del Ministro: *Ego te absolvo, &c.* (380) á las quales es verdad que por una loable costumbre de la Santa Iglesia se añaden algunas oraciones: sin embargo de ningun modo pertenecen á la esencia de la forma, ni tampoco son necesarias para la administracion del mismo Sacramento (381). Pero son como materia de este Sacramento los actos del mismo penitente, es á saber, la contricion, confesion y satisfaccion (382), los quales en quanto por la institucion del Señor se requieren para la integridad del Sacramento, y para la plena y perfecta remision de los pecados; por lo mismo se llaman partes de la Penitencia (383). A la verdad, pues, la obra y efecto de este Sacramento, en quanto á su virtud y eficacia, es la reconciliacion con Dios (384), á la qual á veces suele seguir en las personas piadosas y que reciben con devocion este Sacramento la paz y serenidad de la conciencia, acom-

Digitized by Google

menti spiritus consolatione consequi solet. Hæc de partibus, & effectu hujus sacramenti sancta synodus tradens, simul eorum sententias damnat, qui pœnitentiæ partes, incussos conscientiæ terrores, & fidem esse contendunt.

CAPUT IV.

De contritione.

Contritio, (a) quæ primum locum inter dictos pœnitentis actus habet, animi dolor, ac detestatio est de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero. Fuit autem quovis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic contritionis motus necessarius; & in homine post baptismum lapso, ita demum præparat ad remissionem peccatorum, si cum fiducia divinæ misericordiæ, & voto præstandi reliqua conjunctus sit, quæ ad rite suscipiendum hoc sacramentum requiruntur. Declarat igitur sancta synodus, hanc contritionem non solum (b) cessationem à peccato, & vitæ novæ propositum, & inchoationem, sed veteris etiam odium continere, juxta illud: (c) *Projicite à vobis omnes iniquitates vestras, in quibus prævaricati estis, & facite vobis cor novum, & spiritum novum.* Et certe qui illos sanctorum clamores consideraverit: (d) *Tibi soli peccavi, & malum coram te feci*: (e) *Laboravi in gemitu meo; lavabo per singulas noctes*

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Sess. 6. cap. 6. & 14. de justific. (b) Huj. sess. 14. can. 5. (c) Ezech. 18. ℣. 31. (d) Psalm. 50. ℣. 6. Dist. 3. de pœnit. c. *Totam* 24. * Dist. 1. de pœnit. c. *Et venit* 45. (e) Psalm. 6. ℣. 7.

Digitized by Google

acompañadas de un sumo consuelo del espíritu (385). Al mismo tiempo que el Santo Concilio enseña todo esto acerca de las partes y efecto de este Sacramento, condena las opiniones de los que defienden que las partes de la penitencia son los remordimientos, que atormentan á la conciencia y tambien la fé (386).

CAPITULO IV.

De la contricion.

La contricion que entre los referidos actos del penitente tiene el primer lugar, es un dolor interior, y un aborrecimiento del pecado cometido, con proposito de no volver á pecar en lo succesivo (387). Este movimiento de contricion fue á la verdad en todo tiempo necesario para alcanzar el perdon de los pecados (388), y al hombre que ha delinquido despues del Bautismo le prepara finalmente para la remision de ellos siempre que venga acompañado de la confianza en la *divina* misericordia, y del deseo de hacer las demás cosas que se requieren para recibir dignamente este Sacramento (389). Declara, pues, el Santo Concilio, que esta contricion no solo contiene en sí la enmienda del pecado, y el proposito y principio de nueva vida, sino tambien el odio de la pasada, conforme á aquellas palabras: *Arrojad de vosotros todas vuestras iniquidades con que habeis prevaricado, y formaos un corazon nuevo y un nuevo espíritu.* Y ciertamente qualquiera que meditare aquellas exclamaciones de los Santos: *Con-*

ANIMADVERS. IN NOT. CHIFFLET.

(*d*) * Can. *Et venit* 45. Dist. 1. de pœnit. non est Hieronymi, sed Origenis, referendus ad hujus *Homil.* 11. *in Exod.*.

Digitized by Google

tes lectum meum: (*a*) *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ*: & alios hujus generis: facile intelliget, eos ex vehementi quodam ante actæ vitæ odio, & ingenti peccatorum detestatione manasse. Docet præterea, etsi contritionem hanc aliquando caritate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc sacramentum actu suscipiatur; ipsam nihilominus reconciliationem, ipsi contritioni sine sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam. Illam vero contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ & pœnarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat cum spe veniæ, declarat non solum facere hominem hypocritam, (80) & magis peccatorem, verum etiam donum Dei esse, & Spiritus sancti impulsum, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum (81) moventis, quo pœnitens adjutus viam sibi ad justitiam parat. Et quamvis sine sacramento pœnitentiæ per se ad justificationem perducere peccatorem nequeat, tamen eum ad Dei gratiam in sacramento pœnitentiæ impetrandam *disponit*. Hoc enim timore utiliter (*b*) concussi Ninivitæ ad Ionæ prædicationem, plenam terroribus, pœnitentiam egerunt, & misericordiam à Domino impetrarunt. Quamobrem falso quidam calumniantur catholicos scriptores, quasi tradiderint, sacramentum pœnitentiæ absque bono motu suscipientium gratiam confer-

VARIANTES.

(80) Et magis peccatorem, *absum ab edit. Rom. in 4. Vird. Rhem, Lov-Bog. Brix. Dil. Lov. Antv. & Col.*

(81) Monentis, *Antv.*

Digitized by Google

Contra ti solo pequé, y executé la maldad á tu vista: padecí en medio de mi llanto: bañaré con lágrimas todas las noches mi lecho: te haré presente con amargura de mi alma toda mi vida pasada, y otras semejantes, comprehenderá facilmente que dimanaron de un vehemente odio de la vida pasada, y de un grande aborrecimiento de los pecados (390). Enseña, además, que aunque esta contricion sea algunas veces perfecta, mediante la caridad, y reconcilie al hombre con Dios ántes que este Sacramento se reciba actualmente, sin embargo, esta misma reconciliacion no se ha de atribuir á esta contricion, sin el deseo del Sacramento que en ella se incluye (391). Respecto á aquella contricion imperfecta llamada atricion, á causa de que nace por lo comun de la consideracion de la fealdad del pecado, ó del temor del infierno y de las penas, si excluye la voluntad de pecar con la esperanza del perdon, declara, que no solo no constituye hipócrita y mayor pecador al hombre (392), sino que es tambien un don de Dios y un impulso del Espíritu Santo, que todavía no habita á la verdad en el penitente, sino que solo le mueve, con el que ayudado se prepara el camino para la justicia (393). Y aunque no pueda por sí sin el Sacramento de la Penitencia llegar á justificar al pecador, con todo eso, le dispone para alcanzar la gracia de Dios en el Sacramento de la Penitencia. Conmovidos provechosamente de este temor los Ninivitas, hicieron penitencia al oir la predicacion de Jonás llena de terrores, y alcanzaron de Dios misericordia (394). Por esta ra-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Isaiæ 38. ℣. 15. (b) Ionæ 3. ℣. 5. Matth. 12. ℣. 41. Luc. 11. ℣. 32. Dist. 1. de pœnit. c. *Quamobrem* 68.

ferre : quod numquam ecclesia Dei docuit, neque sensit; sed & falso docent, contritionem esse extortam, & coactam, non liberam, & voluntariam.

CAPUT V.

De confessione.

Ex (*a*) institutione sacramenti pœnitentiæ jam explicata, universa ecclesia semper intellexit institutam etiam esse à Domino integram peccatorum confessionem, & omnibus, post baptismum lapsis, jure divino necessariam existere : quia Dominus noster, Jesus Christus, (*b*) è terris ascensurus ad cœlos, sacerdotes sui ipsius vicarios reliquit, tamquam præsides, & judices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Christi fideles ceciderint ; quo pro potestate clavium, remissionis, aut retentionis peccatorum sententiam pronuntient. (*c*) Constat enim sacerdotes judicium hoc, incognita causa, exercere non potuisse, nec æquitatem quidem illos in pœnis injungendis servare potuisse, si in genere dumtaxat, & non potius in specie, ac sigillatim sua ipsi peccata (*d*) declarassent. (*e*) Ex his colligitur, oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum, post diligentem sui discussionem, conscientiam habent, in confessione recenseri, etiam si occultissima illa sint, & tantum

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Luc. 5. ℣. 14. Luc. 17. ℣. 14. 1. Joan. 1. ℣. 9. Jac. 5. ℣. 16. Huj. sess. 14. can. 6. (*b*) Joan. 20. ℣. 23. Matth. 16. ℣. 19. * Dist. 1. de pœnit. c. *Verbum Dei* 51. ** Dist. 3. de pœnit. c. *Adhuc instant* 32. (*c*) Hieron. exponens illud Eccles. 10. ℣. 11. *Si mordeat serpens in silentio.* (*d*) An tamen per litteras seu internuntium, consule bullam Clementis VIII. *Sanctissimus* 1602. (*e*) Huj. sess. can. 7.

Digitized by Google

razon algunos calumnian falsamente á los Escritores católicos, como si hubieren enseñado que el Sacramento de la Penitencia confiere la gracia sin movimiento bueno de los que lo reciben, lo qual jamás enseñó ni sintió la Iglesia de Dios. Asimismo enseñan falsamente que la contricion es forzada y violenta, y no libre y voluntaria (395).

CAPITULO V.

De la Confesion.

Siempre ha entendido toda la Iglesia, que con la institucion del Sacramento de la Penitencia ya explicada, se instituyó tambien por el Señor la íntegra confesion de los pecados (396), y que es necesaria de derecho divino á todos los que pecaron despues del bautismo (397): porque estando para subir de la tierra á los Cielos Jesu-Christo nuestro Señor, dexó por Vicarios suyos á los Sacerdotes, como Presidentes y Jueces para confesarles todos los pecados mortales en que incurrieren los fieles christianos; á fin de que usando de la potestad de las llaves, pronuncien la sentencia de perdon ó retencion de los pecados (398). Es constante pues, que los Sacerdotes no han podido exercer esta jurisdicion sin conocimiento de causa, ni tampoco guardar equidad en la imposicion de las penas si los pecadores les

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(b) * Can. *Verbum Dei* 51. Dist. 1. de pœnit. usque ad §. *Dominus* 1. referendus est ad Can. *Remittuntur* 49. caus. 23. q. 5. Et à §. *Dominus* 1. usque ad fin. legitur in Ambrosii *Lib.* 1. *de pœnit. cap.* 2. **. Can. *Adhuc Instant* 32. dist. 3. de pœnit. pertinet ad cap. 8. libri de vera & falsa pœnitentia, qui perperam Augustino tributus est.

Digitized by Google

tum adversus duo ultima (*a*) decalogi præcepta commissa, quæ nonnumquam animum gravius sauciant, & periculosiora sunt iis, quæ in manifesto admittuntur. Nam venialia, quibus à gratia Dei non excludimur, (*b*) & in quæ frequentius labimur, quamquam recte, & utiliter, citraque omnem præsumptionem in confessione dicantur, quod piorum hominum usus demonstrat, taceri tamen citra culpam, multisque aliis remediis expiari possunt. Verum cum universa mortalia peccata, etiam (82) cogitationis (*c*) homines iræ filios, & Dei inimicos reddant; necessum est omnium etiam veniam cum aperta, & verecunda confessione à Deo quærere. Itaque dum omnia, quæ memoriæ occurrunt, peccata Christi fideles confiteri (83) student, procul dubio omnia misericordiæ divinæ (84) ignoscenda exponunt. Qui vero secus faciunt, & scienter aliqua retinent, nihil divinæ bonitati per sacerdotem remittendum proponunt. (*d*) Si enim erubescat ægrotus vulnus medico detegere, quod ignorat medicina, non curat. Colligitur præterea, etiam eas circumstantias in confessione explicandas esse, quæ speciem peccati mutant, quod sine illis, peccata ipsa nec à pœnitentibus integre exponantur, nec judicibus innotescant; & fieri nequeat, ut de gravitate cri-

mi-

VARIANTES.

(82) Cogitationes, *edit. Vird. Rhem. Brix. Lov-Bog. Antv. & Col.*
(83) Audent, *edit. Vird. Rhem. Brix. Lov-Bog. Antv. & Col.*
(84) Agnoscenda *edit. Rom. in 4. Rom-Vat. Lov. Dil. Ven.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Deut. 5. ℣. 21. (*b*) Sess. 6. can. 23. Dist. 3. de pœnit. c. *De quotidianis* 20. * Dist. 3. de pœnit. c. *Adhuc instat.* 32. (*c*) Ad Ephes. 2. ℣. 3. (*d*) Hieron. dict. loc.

Digitized by Google

les hubiesen confesado sus culpas solo en general, y no especial é individualmente (399). De aquí se infiere, ser necesario que los penitentes expresen en la confesion todos los pecados mortales de que se acuerdan, despues de un diligente exâmen (400), aun quando sean muy ocultos, y solo se hayan cometido contra los dos últimos preceptos del Decálogo, los quales algunas veces dañan mas gravemente el alma, y son mas peligrosos que los que se cometen públicamente (401). Y aunque sea bueno, útil, y fuera de toda presuncion el declarar en la confesion, como lo enseña la costumbre de las personas piadosas, los pecados veniales que no nos hacen perder la gracia de Dios, y en los que con mas freqüencia caemos, pueden no obstante callarse sin culpa, y expiarse con otros muchos remedios (402). *Pero como todos los pecados mortales, aun los de pensamiento, nos hagan hijos de ira y enemigos de Dios, es preciso tambien que pidamos á Dios con una confesion clara y llena de vergüenza el perdon de todos ellos (403). Y así quando los christianos se confiesan de todos los pecados de que se acuerdan, los exponen sin duda á la misericordia divina para que se los perdone (404); pero los que hacen lo contrario y callan á sabiendas algunos, nada proponen á la divina bondad que se haya de perdonar por el Sacerdote. Pues si el enfermo se avergüenza de descubrir su herida al Médico, la medicina no cura lo que no sabe (405). Infiérese asimismo haberse de explicar tambien en la confesion aquellas circunstancias que mudan la especie del

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(*b*) * De can. *Adhuc instat* 32. Dist. 3. de pœnit., vide notat. ad not. *b*.

Digitized by Google

minum recte censere possint, & pœnam, quam oportet, pro illis, pœnitentibus imponere. Unde alienum à ratione est, docere circumstantias has ab hominibus otiosis excogitatas fuisse; aut unam tantum circumstantiam confitendam esse, nempe peccasse in fratrem. Sed & impium est, confessionem, quæ hac ratione fieri præcipitur, impossibilem dicere, aut carnificinam illam conscientiarum appellare. Constat enim, nihil aliud in ecclesia à pœnitentibus exigi, quam ut, postquam quisque diligentius se excusserit, & conscientiæ suæ sinus omnes, & latebras exploraverit; ea peccata confiteatur, quibus se Dominum, & Deum suum mortaliter offendisse meminerit: reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in universum eadem confessione inclusa esse intelliguntur: pro quibus fideliter cum propheta dicimus: (*a*) *Ab occultis meis munda me Domine.* Ipsa vero hujusmodi confessionis difficultas, ac peccata detegendi verecundia, gravis quidem videri posset, nisi tot, tantisque commodis, & consolationibus (85) levaretur, quæ omnibus, digne ad hoc sacramentum accedentibus, per absolutionem certissime conferuntur. Ceterum quoad modum confitendi, secreto apud solum sacerdotem, etsi Christus non vetuerit, quin aliquis in vindictam suorum scelerum, & sui humiliationem, cum ob aliorum exemplum, tum ob ecclesiæ offensæ ædificationem, delicta sua publice confiteri possit: non

VARIANTES.

(85) Relevaretur, *edit. Vird. Rhem. Brix. Lov-Bog. Antv. & Col.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Psalm. 18. ℣. 13.

Digitized by Google

del pecado, porque sin ellas, ni los penitentes declaran íntegramente estos mismos pecados, ni los Jueces los conocen, y así no es posible que puedan formar un juicio recto de la gravedad de las culpas, ni imponer por ellas á los penitentes la debida pena (406). Por eso es ageno de razon el enseñar que estas circunstancias fueron inventadas por personas ociosas, ó que solamente se ha de confesar la circunstancia de que se pecó contra su hermano. Tambien es impío el llamar imposible ó martirio de las conciencias á la confesion que se manda hacer de este modo (407), pues es manifiesto que la Iglesia nó exîge otra cosa de los penitentes, sino que despues que cada uno se hubiere exáminado con la mayor diligencia, y registrado todos los senos y lugares escondidos de su conciencia, confiese aquellos pecados con que se acuerde haber ofendido mortalmente á su Dios y Señor (408); pero los demás que no ocurren al que hace un diligente exâmen, generalmente se entienden comprehendidos en la misma confesion: por los que decimos confiados en el Profeta: *Limpiame de mis pecados ocultos* (409). No hay duda que la misma dificultad de esta confesion y la vergüenza de descubrir los pecados pudiera parecer gravosa, si no se aliviase con tantas y tan grandes utilidades y consuelos, como se dispensan infaliblemente por la absolucion á todos los que se acercan como se debe á este Sacramento (410). En fin, en quanto al modo de confesar en secreto con solo el Sacerdote, aunque Jesu-Christo no prohibió que alguno pudiese hacer una confesion pública de sus culpas en satisfaccion de ellas, y por humildad propia, ya para exemplo de los demás, ó por edificacion de la Iglesia ofendida; sin embargo, no hay precepto divino que lo mande, ni sería del todo prudente el orde-

Digitized by Google

non est tamen hoc divino præcepto mandatum, nec satis consulte humana aliqua legi præciperetur, ut delicta, præsertim secreta, publica essent confessione aperienda. Unde cum à sanctissimis, (*a*) & antiquissimis patribus magno, unanimique consensu secreta confessio sacramentalis, qua ab initio ecclesia sancta usa est, & modo etiam utitur, fuerit semper commendata, manifeste refellitur inanis eorum calumnia, qui eam à divino mandato alienam, & inventum humanum esse, atque à (*b*) patribus, in concilio Lateranensi congregatis, initium habuisse, docere non verentur. Neque enim per (*c*) Lateranense concilium ecclesia statuit, ut Christi fideles confiterentur, quod jure divino necessarium, & institutum esse intellexerat, sed ut præceptum confessionis saltem semel in anno, ab omnibus, & singulis, cum ad annos discretionis pervenissent, impleretur. Unde jam in universa ecclesia, cum ingenti animarum fidelium fructu, observatur mos ille salutaris confitendi sacro illo, & maxime acceptabili tempore quadragesimæ: quem morem hæc sancta synodus maxime probat, & amplectitur, tamquam pium, & merito retinendum.

CAPUT VI.

De ministro hujus sacramenti, & absolutione.

Circa ministrum autem hujus sacramenti, declarat sancta synodus, falsas esse, & à veritate evangelii penitus alienas, doctrinas (*d*) omnes, quæ ad alios quosvis

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Conc. Cabilon. II. c. 33. (*b*) Huj. sess. 14. can. 8. & 14. (*c*) Cap. *Omnis utriusque* 12. ✠ de pœnit. & remiss. (*d*) Huj. sess. 14. can. 10.

Digitized by Google

denár por ninguna ley humana que se hubiesen de confesar en público los pecados, especialmente los ocultos (411). Y habiendo sido siempre recomendada por Santísimos y muy antiguos Padres, con grande y unánime consentimiento, la confesion secreta sacramental, de la qual usó desde el principio la Santa Iglesia, y usa todavia, se refuta manifiestamente la vana calumnia de aquellos que no se avergüenzan de enseñar que es agena de lo mandado por Dios, y una invencion humana, y que tuvo su principio de los Padres congregados en el Concilio de Letran (412); pues es constante que la Iglesia en aquel Concilio no estableció que los fieles se confesasen, porque habia entendido que era necesario, y así estaba dispuesto por derecho divino; lo que sí mandó, fue, que todos y cada uno de los christianos quando llegasen á tener uso de razon, cumpliesen á lo ménos una vez al año con el precepto de la confesion (413): por lo qual ya en toda la Iglesia se observa con gran provecho de los fieles, aquella saludable costumbre de confesarse en la Quaresma, tiempo sagrado, y en gran manera acepto á Dios; cuya costumbre aprueba en gran manera este Santo Concilio, y adopta como piadosa, y que con razon debe conservarse (414).

CAPITULO VI.

Del Ministro de este Sacramento, y de la absolucion.

Acerca del Ministro de este Sacramento declara el Santo Concilio, ser falsas y enteramente agenas de la verdad Evangelica todas aquellas doctrinas que extienden perniciosamente el Ministerio de las llaves á qualesquiera hombres fuera de los Obispos y Sacerdo-

Digitized by Google

vis homines, præter episcopos, & sacerdotes, clavium ministerium perniciose extendunt; putantes, verba illa Domini: (a) *Quæcumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in cælo; & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in cælo*: (b) &, *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis retenta sunt*: ad omnes Christi fideles, indifferenter, & promiscue, (c) contra institutionem hujus sacramenti, ita fuisse dicta, ut quivis potestatem habeat remittendi peccata, publica quidem per correptionem, si correptus acquieverit; secreta vero per spontaneam confessionem, cuicumque factam. Docet quoque etiam sacerdotes, qui peccato mortali tenentur, per virtutem Spiritus sancti, in ordinatione collatam, tamquam Christi ministros, functionem remittendi peccata exercere; eosque prave sentire, qui in malis sacerdotibus hanc potestatem non esse contendunt. (d) Quamvis autem absolutio sacerdotis alieni, beneficii sit dispensatio; tamen non est solum nudum ministerium, vel annuntiandi evangelium, vel declarandi remissa esse peccata; sed (e) ad instar actus judicialis, quo ab ipso, velut à judice, sententia pronuntiatur. Atque ideo non debet pœnitens adeo sibi de sua ipsius fide blandiri, ut etiam si nulla illi adsit contritio, aut sacerdoti animus serio agendi, & vere absolvendi, desit; putet tamen se, propter suam solam fidem, vere, & coram Deo esse absolutum. Nec enim fides sine pœnitentia remissionem ullam peccato-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Matth. 16. ℣. 19. Matth. 18. ℣. 18. (b) Joan. 20. ℣. 23. (c) Sess. 7. de sacram. can. 10. (d) Dist. 19. c. *Secundum ecclesiæ* 8. * Caus. 1. q. 1. c. *Non nocet* 89. (e) Huj. sess. 14. can. 9.

Digitized by Google

tes ; pensando que aquellas palabras del Señor : *Todo lo que atareis en la tierra será atado en el Cielo ; y lo que desatareis en la tierra será desatado en el Cielo ; y , los pecados de aquellos que perdonareis , les quedan perdonados , y sin perdonar los de aquellos que retuviereis* : se dixeron á todos los fieles christianos indistintamente, y á cada uno contra la institucion de este Sacramento, de modo que tenga potestad qualquiera de perdonar los pecados, es á saber, los públicos por medio de la correccion , si el corregido se sujetare á ella , y los secretos en virtud de una confesion espontanea hecha con qualquier persona (415). Enseña igualmente , que aun los Sacerdotes que están en pecado mortal exercen como Ministros que son de Jesu-Christo, y por la virtud del Espíritu Santo que se les confirió con el órden , la facultad de perdonar los pecados , y que es iniqua la opinion de aquellos que sostienen que no reside esta potestad en los malos Sacerdotes (416). Y aunque el Sacerdote con la absolucion que dá , dispensa un beneficio ageno, con todo, este no es solamente un ministerio desnudo , ya de anunciar el Evangelio , ya de declarar que están perdonados los pecados , sino á semejanza de un acto judicial , en el que se pronuncia la sentencia por el mismo Sacerdote como por el Juez (417) : y por esta razon no debe el penitente lisongearse , ni confiar tanto en su fé , que crea , que aun quando no le asista ninguna contricion , ó al Sacerdote el animo de proceder con seriedad , y de absolver verdaderamente , sin embargo , piense que queda absuelto por sola su fé , realmente,

ANIMADV. IN NOTAS CHIFFLET.

(*d*) * Can. *Non nocet* 89. caus. 1. q. 1. rectius Augustino quam Gregorio adscriberetur.

Digitized by Google

torum præstaret : nec is esset, nisi salutis suæ negligentissimus, qui sacerdotem, joco se absolventem, cognosceret ; & non alium, serio agentem, sedulo requireret.

CAPUT VII.

De casuum reservatione.

Quoniam igitur natura, & ratio judicii illud exposcit, ut sententia in subditos dumtaxat feratur (*a*); persuasum semper in ecclesia Dei fuit, & verissimum esse synodus hæc confirmat, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet jurisdictionem. Magnopere vero ad Christiani populi disciplinam pertinere, sanctissimis patribus nostris visum est, ut atrociora quædam, & graviora crimina non à quibusvis, sed à (*b*) summis dumtaxat sacerdotibus absolverentur (*c*). Unde merito pontifices max. pro suprema potestate, sibi in ecclesia universa tradita, causas aliquas criminum graviores suo potuerunt peculiari judicio reservare (*d*). Neque dubitandum est, quando omnia, quæ à Deo sunt, ordinata sunt, quin hoc idem (*e*) episcopis omnibus in sua cuique diœcesi, in ædificationem tamen, non in destructionem, liceat pro illis in subditos tradita, supra reliquos inferiores sacerdotes auctoritate, præ-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Cap. *Si episcopus* 2. de pœnit. & remiss. in 6. (*b*) Cyprian. in epist., quæ incipit *Ingemiscere*, & in epist., cujus initium *Miror* Origenes hom. 10. in Gen. (*c*) Caus. 17. q. 4. c. *Si quis suadente* 29. Cap. *Ita quorundam* 6. ⁂ de Judæis. Cap. *Conquesti* 22. ⁂ de sent. excomm. Cap. *Quicumque* 11. eodem in 6. Clement. *Gravis* 2. eod. Extrav. *Etsi Dominl* 3. de pœnit. in comm. (*d*) Ad Rom. 13. ℣ 1. (*e*) Sess. 24. cap. 6. de ref.

Digitized by Google

te, y en la presencia de Dios (418): pues la fé sin la penitencia no produciria ningun perdon de los pecados; y sería muy descuidado de su salvacion qualquiera que conociendo que un Sacerdote le habia absuelto por chanza, no buscase al instante á otro que lo executase con seriedad (419).

CAPITULO VII.

De los casos reservados.

Y por quanto la naturaleza y órden de un juicio exîge que la sentencia solo se dé contra los que son súbditos del Juez, por esa razon estuvo siempre persuadida la Iglesia de Dios, y este Santo Concilio lo confirma por cosa muy cierta, que debe ser de ninguna fuerza la absolucion que dá el Sacerdote á aquel en quien no tiene jurisdicion ordinaria, ni subdelegada (420). Asimismo nuestros muy Santos Padres han pensado ser de gran importancia para la disciplina del Pueblo christiano, que no pudiesen qualesquier Sacerdotes, sino solo los supremos absolver de ciertos pecados mas atroces y graves: por lo qual con justa razon los Sumos Pontífices han podido en virtud de la suprema potestad que se les ha conferido en la Iglesia, reservar á su decision particular el conocimiento de algunos delitos de mayor gravedad (421). Ni debe dudarse quando todo lo que viene de Dios está arreglado, que esta misma facultad tengan, bien que para edificacion y no para destruccion, todos los Obispos, cada uno en su Diócesis, por la autoridad que sobre los demás sucesores inferiores se les ha concedido en los súbditos, especialmente en aquellos casos á que está anexa la excomunion. Es ciertamente

Digitized by Google

præsertim quo ad illa, quibus excommunicationis censura annexa est. Hanc autem delictorum reservationem, consonum est divinæ auctoritati, non tantum in externa politia, sed etiam coram Deo vim habere. Verumtamen pie admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in eadem ecclesia Dei custoditum semper fuit, (*a*) ut nulla sit reservatio in articulo mortis, atque ideo omnes sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibusvis peccatis, & censuris absolvere possunt: extra quem articulum sacerdotes cum nihil possint in casibus reservatis, id unum pœnitentibus persuadere nitantur, ut (*b*) ad superiores, & legitimos judices pro beneficio absolutionis accedant.

CAPUT VIII.

De satisfactionis necessitate, & fructu.

Demum, quo ad satisfactionem, quæ ex omnibus pœnitentiæ partibus, quemadmodum à patribus nostris Christiano populo fuit perpetuo tempore commendata; ita una maxime nostra ætate, summo pietatis prætextu, impugnatur ab iis, qui speciem pietatis habent, virtutem autem ejus abnegarunt: sancta synodus declarat, falsum omnino esse, & à verbo Dei alienum, (*c*) culpam à Domino numquam remitti, quin universa etiam pœna condonetur. Perspi-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Cap. *Felicis* 5. de pœnit. in 6. Clement. *Cupientes* 3. eod. Extrav. *Inter cunctas* ℣. *Duos tamen casus*, de privil. int. comm. (*b*) Quos casus superiores regularium reservare possint, vide in decreto Clementis VIII., quod incipit *Sanctissimus* 26. Maij 1593. (*c*) Sess. 6. cap. 14. & can. 30. de justif. Huj. sess. 14. can. 12.

Digitized by Google

te conforme á la autoridad divina que esta reserva de pecados tenga fuerza, no solo en la policía exterior, sino tambien ánte Dios (422). Sin embargo, para que alguno no perezca por esta causa, la Iglesia de Dios observó siempre con gran piedad que no haya caso reservado alguno en el artículo de la muerte, y así que todos los Sacerdotes pueden absolver de toda especie de pecados y censuras á qualquier penitente que sea (423); fuera de este artículo, no teniendo los Sacerdotes ninguna facultad en los casos reservados, procuren persuadir á los penitentes el que acudan á implorar el beneficio de la absolucion á los Jueces superiores y legítimos (424).

CAPITULO VIII.

De la necesidad y fruto de la satisfaccion.

Finalmente, respecto á la satisfaccion, que así como fue de todas las partes de la penitencia la que continuamente recomendaron mas al Pueblo christiano nuestros Santos Padres, así tambien es la que se impugna principalmente en este siglo baxo el alto pretexto de piedad, por aquellos que con la apariencia de ella desconocieron su virtud; declara el Santo Concilio ser enteramente falso y ageno de la palabra de Dios, el decir que nunca perdona el Señor el pecado sin conceder al mismo tiempo la remision de toda su pena. En las sagradas Letras se hallan patentes y señalados exemplos, por los quales, además de lo que nos enseña la tradicion divina, se impugna con la mayor claridad este error (425). Y verdaderamente el órden de la justicia divina parece que requiere que de un modo sean recibidos en su gracia aque-

Digitized by Google

picua enim, & (*a*) illustria in sacris litteris exempla reperiuntur, quibus, præter divinam traditionem, hic error quam manifestissime revincitur. Sane & divinæ justitiæ ratio exigere videtur, ut aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante baptismum per ignorantiam deliquerint; aliter vero, qui, semel à peccati & dæmonis servitute liberati, & accepto Spiritus sancti dono, scienter, (*b*) templum Dei violare, & (*c*) Spiritum sanctum contristare non formidaverint. Et divinam clementiam decet, ne ita nobis, absque ulla satisfactione, peccata dimittantur, ut occasione accepta, peccata leviora putantes, velut injurii, & (*d*) contumeliosi Spiritui sancto, in graviora labamur, (*e*) thesaurizantes nobis iram in die iræ. Procul dubio enim magnopere à peccato revocant, & quasi freno quodam coercent hæ satisfactoriæ pœnæ, cautioresque & vigilantiores in futurum pœnitentes efficiunt; medentur quoque peccatorum reliquiis, & vitiosos habitus, male vivendo comparatos, contrariis virtutum actionibus tollunt. (*f*) Neque vero securior ulla via in ecclesia Dei umquam existimata fuit ad amovendam imminentem (*g*) à Domino pœnam, *quam* ut hæc pœnitentiæ opera homines cum vero animi dolore frequentent. Accedit ad hæc, quod, dum satisfaciendo patimur pro peccatis, Christo Jesu, (*h*) qui pro peccatis nostris satisfecit, (*i*) ex quo omnis nos-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Gens. 3. ℣. 16. & seqq. 2. Reg. 12. ℣. 13. & 14. Numer. 12. ℣. 14. & 15. Numer. 20. ℣. 11. & 12. (*b*) 1. ad Cor. 3. ℣. 17. (*c*) Ad Ephes. 4. ℣. 30. (*d*) Ad Hebr. 10. ℣. 29. (*e*) Ad Rom. 2. ℣. 5. Jac. 5. ℣. 3. (*f*) Ezech. 33. Jonæ 3. ℣. 5. & seqq. Jerem. 3. Jerem. 18. ℣. 8. Jerem. 25. (*g*) Isaiæ 30. Ecclesiast. 17. ℣. 20. & seqq. Matth. 3. ℣. 2. & 8. Matth. 4. ℣. 17. Matth. 11. ℣. 21. Matth. 18. cum simil. (*h*) Ad Rom. 5. ℣. 10. 1. Joan. 2. ℣. 1. & 2. (*i*) 2. ad Cor. 3. ℣. 4. & 5.

Digitized by Google

aquellos que ántes del bautismo hubieren pecado por ignorancia; y de otro distinto los que una vez libertados de la esclavitud del pecado y del demonio, recibido el don del Espíritu Santo, no se hubieren horrorizado de violar á sabiendas el Templo de Dios, y contristar al Espíritu Santo (426). Asimismo conviene á la divina clemencia, que no se nos perdonen los pecados sin ninguna satisfaccion, para evitar que teniendo con este motivo por mas leves los pecados, caigamos en otros mayores con ofensa y contumelia del Espíritu Santo, atesorandonos ira para el dia de la ira (427): pues no tiene la menor duda que apartan en gran manera del pecado, y sirven como de freno estas penas satisfactorias, y hacen mas cautos y vigilantes para lo sucesivo á los penitentes (428), sanan tambien las reliquias de los pecados, y quitan los habitos viciosos contraidos con la mala vida, con obras de virtudes que les son contrarias (429). Ni tampoco discurrió jamás la Iglesia de Dios un camino mas seguro para apartar la pena con que el Señor nos amenaza, que el que los hombres exerzan con freqüencia estas obras de penitencia con verdadero dolor de corazon (430). Añádese á esto que quando padecemos por los pecados satisfaciendo por ellos, nos conformamos con Jesu-Christo que satisfizo por nuestros pecados, de quien procede nuestra suficiencia: naciendo de aquí el tener además de eso una prenda certísima de que si padecemos con él, tambien participaremos de su gloria (431). Ni hemos tampoco de creer que esta satisfaccion que damos por nuestros pecados es de tal suerte nuestra, que no sea por Jesu-Christo, pues nosotros nada podemos hacer por nuestra propia fuerza; pero cooperando el que nos conforta, todo lo podemos. Por esta razon el hombre no tiene motivo para gloriarse, ántes bien está nues-

Digitized by Google

nostra sufficientia est, conformes efficimur; certissimam quoque inde arrham habentes, quod (*a*) si compatimur, & conglorificabimur. Neque vero ita nostra est satisfactio hæc, quam pro peccatis nostris exolvimus, ut non sit per Christum Jesum. Nam qui (*b*) ex nobis, tamquam ex nobis, nihil possumus; eo cooperante, qui nos confortat, omnia possumus. Ita non habet homo, unde glorietur, (*c*) sed omnis gloriatio nostra in Christo est: in quo (*d*) vivimus, in quo meremur, in quo satisfacimus: (*e*) facientes, fructus dignos pœnitentiæ, qui ex illo vim habent; ab illo offeruntur Patri; & per illum acceptantur à Patre. Debent ergo sacerdotes Domini, quantum spiritus & prudentia suggesserit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate salutares, & convenientes satisfactiones injungere: ne, si forte peccatis conniveant, & indulgentius cum pœnitentibus agant, levissima quædam opera pro gravissimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præ oculis, ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad novæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & castigationem. (*f*) Nam claves sacerdotum, non ad solvendum dumtaxat, sed & ad ligandum concessas, etiam antiqui patres & credunt, & docent. Nec propterea existimarunt, sacramentum pœnitentiæ esse forum iræ, vel pœnarum, sicut nemo umquam catholicus sensit, ex hujusmodi nostris satisfactionibus, vim meriti, & (*g*) sa-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Ad Rom. 8. ℣. 17. (*b*) 2. ad Cor. 3. ℣. 5. Ad Philipp. 4. ℣. 13. 1. ad Cor. 1. ℣. 31. (*c*) 2. ad Cor. 10. ℣. 17. Ad Galat. 6. ℣. 14. (*d*) Act. 17. ℣. 28. (*e*) Matth. 3. ℣. 8. Matth. 4. ℣. 17. Luc. 3. ℣. 8. Luc. 1. ℣.

Digitized by Google

tra complacencia en Christo; que es en quien vivimos, en quien merecemos, y en quien satisfacemos; haciendo frutos dignos de penitencia, que tienen su eficacia del mismo Christo, por quien se ofrecen al Padre, y por quien se aceptan por el Padre (432). Deben, pues, los Sacerdotes del Señor imponer saludables y convenientes penitencias, segun las dictare su capacidad y prudencia, atendiendo á la naturaleza de los pecados, y disposicion de los penitentes, para evitar el hacerse cómplices de los pecados agenos, si acaso condescienden á ellos, y proceden con mucha suavidad con los pecadores, imponiéndoles unas penitencias levísimas por culpas muy graves (433). Y tengan presente que la satisfaccion que imponen no sirva solo para asegurar una nueva vida, y curar de la enfermedad, sino tambien de vindicta y castigo de las culpas pasadas (434); pues tambien los antiguos Santos Padres creen y enseñan al mismo tiempo que las llaves se dieron á los Sacerdotes, no únicamente para desatar, sino tambien para atar, y asi no pensaron que el Sacramento de la Penitencia era un tribunal de ira ó de penas, así como ningun católico sintió jamás que la virtud del merito y satisfaccion de Jesu-Christo nuestro Señor, se obscurecia ó disminuia en parte alguna por estas nuestras satisfaccio-

*. 13. Luc. 17. *. 3. Caus. 26. q. 7. c. *Tempora* 1. cum multis seqq. Dist. 3. de consecr. c. *De pœnitentibus* 17. Conc. Carth. III. cap. 31. * Conc. Carth. IV. cap. 74. Conc. Cabilon. II. c. 34. & 38. Conc. Vngo dict. Afric. cap. 10. (*f*) Matth. 16. *. 19. Joan. 20. *. 23. Huj. sess. 14. cap. 1. in fin. Huj. sess. 14. can. 3. & 15. de pœnit. (*g*) Huj. sess. 14. can. 14.

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(*e*) * Conc. Carth. IV. est supposit.

Digitized by Google

satisfactionis Domini nostri, Jesu Christi, vel obscurari, vel aliqua ex parte imminui. Quod dum novatores intelligere (86) volunt, ita (87) optimam pœnitentiam, novam vitam esse docent, ut omnem satisfactionis vim, & usum tollant.

CAPUT IX.

De operibus satisfactionis.

Docet præterea, tantam esse divinæ munificentiæ largitatem, ut non solum pœnis sponte à nobis pro vindicando peccato susceptis, aut sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositis; sed etiam, quod maximum amoris (*a*) argumentum est, temporalibus flagellis à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis, apud Deum Patrem per Christum Jesum satisfacere valeamus.

DOCTRINA

De sacramento extremæ unctionis.

Visum est autem sanctæ synodo, præcedenti doctrinæ de pœnitentia adjungere ea, quæ sequuntur de sacramento extremæ unctionis, quod non modo pœnitentiæ, sed & totius christianæ vitæ, quæ perpetua pœnitentia esse debet, consummativum existimatum est à patribus. Primum itaque circa illius insti-

VARIANTES.

(86) Nolunt, *edit. Rom.* 2. *Rom.* 3. *Rom.* 1763. *Lov-Bog. Ven. Antv. & Col.*

(87) Aptissimam *edit. Brix Vird. Rhem. Lov-Bog. Antv. & Col.*

Digitized by Google

ciones; lo que de tal manera quieren entender los novadores, que enseñando que la mejor penitencia es una nueva vida, quitan toda la eficacia y uso de la satisfaccion (435).

CAPITULO IX.

De las obras satisfactorias.

Enseña además de esto el Santo Concilio, que es tanta la largueza de la misericordia divina, que no solo podemos satisfacer á Dios Padre, por medio de Jesu-Christo, con las penitencias que hagamos voluntariamente en castigo del pecado, ó impuestas á arbitrio del Sacerdote segun la gravedad del delito; sino tambien, lo que es mayor prueba de su amor, con las calamidades temporales enviadas por Dios y llevadas con paciencia por nosotros (436).

DOCTRINA

Del Sacramento de la Extrema uncion.

El Santo Concilio ha tenido, pues, por conveniente añadir á la doctrina anterior acerca de la Penitencia, lo que sigue tocante al Sacramento de la Ex-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) * Dist. 3. de pœnit. c. *Sunt plures* 42.

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(a) * Can. *Sunt plures* 42. dist. 3. de pœnit., pertinet ad cap. 8. libri de vera & falsa pœnitentia, qui perperam Augustino tributus est.

Digitized by Google

titutionem declarat, & docet, (a) quod clementissimus Redemptor noster, qui servis suis quovis tempore voluit de salutaribus remediis (b) adversus omnia omnium hostium tela esse prospectum, quemadmodum auxilia maxima in sacramentis aliis præparavit, quibus Christiani conservare se integros, dum viverent, ab omni graviori spiritus incommodo possint, ita extremæ unctionis sacramento finem vitæ, tamquam firmissimo quodam præsidio, munivit. Nam etsi (c) adversarius noster occasiones per omnem vitam quærat, & captet, ut devorare animas nostras quoquo modo possit: nullum tamen tempus est, quo vehementius ille omnes suæ versutiæ nervos intendat ad perdendos nos penitus, & à fiducia etiam, (d) si possit, divinæ misericordiæ deturbandos, quam cum impendere nobis exitum vitæ prospicit.

CAPUT I.

De institutione sacramenti extremæ unctionis.

Instituta est autem sacra hæc unctio infirmorum tamquam vere, & proprié sacramentum novi testamenti à Christo Domino nostro (e) apud Marcum quidem insinuatum, (f) per Jacobum autem Apostolum, ac Domini fratrem, fidelibus commendatum, ac promulgatum. *Infirmatur*, inquit, *quis in vobis*, *in-*

du-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Huj. sess. 14. can. 1. de sacram. extr. unct. (b) Ad Ephes. 6. ℣. 10. & seqq. (c) 1. Pet. 5. ℣. 8. * Caus. 3. q. 1. c. *Nulli dubium* 5. (d) Gen. 4. ℣. 13. Huj. sess. 14. cap. 2. de sacram. extr. unct. in fin. (e) Marci 6. ℣. 13. (f) Jacob. 5. ℣. 14. & 15. Gratianus post c. *Presbyteros* 2. Dist. 95. cap. *Cum venisset* 1. §. *Scire* 1. ℣ de sacr. unct. Conc. Cabilon. II. c. 48. Innocentius I. epist. 1. cap. 8.

Digitized by Google

Extrema uncion, al que consideraron los Santos Padres como la consumacion, no solo de la penitencia, sino de toda la vida christiana, que debe ser una perpetua penitencia (437). Y así declara y enseña lo primero en quanto á su institucion, que el Clementísimo Redentor nuestro, que en todo tiempo quiso que sus siervos estuviesen provistos de remedios saludables contra todas las saetas de qualquier enemigo, así como en los demás Sacramentos dexó dispuestos poderosos auxîlios, con los quales puedan los christianos conservarse libres mientras viviesen de toda grave dolencia espiritual, así tambien fortaleció el fin de la vida con el Sacramento de la Extrema uncion, como con un segurísimo auxîlio. Porque sin embargo de que nuestro enemigo busque y desee con ansia ocasiones, durante nuestra vida, para devorar de qualquier modo que sea nuestras almas; en ningun tiempo con todo emplea con mas vigor todos los esfuerzos de su malicia para perdernos enteramente, y hacernos desconfiar tambien si puede de la divina misericordia, que quando nos vé próximos á salir de esta vida (438).

CAPITULO I.

De la institucion del Sacramento de la Extrema uncion.

Instituyó, pues, Jesu-Christo nuestro Señor esta Sagrada uncion de los enfermos, como verdadero y propio Sacramento del nuevo Testamento (439), y así lo insinúa el Evangelista San Marcos, y lo encomien-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(b) * Can. *Nulli dubium* 5. caus. 3. q. 1. est spur.

Digitized by Google

ducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei salvabit infirmum: & alleviabit eum Dominus; &, si in peccatis sit, dimittentur ei. Quibus verbis, ut ex apostolica traditione, per manus accepta, ecclesia didicit, docet materiam, formam, proprium ministrum, & effectum hujus salutaris sacramenti. Intellexit enim ecclesia materiam esse oleum, ab episcopo benedictum. Nam unctio aptissime Spiritus sancti gratiam, qua invisibiliter anima ægrotantis (88) inungitur, repræsentat: formam deinde esse illa verba, per istam unctionem &c.

CAPUT II.

De effectu hujus sacramenti.

Res porro, & effectus hujus sacramenti illis verbis explicatur: *Et* (*a*) *oratio fidei salvabit infirmum; & alleviabit eum Dominus; &, si in peccatis sit, dimittentur ei.* (*b*) Res etenim hæc gratia est Spiritus sancti; cujus unctio delicta, si qua sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit; & ægroti animam alleviat, & confirmat, magnam in eo divinæ misericordiæ fiduciam excitando; qua infirmus sublevatus & morbi incommoda, ac labores levius fert; & tentationibus dæmonis, (*c*) calcaneo insidiantis, facilius re-

VARIANTES.

(88) Jungitur, *edit. Rom.* 1763.

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Jacob. 5. ℣. 15. (*b*) Huj. sess. 14. can. 2. de sacram. extrem. unct. (*c*) Gen. 3. ℣. 15.

Digitized by Google

mienda y predica á los fieles Santiago Apostol, y hermano del Señor (440): *Enferma*, dice, *alguno de vosotros? haga venir á los Presbíteros de la Iglesia, y oren sobre él ungiéndole con aceyte en nombre del Señor: y la oracion de la fé salvará al enfermo; y el Señor le aliviará, y si está en pecado se le perdonará.* En estas palabras enseña la Iglesia, segun lo aprendió de la tradicion Apostólica, recibida de mano en mano, qual es la materia, la forma, el verdadero Ministro, y el efecto de este saludable Sacramento. Entendió, pues, la Iglesia, que la materia es el oleo bendito por el Obispo; porque la uncion representa propiamente la gracia del Espíritu Santo (441), con la qual se unge invisiblemente el alma del enfermo; y finalmente, que la forma son aquellas palabras: *Per istam unctionem &c.* (442).

CAPITULO II.

Del efecto de este Sacramento.

La cosa, pues, y el efecto de este Sacramento se explica en aquellas palabras: y *la oracion de la fé salvará al enfermo*: y *el Señor le aliviará* (443), y *si está en pecado se le perdonará* (444). Esta cosa es verdaderamente la gracia del Espíritu Santo; cuya uncion limpia las culpas que hayan quedado sin expiar, y las reliquias del pecado (445); alivia y fortalece el alma del enfermo, excitando en él una gran confianza en la misericordia de Dios; con la qual, mejorado el enfermo, lleva con ménos trabajo los dolores é incomodidades de la enfermedad; y resiste mas facilmente á las tentaciones del demonio (446) que le pone asechanzas para que caiga; consiguiendo algunas veces la sa-

Digitized by Google

resistit ; & sanitatem corporis interdum , ubi saluti animæ expedierit , consequitur.

CAPUT III.

De ministro hujus sacramenti, & tempore, quo dari debeat.

Jam vero, quod attinet ad præscriptionem eorum, qui & suscipere, & ministrare hoc sacramentum debent, haud obscure fuit illud etiam in verbis prædictis traditum. Nam & ostenditur illic, proprios hujus sacramenti ministros, esse ecclesiæ presbyteros. Quo nomine eo loco, non ætate seniores, aut primores in populo intelligendi veniunt, sed (*a*) aut episcopi, aut sacerdotes ab ipsis rite ordinati (*b*) per impositionem manuum (89) presbyteri. Declaratur etiam, esse hanc unctionem infirmis adhibendam, illis vero præsertim, qui tam periculose decumbunt, ut in exitu vitæ constituti videantur : unde & sacramentum exeuntium nuncupatur. Quod si infirmi post susceptam hanc unctionem convaluerint : iterum hujus sacramenti subsidio juvari poterunt, cum in aliud simile vitæ discrimen inciderint. Quare nulla ratione audiendi sunt, qui contra tam apertam, & dilucidam Apostoli (*c*) Jacobi sententiam docent, hanc unctionem

VARIANTES.

(89). Presbyterii, *edid. Rom. 2. Rom. 3. Rom-Vat. Rom. 1763. Lov-Bog. Antv. & Col.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Dist 95. c. *Illud superflaum* 3. Huj. sess. 14. can. 4. de sacram. extrem. unct (*b*) 1. ad Tim. 4. ℣. 14. * Dist. 95. c. *Ecce ego* 6. §. *Presbiteri* 5. (*c*) Jacob. 5. ℣. 14. & 15.

Digitized by Google

salud del cuerpo quando conduce para la salvacion del alma (447).

CAPITULO III.

Del Ministro de este Sacramento y quando debe administrarse.

Por lo que mira ahora á señalar quienes son los que deben recibir y administrar este Sacramento, tambien lo enseñan con claridad las palabras referidas, en las quales se manifiesta que los Ministros propios de este Sacramento son los Presbíteros de la Iglesia (448), baxo de cuyo nombre no hemos de entender en este lugar los mayores en edad, ó los principales del Pueblo, sino los Obispos ó Sacerdotes rectamente ordenados por estos, por la imposicion de las manos Sacerdotales (449). Se declara igualmente que se ha de administrar esta uncion á los enfermos, pero con especialidad á aquellos que están tan de peligro, que se les conceptúe ya que van á salir de la vida; por cuya razon se llama tambien Sacramento de los que salen de esta vida (450). Y si acaso los enfermos despues de recibida esta uncion convalecieren, se les podrá socorrer otra vez con el auxîlio de este Sacramento quando recayeren en otro igual riesgo de la vida (451). Por ningun motivo pues debe darse oidos á aquellos que á pesar de tan clara y manifiesta sentencia del Apóstol Santiago, enseñan que es-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(b) * Can. *Ecce ego* 6. dist. 95. desumptus est ex epistola ad Rusticum Narbonensem, sive ex libello de septem gradibus ecclesiæ, qui libellus per injuriam Hieronymo fuit attributus.

Digitized by Google

nem vel figmentum esse humanum, vel ritum à patribus acceptum, nec mandatum Dei, nec promissionem gratiæ habentem : & qui illam jam cessasse asserunt, quasi ad gratiam curationum dumtaxat in primitiva ecclesia referenda esset : & qui dicunt, ritum, & usum, quem sancta Romana ecclesia in hujus sacramenti administratione observat, (*a*) Jacobi Apostoli sententiæ repugnare, atque (90) ideo in alium commutandum esse : & denique qui hanc extremam unctionem à fidelibus sine peccato contemni posse affirmant. Hæc enim omnia manifestissime pugnant cum perspicuis tanti Apostoli verbis. Nec profecto ecclesia Romana, (*b*) aliarum omnium mater, & magistra, aliud in hac administranda unctione, quantum ad ea, quæ hujus sacramenti substantiam perficiunt, observat, quam quod beatus Jacobus præscripsit. Neque vero tanti sacramenti contemptus absque ingenti scelere, & ipsius Spiritus Sancti injuria esse posset.

Hæc sunt, quæ de pœnitentiæ & extremæ unctionis sacramentis sancta hæc œcumenica synodus profitetur, & docet, atque omnibus Christi fidelibus credenda, & tenenda proponit. Sequentes autem canones inviolabiliter servandos esse tradit ; & asserentes contrarium, perpetuo damnat, & anathematizat.

De

VARIANTES.

(90) Ideo *abest ab edit. Rom. in 4. Dil. & Lov.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Huj. sess. 14. can. 3. de sacram. extr. unct. (*b*) Cap. *Damnamus* 2. §. *Si quis* 2. ✠ de summ. Trinit. Cap. *Licet ratione* 20. ✠ de for. comp. * Dist. 12. c. *Non decet* 1.

Digitized by Google

esta uncion es una invencion humana, ó una ceremonia recibida de los Santos Padres, que ni fue mandada por Dios, ni tiene la promesa de la gracia: á los que afirman haber ya cesado, como si únicamente debiese referirse á la gracia de las curaciones de la primitiva Iglesia: á los que dicen que la costumbre y rito que en la administracion de este Sacramento observa la Iglesia Romana, se opone al sentir de Santiago Apóstol, y que por eso se ha de conmutar en otro rito; y finalmente, á aquellos que dicen que los fieles pueden despreciar esta Extrema uncion sin incurrir en pecado alguno (452): todo esto se opone ciertamente muy á las claras á las expresísimas palabras de tan grande Apóstol. Ni la Iglesia Romana, Madre y Maestra de todas las demás, observa otra cosa en la administracion de esta uncion, con respecto á lo que constituye la esencia de este Sacramento, que lo que prescribió el Bienaventurado Santiago: tampoco podria despreciarse este Sacramento sin grande maldad, y sin injuriar al Espíritu Santo (453).

Esta es la doctrina que el presente Santo y ecuménico Concilio profesa y enseña acerca de los Sacramentos de la Penitencia y Extrema uncion, y propone á los fieles para que la crean y observen. Enseña asimismo, se guarden inviolablemente los siguientes Cánones, y condena y anatematiza para siempre á los que aseguren lo contrario.

Del

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(b) * Can. *Non decet* 1, dist. 12, est. spur.

Digitized by Google

CANON I.

Si quis dixerit, in catholica ecclesia (*a*) pœnitentiam non esse vere, & proprie sacramentum pro fidelibus, quoties post baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis, à Christo Domino nostro institutum; anathema sit.

CANON II.

Si quis sacramenta confundens, (*b*) ipsum baptismum pœnitentiæ sacramentum esse dixerit, quasi hæc duo sacramenta distincta non sint, atque ideo pœnitentiam non recte (*c*) secundam post naufragium tabulam appellari; anathema sit.

CANON III.

Si quis dixerit, verba illa Domini Salvatoris: (*d*) *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt*: non esse intelligenda de potestate remittendi, & retinendi peccata in sacramento pœnitentiæ, sicut ecclesia ca-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Huj. sess. 14. cap. 1. de pœnit. (*b*) Huj. sess. 14. cap. 1. de pœnit. (*c*) * Dist. 1. de pœnit. c. *Secunda post naufragium* 72. (*d*) Joan. 20. ℣. 22. & 23. Matth. 16. ℣. 19. Huj. sess. 14. cap. 1. de pœnit. & sess. 6. cap. 14. de justif.

ANIMAD. IN NOT. CHIFFLETII.

(*c*) * Can. *Secunda post naufragium* 72. dist. 1. de pœnit. desumptus ex

CANON I.

Si alguno dixere que la penitencia en la Iglesia católica no es un verdadero y propio Sacramento instituido por Christo Señor nuestro para reconciliar con el mismo Dios á los fieles, siempre que pecan despues del bautismo; sea anatematizado (454).

CANON II.

Si alguno, confundiendo los Sacramentos, dixere que el mismo Bautismo es el Sacramento de la Penitencia, como si estos dos Sacramentos no fueren distintos (455), y que por este motivo no hay razon para llamar á la penitencia la segunda tabla despues del naufragio; sea anatematizado (456).

CANON III.

Si alguno dixere que aquellas palabras del Salvador y Señor nuestro: *Recibid el Espíritu Santo: los pecados de aquellos que perdonareis les están perdonados, y los de aquellos que retuviereis están retenidos*, no se han de entender de la potestad de absolver y retener los pecados en el Sacramento de la Penitencia, como lo entendió siempre desde el principio la Iglesia católica; ántes bien contra la ins-

ex epist. Hieronymi ad Pammachium simul & ad Oceanum scripta, parum consonat proposito Gratiani: nec recte citatur à Chiffletio: neque enim illic ullus de sacramentali confessione sermo, ut ex contextu epistolæ & Hieronymi scopo patet.

catholica ab initio semper intellexit: detorserit autem, contra institutionem hujus sacramenti, ad auctoritatem prædicandi evangelium; anathema sit.

CANON IV.

Si quis negaverit, (a) ad integram, & perfectam peccatorum remissionem requiri tres actus in pœnitente, quasi materiam sacramenti pœnitentiæ, videlicet, contritionem, confessionem, & satisfactionem, quæ tres pœnitentiæ partes dicuntur; aut dixerit, duas tantum esse pœnitentiæ partes, terrores scilicet, incussos conscientiæ, agnito peccato, & fidem conceptam ex evangelio, vel absolutione, qua credit quis sibi per Christum remissa peccata; anathema sit.

CANON V.

Si quis dixerit, (b) eam contritionem, quæ paratur per discussionem, collectionem, & detestationem peccatorum, qua quis (c) recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum suorum gravitatem, multitudinem, fœditatem, amissionem æternæ beatitudinis, & æternæ damnationis incursum, cum proposito melioris vitæ, non esse verum, & utilem dolorem, nec præparare ad gratiam, sed facere hominem hypocritam, & magis peccatorem; demum illam esse dolorem coactum, & non liberum ac voluntarium; anathema sit.

CA-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Huj. sess. 14. cap. 3. de pœnit. (b) Huj. sess. 14. cap. 4. de pœnit. (c) Isaiæ 38. v. 15.

Digitized by Google

institucion de este Sacramento, las torciere para significar la autoridad de predicar el Evangelio; sea anatematizado (457).

CANON IV.

Si alguno negare que para conseguir un integro y perfecto perdon de los pecados se requieren en el penitente tres actos, como materia del Sacramento de la Penitencia, esto es, contricion, confesion y satisfaccion, que se llaman las tres partes de la Penitencia (458); ó dixere que no son mas que dos las partes de la Penitencia, á saber, el terror que concibe la conciencia despues de conocido el pecado y la fé concebida por el Evangelio, ó por la absolucion por medio de la qual cree qualquiera le perdona Jesu-Christo los pecados; sea anatematizado (459).

CANON V.

Si alguno dixere que aquella contricion que se adquiere por el exámen, recapitulacion, y aborrecimiento de los pecados, en la que trae el penitente á la memoria su vida pasada con afliccion de su alma, pesando la gravedad, multitud y fealdad de sus culpas; la pérdida de la bienaventuranza eterna, y el haber incurrido en una eterna condenacion, con proposito de la enmienda, no es un dolor verdadero y provechoso, que no dispone á la gracia, sino que hace hipócrita al hombre y mayor pecador; y finalmente, que es un dolor forzado y no libre y voluntario; sea anatematizado (460).

Digitized by Google

CANON VI.

Si (*a*) quis negaverit, confessionem sacramentalem vel institutam, vel ad salutem necessariam esse jure divino; aut dixerit, modum secrete confitendi soli sacerdoti, quem ecclesia catholica ab initio semper observavit, & observat, alienum esse ab institutione & mandato Christi, & inventum esse humanum; anathema sit.

CANON VII.

Si quis dixerit, (*b*) in sacramento pœnitentiæ ad remissionem peccatorum necessarium non esse jure divino confiteri omnia, & singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita, & diligenti præmeditatione habeatur, etiam occulta, & quæ sunt contra (*c*) duo ultima decalogi præcepta, & circumstantias, quæ peccati speciem mutant, sed eam confessionem tantum esse utilem ad erudiendum, & consolandum pœnitentem, & olim observatam fuisse tantum ad satisfactionem canonicam imponendam; *aut dixerit*, eos, qui omnia peccata confiteri student, nihil relinquere (91) velle divinæ misericordiæ ignoscendum; aut demum, non licere confiteri peccata venialia; anathema sit.

CA-

VARIANTES.

(91) Vere *edit. Ven.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Huj. sess. 14. cap. 5. de pœnit. Conc. Cabilon. I. c. 8. * Epist. 1. Clement. I. ad Jacob. (*b*) Huj. sess. 14. cap. 5. de pœnit. (*c*) Deuter. 5. ℣. 21.

Digitized by Google

CANON VI.

Si alguno negare que la confesion sacramental está instituida, ó que es necesaria de derecho divino para alcanzar la salvacion (461); ó dixere que el modo de confesar secretamente con un Sacerdote, el qual observó siempre desde el principio y observa actualmente la Iglesia católica, es agéno de la institucion y del precepto de Christo, y que es una invencion humana; sea anatematizado (462).

CANON VII.

Si alguno dixere que para conseguir el perdon de los pecados en el Sacramento de la Penitencia, no es necesario de derecho divino confesar todos y cada uno de los pecados mortales de que ha precedido el correspondiente y debido exámen, y se tiene memoria (463), aun los ocultos y que son contra los dos últimos preceptos del Decálogo (464), y las circunstancias que mudan la especie del pecado, sino que esta confesion solo es util para la instruccion y consuelo del penitente, y que antiguamente solo se observó para imponer la satisfaccion canónica (465); ó dixere que aquellos que procuran confesar todos los pecados, nada quieren dexar que perdonar á la misericordia divina; ó finalmente, que no es licito confesar los pecados veniales; sea anatematizado (466).

CA-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(a) *Epist. 1. Clement. I. ad Jacobum est spuria.

CANON VIII.

Si quis dixerit, confessionem omnium peccatorum, qualem ecclesia servat, (a) esse impossibilem, & traditionem humanam, à piis abolendam; aut ad eam non teneri omnes, & singulos, utriusque sexus, Christi fideles (b) juxta magni concilii Lateranensis constitutionem, semel in anno, & ob id suadendum esse Christi fidelibus, ut non confiteantur tempore quadragesimæ; anathema sit.

CANON IX.

Si quis dixerit, (c) absolutionem sacramentalem sacerdotis, non esse actum judicialem, sed nudum ministerium pronuntiandi, & declarandi remissa esse peccata confitenti; modo tantum credat se esse absolutum; aut sacerdos non serio, sed joco absolvat; aut dixerit, non requiri confessionem pœnitentis, ut sacerdos ipsum absolvere possit; anathema sit.

CANON X.

Si quis dixerit, sacerdotes, qui in (d) peccato mortali sunt, potestatem ligandi, & solvendi non habere; aut non solos sacerdotes esse ministros absolutionis, sed omnibus, & singulis Christi fidelibus esse dictum: (e) *Quæcumque alligaveritis super terram, erunt*

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Huj. sess. 14. cap. 5. de pœnit. (b) Cap. *Omnis utriusque* 12. 5. de pœnit. & remission. (c) Huj. sess. 14. cap. 6. in fin. de pœnit. (d) Huj. sess. 14. cap. 5. & 6. de pœnit. Dist. 19. c. *Secundum* 8. * Caus. 1. q. 1. c. *Non nocet* 89. (e) Matth. 16. ℣. 19. Matt. 18. ℣. 18.

Digitized by Google

CANON VIII.

Si alguno dixere que la confesion de todos los pecados, segun la acostumbra la Iglesia, es imposible, y que es una tradicion humana que se debe abolir por las personas piadosas (467), ó que conforme á la constitucion del gran Concilio Lateranense no estan obligados todos y cada uno de los fieles christianos de ambos sexôs á confesarse á lo ménos una vez al año, y que por esto se ha de persuadir á los christianos que no se confiesen en tiempo de Quaresma; sea anatematizado (468).

CANON IX.

Si alguno dixere que la absolucion sacramental del Sacerdote no es un acto judicial, sino un mero ministerio de pronunciar y declarar que están perdonados los pecados al que los confiesa; con tal que solo crea que está absuelto, aunque el Sacerdote no lo absuelva seriamente sino por chanza (469); ó dixere que no se requiere la confesion del penitente para que el Sacerdote pueda absolverle; sea anatematizado (470).

CANON X.

Si alguno dixere que los Sacerdotes que están en pecado mortal no tienen potestad de atar y desatar (471), ó que los Sacerdotes no son los únicos Ministros de la absolucion (472), sino que á todos y á

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(d) * Can. *Non nocet* 89. caus. 1. q. 1. rectius Augustino, quam Gregorio adscriberetur.

Digitized by Google

erunt ligata & in cælo ; & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in cælo ; &, (*a*) *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt*: quorum verborum virtute quilibet absolvere possit peccata, publica quidem per correptionem dumtaxat, si correptus acquieverit; secreta vero per spontaneam confessionem; anathema sit.

CANON XI.

Si quis dixerit, episcopos non habere jus (*b*) reservandi sibi casus, nisi quoad externam politiam, atque ideo casuum reservationem non prohibere, quo minus sacerdos à reservatis vere absolvat; anathema sit.

CANON XII.

Si quis dixerit, totam pœnam simul cum (*c*) culpa remitti semper à Deo, satisfactionemque pœnitentium non esse aliam, quam fidem, qua apprehendunt Christum pro eis satisfecisse; anathema sit.

CANON XIII.

Si quis dixerit, pro (*d*) peccatis, quoad pœnam temporalem, minime Deo per Christi merita satisfieri pœnis, ab eo inflictis, & patienter toleratis, vel à sacerdote injunctis, sed neque sponte susceptis, ut je-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Joan. 20. v. 23. (*b*) Huj. sess. 14. cap. 7. de pœnit. Cap. *Si episcopus* 2. de pœnit. & remiss. in 6. cap. *De cætero* 11. & cap. *De moribus* 33. de sent. excom. (*c*) Huj. sess. 14. cap. 8. de pœnit. (*d*) Huj. sess. 14. cap. 8. & 9. de pœnit.

Digitized by Google

á cada uno de los fieles christianos se les dixo: *Todo lo que atareis en la tierra será atado en el Cielo, y lo que desatareis en la tierra será desatado en el Cielo*; y, *los pecados de aquellos que hayais perdonado les quedan perdonados, y quedan atados los de aquellos que no perdonareis*: en virtud de cuyas palabras pueda cada uno absolver los pecados, es á saber, los públicos por la correccion solamente, si el corregido consintiere en ella, y los secretos por la confesion voluntaria; sea anatematizado (473).

CANON XI.

Si alguno dixere que los Obispos no tienen derecho para reservarse á sí casos, sino en quanto á la policía exterior, y que por tanto la reserva de casos no impide el que un Sacerdote absuelva verdaderamente de los reservados; sea anatematizado (474).

CANON XII.

Si alguno dixere que Dios perdona siempre la pena juntamente con la culpa (475), y que la satisfaccion de los penitentes no es otra que la fé, por la qual aprenden que Christo satisfizo por ellos; sea anatematizado (476).

CANON XIII.

Si alguno dixere que en quanto á la pena temporal por los pecados no se satisface á Dios por los meritos de Christo con las penas impuestas por él, y llevadas con paciencia, ó por las señaladas por el Sacerdote (477), ni tampoco por las que se executan vo-

Digitized by Google

jejuniis, orationibus, eleemosynis, vel aliis etiam pietatis operibus; atque ideo optimam pœnitentiam esse tantum novam vitam; anathema sit.

CANON XIV.

Si quis dixerit, (*a*) satisfactiones, quibus pœnitentes per Christum Jesum peccata redimunt, non esse cultus Dei, sed traditiones hominum doctrinam de gratia, & verum Dei cultum, atque ipsum beneficium mortis Christi obscurantes; anathema sit.

CANON XV.

Si quis dixerit, claves ecclesiæ esse (*b*) datas tantum ad solvendum, non etiam ad ligandum; & propterea sacerdotes, dum imponunt pœnas confitentibus, agere contra finem clavium, & contra institutionem Christi; & fictionem esse, quod virtute clavium sublata, pœna æterna, & pœna temporalis plerumque exolvenda remaneat; anathema sit.

De sacramento extremæ unctionis.

CANON I.

Si quis dixerit, extremam unctionem non esse vere, & proprie sacramentum, (*c*) à Christo Domino nostro institutum, & (*d*) à beato Jacobo Apostolo-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Huj. sess. 14. cap. 8. de pœnit. (*b*) Huj. sess. 14. cap. 1. & cap. 8. in fin. de pœnit. (*c*) Huj. sess. 14. pr. & cap. 1. de extrem. unct. (*d*) Marc. 6. ℣. 13. Jacob. 5. ℣. 14. & 15.

Digitized by Google

voluntariamente, como son ayunos, oraciones, limosnas ú otras obras de piedad; y que así la mejor penitencia es solamente una nueva vida; sea anatematizado (478).

CANON XIV.

Si alguno dixere que las satisfacciones con que los penitentes redimen los pecados por Jesu-Christo no son cultos de Dios, sino tradiciones de los hombres que obscurecen la doctrina de la gracia, y el verdadero culto de Dios, y tambien el mismo beneficio de la muerte de Christo; sea anatematizado (479).

CANON XV.

Si alguno dixere que las llaves de la Iglesia solo se dieron para desatar, y no para ligar tambien, y que así los Sacerdotes quando imponen penas á los que se confiesan, obran contra el fin de las llaves, y contra la institucion de Christo (480); y que es una ficcion el que las mas veces queda por pagar pena temporal en virtud de las llaves, quando ya está perdonada la pena eterna; sea anatematizado (481).

Del Sacramento de la Extrema uncion.

CANON I.

Si alguno dixere que la Extrema uncion no es un verdadero y propio Sacramento, instituido por nuestro Señor Jesu-Christo, y promulgado por el Apóstol Santiago, sino una ceremonia recibida solo de los

Digitized by Google

tolo promulgatum, sed ritum tantum acceptum à patribus, aut figmentum humanum; anathema sit.

CANON II.

Si quis dixerit, sacram infirmorum (*a*) unctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleviare infirmos; sed jam cessasse, quasi olim tantum fuerit gratia curationum; anathema sit.

CANON III.

Si quis dixerit, (*b*) extremæ unctionis ritum, & usum, quem observat sancta Romana ecclesia, repugnare sententiæ (*c*) beati Jacobi Apostoli, ideoque eum mutandum, posseque à Christianis absque peccato contemni; anathema sit.

CANON IV.

Si quis dixerit, (*d*) presbyteros ecclesiæ, quos beatus Jacobus adducendos esse ad infirmum *inungendum* hortatur, non esse sacerdotes, ab episcopo ordinatos, sed ætate seniores, in quavis communitate; ob idque proprium extremæ unctionis ministrum non esse solum sacerdotem; anathema sit.

De-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Huj. sess. 14. cap. 2. de extrem. unct. (*b*) Huj. sess. 14. cap. 3. de extrem. unct. Conc. Cabilon. II. c. 48. (*c*) Jacob. 5. ℣. 14. & 15. (*d*) Huj. sess. 14. cap. 3. de extrem. unct. Jacob. 5. ℣. 14.

Digitized by Google

Santos Padres, ó una ficcion humana; sea anatematizado (482).

CANON II.

Si alguno dixere que la Sagrada uncion de los enfermos no confiere gracia ni perdona los pecados, ni alivia á los enfermos; sino que ya ha cesado, como si en otro tiempo hubiere sido gracia de curar enfermedades; sea anatematizado (483).

CANON III.

Si alguno dixere que el rito y uso de la Extrema uncion que observa la S. R. I. se opone á la sentencia del Apóstol Santiago, por lo que se ha de mudar, y que los Christianos pueden despreciarlo sin incurrir en pecado; sea anatematizado (484).

CANON IV.

Si alguno dixere que los Presbíteros de la Iglesia, á los que exhorta Santiago se hayan de llamar para olear al enfermo, no son los Sacerdotes ordenados por el Obispo, sino los mayores en edad en qualquier comunidad (485); y que así el Sacerdote solo no es el verdadero Ministro de la Extrema uncion; sea anatematizado (486).

Digitized by Google

PROŒMIUM.

Episcoporum munus est subditos, præsertim ad animarum curam constitutos, admonere officii sui.

Cum proprie episcoporum munus sit, (*a*) subditorum omnium vitia redarguere; hoc illis præcipue cavendum erit, ne clerici, præsertim ad animarum curam constituti, criminosi sint, neve inhonestam vitam, ipsis conniventibus, ducant. Nam si eos pravis, & corruptis moribus esse permittant; quo pacto laicos de ipsorum vitiis (*b*) redarguent, qui uno ab eis sermone convinci possent, quod clericos ipsis patiantur esse deteriores? qua etiam libertate laicos corripere poterunt sacerdotes; (*c*) cum tacite sibi ipsi respondeant, eadem se admisisse, quæ corripiunt? Monebunt propterea episcopi suos clericos, (*d*) in quocumque ordine fuerint, ut conversatione, sermone, & scientia, commisso sibi Dei populo præeant; memores ejus, quod scriptum est: (*e*) *Sancti estote, quia & ego sanctus sum.* Et juxta Apostoli vocem: (*f*) Nemini dent ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium eorum; sed in omnibus exhibeant se, sicut ministros Dei: ne illud prophetæ dictum impleatur

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sic præfatur fere conc. Tolet. IX. Cap. *Irrefragibili* 13. ✠ de offic. judic. ordin. Sess. 6. cap. 3. de refor. (*b*) 1. ad Cor. 9. ℣. 27. * Caus. 8. q. 1. c. *Quid. autem* 23. (*c*) Dist. 25. c. *Primum* 6. Dist. 26. c. *Una tantum* 4. Gratianus post c. *Sicut* ii 8. dist. 47. Dist. 61. c. *In sacerdotibus* 2. Dist. 82. c. *Proposuisti* 2. (*d*) Sess. 22. cap. 1. de refor. (*e*) Levit. 11. ℣. 44. Levit. 19. ℣. 2. Levit. 20. ℣. 7. 1. Pet. 1. ℣. 16. (*f*) 2. ad Cor. 6. ℣. 3. & 4.

Digitized by Google

Decreto de reforma.

PROEMIO.

Es cargo de los Obispos amonestar á sus súbditos que cumplan con su obligacion, y especialmente á los que tienen cura de almas.

Siendo cargo propio de los Obispos corregir los vicios de todos sus súbditos; tendrán especial cuidado de que los Clérigos, y principalmente aquellos que están puestos para la cura de almas, no sean criminosos, ni lleven, por su condescendencia, una vida desarreglada: pues si les permiten ser de malas y corrompidas costumbres, ¿cómo podrán reprehender de sus vicios á los legos, pudiendo estos convencerlos con la sola palabra de que sufren que los Clérigos sean peores que ellos mismos? ¿Con que libertad han de poder tambien corregir los Sacerdotes á los legos; quando su misma conciencia les está diciendo haber cometido aquello mismo que reprehenden? Por esta razon amonestarán los Obispos á sus Clérigos de qualquier orden que sean, que con sus acciones, palabras y doctrina, sirvan de guia al Pueblo de Dios que tienen á su cargo; acordándose de aquello que está escrito: *Sed Santos porque yo tambien soy Santo.* Y segun la expresion del Apóstol: No den á nadie motivo alguno de escándalo, porque su ministerio no sea vituperado, sino manifiestense en todo como Ministros de Dios, para que no se verifique en ellos aquel

(*b*) * Can. *Quid autem* 23. caus. 8. q. 1. est apocryphus, desumptus ex sermone 43. ad populum, qui perperam Ambrosio adscriptus est.

Digitized by Google

tur in eis: (a) *Sacerdotes Dei contaminant sancta, & reprobant legem.* Ut autem ipsi episcopi id liberius exequi, ac quoquam prætextu desuper impediri nequeant; eadem sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina synodus, (92) præsidentibus in ea eisdem apostolicæ sedis, legato, & nuntiis, hos, qui sequuntur, canones statuendos, & decernendos duxit.

CAPUT I.

Si prohibiti ascendere ad ordines, ascendant, si interdicti, si suspensi, puniantur.

* Cum honestius, ac tutius sit subjecto, debitam præpositis obedientiam impendendo, in inferiori ministerio, deservire, quam cum præpositorum scandalo graduum altiorum appetere dignitatem; ei, cui ascensus ad sacros ordines à suo prælato, ex quacumque causa, etiam ob occultum crimen, quomodolibet etiam extrajudicialiter fuerit interdictus; aut qui à suis ordinibus, seu gradibus, vel dignitatibus ecclesiasticis fuerit suspensus; nulla contra ipsius *prælati* voluntatem concessa licentia de se promoveri faciendo; aut ad priores ordines, gradus, & dignitates, sive honores restitutio suffragetur.

CA-

VARIANTES.

(92) *Verba*: præsidentibus in ea eisdem apostolicæ sedis, legato, & nuntiis, *absunt ab edit. Vind. & Rhem.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Ezech. 22. ℣. 26. Sophon. 3. ℣. 4.

Digitized by Google

aquel dicho del Profeta: *Los Sacerdotes de Dios contaminan las cosas santas, y reprueban la ley.* Y para que los mismos Obispos puedan executar esto con mas libertad, y además no les impida pretexto alguno; el mismo Sacrosanto ecuménico y general Concilio de Trento, presidido por los mismos Legado y Nuncios de la Silla Apostólica, resolvió establecer y decretar las reglas siguientes.

CAPITULO I.

Sean castigados los que ascienden á la Ordenes teniendo prohibicion, interdicto ó suspension.

Siendo mas decente y seguro para un súbdito que presta la debida obediencia á sus Superiores, servir en un ministerio inferior, que aspirar con escándalo de los mismos Superiores á una dignidad mas elevada; no valga licencia alguna para ser promovido, concedida contra la voluntad de su Prelado á aquel á quien éste, por qualquiera causa, aun por delito oculto, de qualquier modo, aunque sea extrajudicialmente, le hubiere prohibido el ser elevado á las sagradas Ordenes; ni tampoco valga la restitucion á las primeras Ordenes, Grados, Dignidades ú honores al que hubiere sido suspenso de sus Ordenes, Grados ó Dignidades Eclesiásticas (487).

CA-

ADDIT. AD NOT. CHIFFLET.

* Vide pro Belgio, ad priora hujus sess. capita, relationem gestorum circa concilii Trid. promulgat. & recept.

Digitized by Google

CAPUT II.

Si episcopus quoscumque ordines contulerit sibi non subdito, etiam familiari, sine expresso proprii prælati consensu, utérque decretæ pœnæ subjaceat.

Et, quoniam nonnulli episcopi ecclesiarum, quæ in partibus infidelium consistunt, clero carentes, & populo Christiano, cum ferè vagabundi sint, & permanentem sedem non habeant, non quæ Jesu Christi, (*a*) sed alienas oves inscio proprio pastore quærentes, dum per hanc sanctam synodum, se pontificalia officia in alterius diœcesi, nisi de loci ordinarii expressa licentia, & in personas eidem ordinario subjectas tantum, exercere prohibitos vident, in legis fraudem, & contemptum, quasi episcopalem cathedram in loco nullius diœcesis sua temeritate eligunt, & quoscumque ad se venientes, etiam si suorum episcoporum, seu prælatorum litteras commendatitias non habeant, clericali charactere insignire, & ad sacros etiam presbyteratus ordines promovere præsumunt: quo plerumque fit, ut minus idonei, & rudes, ac ignari, & qui à suo episcopo tamquam inhabiles, & indigni rejecti fuerunt, ordinati, nec divina officia peragere, nec ecclesiastica sacramenta recte valeant ministrare: Nemo episcoporum, qui titulares vocantur, etiam si in loco nullius diœcesis, etiam exempto, aut aliquo monasterio cujusvis ordinis resederint, aut moram traxerint, vigore cujusvis privilegii sibi de promovendo quoscumque ad se venientes pro tempo-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Nuj. sess. cap. 8. de ref. Sess. 6. cap. 5. de ref.

Digitized by Google

CAPITULO II.

Si el Obispo confiriere qualesquiera Ordenes al que no es súbdito suyo, aunque fuere su familiar, sin consentimiento expreso del propio Prelado, queden uno y otro sujetos á la pena establecida.

Y por quanto algunos Obispos de las Iglesias que están en Paises de infieles, que carecen de Clero y de pueblo christiano, siendo casi vagabundos, sin tener mansion fixa, buscando no las ovejas de Jesu-Christo sino las agenas, ignorandolo su propio Pastor, sabiendo que este Santo Concilio les prohibe exercer los oficios Pontificales en otra Diocesi, á no ser con expreso permiso del Ordinario Local, y solo en las personas sujetas al mismo Ordinario, eligen, guiados de su temeridad, y en fraude y menosprecio de la ley, una Silla quasi Episcopal en territorio *nullius Diœcesis*, y se atreven á conferir el caracter clerical, y á promover á las Sagradas Ordenes, hasta á la del Presbiterado, á todos quantos acuden á ellos, aun quando no lleven Letras dimisorias de sus Obispos ó Prelados: con lo que las mas veces sucede, que ordenandose sugetos ménos aptos y rusticos é ignorantes, y que fueron desechados por su Obispo como inhabiles é indignos, ni pueden exercer los oficios divinos, ni tampoco administrar rectamente los Sacramentos de la Iglesia: por tanto ninguno de los Obispos llamados Titulares, ya resida ó se halle de paso en territorio *nullius Diœcesis*, aunque sea exênto, ó en algun Monasterio de qualquiera Orden, pueda promover á ninguna Orden sagrada, ni á las menores ni á la primer tonsura, ú ordenar á ningun súbdito ageno, aun

Digitized by Google

pore concessi, alterius subditum, etiam prætextu familiaritatis continuæ commensalitatis suæ, absque sui proprii prælati expresso consensu, aut litteris (*a*) dimissoriis, ad aliquos sacros, aut minores ordines, vel primam tonsuram promovere, seu ordinare valeat. Contrafaciens, ab exercitio pontificalium per annum; taliter vero promoti ab executione ordinum sic susceptorum, donec suo prælato visum fuerit, ipso jure sint suspensi.

CAPUT III.

Episcopus suos clericos ab alio male promotos suspendere potest, si minus idoneos repererit.

Episcopus quoscumque (*b*) suos clericos, præsertim in sacris constitutos, absque suo præcedenti examine, & commendatitiis litteris, quacumque auctoritate promotos, licet tamquam habiles ab eo, à quo ordinati sunt, probatos, quos tamen ad divina officia celebranda, seu ecclesiastica sacramenta ministranda minus idoneos, & capaces repererit, à susceptorum ordinum exercitio ad tempus, de quo ei *videbitur*, suspendere, & illis ne in altari, aut aliquo ordine ministrent, interdicere possit.

CA-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 6. cap. 5. de ref. Sess. 23. cap. 3. 8. & 10. de ref. Conc. Nicæn. I. c. 15. & 16. Conc. Aurelian. III. c. 15. Conc. Mogunt. ann. 888. cap. 14. * Caus. 21. q. 2. c. *Quoniam* 1. cap. *Eos qui* 2. cap. *Cum nullus* 3. & cap. *Nullus episcopus* 4. de tempor. ordinat. in 6. (*b*) Huj. sess. 14. cap. 2. de ref. Sess. 23. cap. 8. de ref.

Digitized by Google

con pretexto de ser su familiar y conmensal perpetuo (488), sin el expreso consentimiento ó Letras Dimisorias de su propio Prelado (489), no obstante que tenga privilegio temporal de conferir Ordenes á todos los que se le presenten. Y el que lo contrario hiciere, como tambien los promovidos de esta manera, sean suspensos *ipso jure*, el primero del exercicio de las funciones Episcopales (490) por un año; y los segundos de la execucion de las Ordenes recibidas, por el tiempo que pareciere á su Prelado (491).

CAPITULO III.

El Obispo puede suspender á sus Clérigos mal promovidos por otro, si los hallare menos idoneos.

El Obispo pueda suspender por el tiempo que tenga por conveniente del exercicio de las Ordenes recibidas, y prohibir sirvan en el Altar ó en qualquiera grado, á todos los Clérigos súbditos suyos, especialmente á los ordenados *in sacris*, que sin su previo exámen y Letras Dimisorias hayan sido promovidos por qualquier autoridad, sin embargo de que les haya aprobado como habiles el que les ordenó; si los hallare ménos idoneos y capaces para celebrar los Divinos Oficios, ó administrar los Sacramentos de la Iglesia (492).

CA-

ANIMAD. IN NOT. CHIFFLET.

(a) * Can. *Quoniam* 1. caus. 21. q. 2., quem Gratianus ait ex synodo sexta desumptum esse, desumptus est ex synodo Trullana, sive Quini-sexta, cujus canones apud Gratianum sæpe laudantur sub speciosó nomine synodi sextæ.

Digitized by Google

CAPUT IV.

Nullus clericus eximatur à correctione episcopi, etiam extra visitationem.

Omnes (*a*) ecclesiarum prælati, qui ad corrigendos subditorum excessus diligenter intendere debent, & à quibus nullus clericus per hujus sanctæ synodi statuta, cujusvis privilegii pretextu, tutus censetur, quo minus juxta canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi possit; si in ecclesiis suis resederint, quoscumque sæculares clericos, qualitercumque exemptos, qui alias suæ jurisdictioni subessent, de eorum excessibus, criminibus & delictis, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra visitationem, tamquam ad hoc apostolicæ sedis delegati, corrigendi, & castigandi (*b*) facultatem habeant: quibuscumque exemptionibus, declarationibus, consuetudinibus, sententiis, juramentis, (93) concordiis, quæ suos tantum obligent auctores; ipsis clericis, ac eorum consanguineis, capellanis, familiaribus, procuratoribus, & aliis quibuslibet ipsorum exemptorum contemplatione, & intuitu minime suffragantibus.

CA-

VARIANTES.

(93) Concordiis, *abest ab edit. Vird. & Rhem.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Huj. sess. 14. proœm. de ref. Sess. 6. cap. de 3. ref. Cap. *Irrefragabili* 13. ✠. de offic. jud. ordin. (*b*) Sess. 6. cap. 4. de ref. Sess. 24. cap. 5. de ref.

Digitized by Google

CAPITULO IV.

Ningun Clérigo esté exênto de la correccion del Obispo, aun fuera de la visita.

Todos los Prelados de las Iglesias que deben cuidar con esmero de corregir los desórdenes de los súbditos, y por quienes ningun Clérigo, conforme á los Decretos de este Santo Concilio, se considera con pretexto de qualquier privilegio, libre de poder ser visitado, castigado y corregido (493), segun las Constituciones Canónicas; si residieren en sus Iglesias, tengan facultad de corregir y castigar de sus desórdenes, crimenes y delitos, siempre y quando fuere necesario (494), aun fuera del tiempo de visita á qualesquier Clérigos seculares de qualquier modo exêntos, y que por otro título estuviesen sujetos á su jurisdicion, procediendo en esta parte como Delegados de la Silla Apostólica: sin que de nada aprovechen á dichos Clérigos ni á sus parientes, Capellanes, Familiares, Procuradores, ni á otro alguno por contemplacion y condescendencia á los mismos exêptos, qualesquiera exênciones, declaraciones, costumbres, sentencias, juramentos, concordias, las quales solo obliguen á sus autores (495).

CA-

Digitized by Google

CAPUT V.

Conservatorum jurisdictio certis finibus concluditur.

Insuper, cum nonnulli, qui sub prætextu quod super bonis, & rebus, ac juribus suis diversæ eis injuriæ, ac molestiæ inferantur, (*a*) certos judices per litteras conservatorias deputari obtinent, qui illos à molestiis & injuriis hujusmodi tueantur ac defendant, & in possessione, seu quasi, bonorum, rerum, ac jurium suorum manuteneant, & conservent, neque super illis eos molestari permittant, ejusmodi litteras in plerisque contra concedentis mentem in reprobum sensum detorqueant: idcirco nemini omnino, cujuscumque dignitatis, & conditionis sit, etiam si capitulum fuerit, (*b*) conservatoriæ litteræ cum quibuscumque clausulis, aut decretis, & quorumcumque judicum deputatione, quocumque etiam alio pretextu, aut colore concessæ suffragentur ad hoc, ut coram suo episcopo, sive alio superiore ordinario in criminalibus, & mixtis causis accusari, & conveniri, ac contra eum inquiri, & procedi non possit; aut, quo minus si qua jura ei ex cessione competierint, super illis libere valeat apud judicem ordinarium conveniri. In civilibus etiam causis si ipse actor exstiterit, aliquem ei apud suos conservatores judices in judicium trahere minime liceat. Quod si in iis causis, in quibus ipse reus fuerit, contigerit, ut electus ab eo conservator ab actore suspectus esse dicatur, aut si

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Cap. *Quia Quæsitum* 1. & cap. *Quoniam* 43. ℣ de offic. & pot. jud deleg. (*b*) Paulus V. const. *Religiosorum* 1607. religiosos coram superioribus vel conservatoribus conveniendos esse declarat.

Digitized by Google

CAPITULO V.

Reducese á ciertos límites la jurisdicion de los Jueces Conservadores.

Además, como sucede que algunas personas, que baxo el pretexto de que se les causan varias injurias y extorsiones en sus bienes, efectos y derechos, consiguen se nombren en virtud de Letras Conservatorias, Jueces determinados para guardarlas y defenderlas de semejantes extorsiones é injurias, y mantenerlas y conservarlas en la posesion *vel quasi* de sus bienes, efectos y derechos, sin permitir tampoco se les moleste acerca de ellos, tuercen en mal sentido en algunos casos las mencionadas Letras, contra la intencion del que las ha concedido (496): por tanto á ninguno absolutamente, de qualquier dignidad y condicion que sea, aun quando fuere un Cabildo, aprovechen las Letras Conservatorias, no obstante que esten concedidas con qualesquier Cláusulas y Decretos, y con el nombramiento de qualesquier Jueces, ó con qualquier otro pretexto ó color, á efecto de que en las causas criminales y mixtas no pueda ser acusado y citado ante su Obispo, ó ante otro Superior Ordinario, ni inquirirse y procederse contra él; ó, si acaso le compitiesen algunos derechos por título de cesion, no se pueda libremente demandarle acerca de ellos ante el Juez Ordinario (497). Asimismo, en las causas civiles, si fuere actor, no se le permite de ninguna manera citar á nadie para ante sus Jueces Conservadores (498). Y si en aquellas causas en que el mismo fuere reo, sucediese que el actor diga que el Conservador que ha elegido es sospechoso, ó se susci-

ta-

Digitized by Google

si qua inter ipsos judices, conservatorem, & ordinarium controversia super competentia jurisdictionis orta fuerit, nequaquam in causa procedatur, donec per arbitros, in forma juris electos, super suspicione, aut jurisdictionis competentia fuerit judicatum. Familiaribus vero ejus, qui hujusmodi litteris conservatoriis tueri se solent, nihil illæ prosint, præterquam duobus dumtaxat, si tamen illi propriis ejus sumptibus vixerint. Nemo etiam similium litterarum beneficio ultra quinquennium gaudere possit. Non liceat quoque conservatoribus judicibus ullum habere tribunal erectum. (94) In causis vero mercedum, aut miserabilium personarum hujus sanctæ synodi super (*a*) hoc decretum in suo robore permaneat. Universitates autem generales, ac collegia doctorum, seu scholarium, & regularia loca, nec non hospitalia actu hospitalitatem servantia, ac universitatum, collegiorum, locorum, & hospitalium hujusmodi personæ in præsenti canone minime comprehensæ, sed exemptæ omnino sint, & esse intelligantur.

CA-

VARIANTES.

(94) *Verba*: In causis vero mercedum, aut miserabilium personarum hujus sanctæ synodi super hoc decretum in suo robore permaneat, *absunt ab edit. Vind. & Rhem.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 7. cap. 14. de ref. *

Digitized by Google

tase alguna controversia sobre competencia de jurisdicion entre los mismos Jueces Conservador y Ordinario, no se proceda de modo alguno en la causa, hasta que por Arbitros electos en forma de derecho se decida la sospecha ó competencia de jurisdicion. (499). De nada aprovechen las Letras Conservatorias á sus familiares que acostumbran valerse de ellas, excepto á dos unicamente, con tal, sin embargo, de que vivieren á sus expensas (500). Igualmente nadie pueda pasados cinco años, gozar del beneficio de semejantes Letras (501); ni sea licito tampoco á los Jueces Conservadores erigir Tribunal alguno (502). En quanto á las causas de salarios, jornales, ó de personas miserables, quede en su vigor lo que sobre ello tiene decretado este Santo Concilio (503). No se entiendan comprehendidas en el presente Cánon, sino que estén enteramente y se entienda que están exêntas, las Universidades generales y Gremios de los Doctores ó Estudiantes, y los lugares regulares, como tambien los Hospitales que exercen actualmente la hospitalidad, y las personas que hay en estas Universidades, Colegios, Lugares y Hospitales (504).

CA-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(a) * Vide pro Belgio relat. gest. circa conc. Trid. promulg. & recept. & nota quod in eo, post mandatum archiducis, Belgii principis, 22. Septemb. 1500. cessent omnes conservatoriæ. Excipitur tamen conservatoria privilegiorum universitatis Lovaniensis, juxta declarationem ejusdem archiducis 21. Decemb. 1500. & moderationem certorum articulorum quoad cursum jurisdictionis domini conservatoris 3. Decemb. 1504.

CAPUT VI.

Pœna decernitur in clericos, qui in sacris constituti, aut beneficia possidentes, ordini suo congruente veste non utuntur.

Quia vero, (*a*) etsi habitus non facit monachum, oportet tamen clericos (*b*) vestes proprio congruentes ordini semper deferre, ut per decentiam habitus extrinseci morum honestatem intrinsecam ostendant; tanta autem hodie aliquorum inolevit temeritas, religionisque contemptus, ut propriam dignitatem, & honorem clericalem parvi pendentes, (*c*) vestes etiam publice deferant laicales, pedes in diversis ponentes, unum in divinis, alterum in carnalibus; propterea omnes ecclesiasticæ personæ, quantumcumque exemptæ, quæ aut in sacris fuerint, aut dignitates, personatus, officia, aut beneficia qualiacumque ecclesiastica obtinuerint, si, posteaquam ab episcopo suo, etiam per edictum publicum, moniti fuerint, honestum habitum clericalem, illorum ordini, ac dignitati congruentem, & juxta ipsius episcopi ordinationem, & mandatum non detulerint, per suspensionem ab ordinibus, ac officio, & beneficio, ac fructibus, redditibus, & proventibus ipsorum beneficiorum; nec non si semel correpti, denuo in hoc deliquerint, etiam per privationem officiorum, & be-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Cap. *Porrectum* 13. & cap. *Ex parte tua* 22. ✠ de regular. & transeunt. ad relig. (*b*) Conc. Matisc. I. c. 5. * Dist. 41. c. *Clericos* 8. Vide const. Sixti V. *Cum sacro-sanctam*, & *Pastoral.* 1589. ** (*c*) Caus. 21. q. 4. per tot. Conc. Constantiense gen. sess. 43. de vit. & honest. cleric.

Digitized by Google

CAPITULO VI.

Decretase pena contra los Clérigos ordenados in sacris, *ó poseedores de Beneficios, que no usan del trage correspondiente á su Orden.*

Aunque es verdad que el hábito no hace al Monge (505), sin embargo, conviene que los Clérigos lleven siempre un trage correspondiente á su Orden, á fin de que por la decencia del vestido exterior, manifiesten la interior honestidad de costumbres (506). Y por quanto ha llegado en estos tiempos á tal punto en algunos la temeridad y el menosprecio de la religion, que haciendo poca estimacion de su dignidad y honra clerical, llevan aun en público vestidos seglares, poniendo un pie en la Iglesia y otro en el mundo (507): Por tanto, todas las Personas Eclesiásticas, no obstante que sean exêntas, que estuvieren ordenadas de Ordenes mayores, ó gozaren qualquier Dignidad, Personado, Oficio, ó Beneficio Eclesiástico, si despues que fueren amonestados por su Obispo, aunque sea por medio de un Edicto público, no llevaren un honesto vestido clerical correspondiente á su órden y dignidad, y arreglado á lo dispuesto y mandado por el mismo Obispo, puedan y deban ser apremiados con la suspension de las Ordenes y del Oficio y Beneficio, como tambien de los frutos, reditos y proventos de los mismos Beneficios; y asimismo con privacion de dichos

ANIMAD. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(b) * Can. *Clericus* 8. dist. 41. pertinet ad can. 45. supposit. conc. Carthag. IV. ** Consule pro Belgio synod. Camerac. ann. 1586. tit. 16. & Mechlin ann. 1607. tit. 18.

Digitized by Google

beneficiorum hujusmodi coërceri possint, & debeant constitutionem Clementis V., in concilio Viennensi editam, (a) quæ incipit, Quoniam, innovando, & ampliando.

CAPUT VII.

Voluntarii homicidæ nunquam; casuales quomodo ordinandi.

Cum etiam qui (b) per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari avelli debeat, quia sua voluntate (c) homicidium perpetraverit; (d) etiam si crimen id nec ordine judiciario probatum, nec alia ratione publicum, sed occultum fuerit, nullo tempore ad sacros ordines promoveri possit; nec illi aliqua ecclesiastica beneficia, etiam si curam non habeant animarum, conferre liceat; sed omni ordine, ac beneficio, & officio ecclesiastico perpetuo careat. Si vero homicidium non ex proposito, sed (e) casu, vel vi vim repellendo, ut quis se à morte defenderet, fuisse commissum narretur, quam ob causam etiam ad sacrorum ordinum, & altaris ministerium, & beneficia quæcumque, ac dignitates jure quodammodo dispensatio debeatur; committatur loci ordinario, aut ex causa metropolitano, seu viciniori episcopo; qui non nisi causa cognita, & probatis

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Clement. *Quoniam* 2. de vit. & honest. cleric. (b) Exod. 21. ℣. 14. Cap. *Si quis* 1. ℣ de homic. (c) Extendit illud ad abortum procurantes bulla Sixti V. *Effrenatam* 1588. quam ad fœtum animatum restrinxit Gregorius XIV. per bullam *Sedes apostolica* 1591. (d) Cap. *Inquisitionis* 21. ℣ de accusat. cap. *Cum non ab homine* 10. ℣ de judic. (e) Cap. *Studeat* 39. dist. 50. Cap. *Significasti* 16. ℣ de homic. *

chos Oficios, si habiendoseles corregido una vez, recayeren, innovando y ampliando la constitucion de Clemente V. publicada en el Concilio Vienense, que empieza: *Quoniam* (508).

CAPITULO VII.

Los homicidas voluntarios jamás pueden ser ordenados, y los casuales cómo podrán serlo.

Debiendo ser tambien removido del altar el que buscando la ocasion, y usando de asechanzas matare á su próximo (509), porque voluntariamente cometió un homicidio; aun quando este delito no se probare en juicio, ni se hiciere público por otro medio, sino que fuere oculto, en ningun tiempo pueda ser promovido á las sagradas Ordenes (510); ni sea licito conferirle ningunos Beneficios Eclesiásticos, aunque no tengan anexa la cura de almas; ántes bien carezca para siempre de toda Orden, Beneficio y Oficio Eclesiástico (512). Pero si se expone que el homicidio se cometió no de intento, sino casualmente ó rechazando la fuerza para defender la vida, por cuya causa se deba por derecho impetrar de algun modo dispensa para conseguir las Sagradas Ordenes (512), y el exercicio de las funciones del Altar, como tambien para lograr qualesquier Beneficios y Dignidades; cometase el asunto al Ordinario Local, ó, si hubiese motivo, al Metropolitano ó al Obispo mas inmediato (513), el qual no podrá dis-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(e) * Vide pro Belgio relat. gest. circa conc. Trid. promulg. & recept.

Digitized by Google

tis (95) præcibus ac narratis, nec aliter, dispensare possit.

CAPUT VIII.

Nulli alienos clericos ex privilegio punire liceat.

Præterea,(a)quia nonnulli,quorum etiam aliqui veri sunt pastores, ac proprias oves habent, alienis etiam ovibus præesse quærunt, & ita alienis subditis quandoque intendunt, ut suorum curam negligant; quicumque, etiam episcopali præditus dignitate, qui alienos subditos puniendi privilegium habuerit, contra clericos (b) sibi non subjectos, præsertim in sacris constitutos, quorumcumque etiam atrocium criminum reos, nisi cum proprii ipsorum clericorum episcopi, si apud ecclesiam suam resederit, aut personæ ab ipso episcopo deputandæ interventu nequaquam procedere debeat: alias processus, & inde secuta quæcumque viribus omnino careant.

CA-

VARIANTES.

(95) Procesibus *edit. Rom. in 4. Brix Dil. Lov. Antw. & Col. Lov-Bog.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Huj. sess. 14. cap. 2. de ref. Sess. 6. cap. 5. de ref. (b) Conc. Mogunt. ann. 888. cap. 14. & 15.

Digitized by Google

dispensar de otra manera, que precediendo conocimiento de causa y justificacion de lo relacionado en las preces (514).

CAPITULO VIII.

Ninguno pueda por razon de privilegio castigar á los Clérigos que no sean súbditos suyos.

Además, porque algunos entre los quales se hallan verdaderos Pastores y que tienen su propio rebaño, quieren tambien gobernar las ovejas agenas, y de tal modo cuidan á veces de los súbditos agenos, que se descuidan de los suyos; qualquiera, aunque esté condecorado con la dignidad Episcopal, que tuviere privilegio de castigar á súbditos agenos, no pueda proceder en manera alguna contra Clérigos que no sean súbditos suyos, especialmente aquellos que estén ordenados *in sacris*, por qualesquier delitos que hayan cometido, aunque sean atroces, sin la intervencion del Obispo propio de dichos Clérigos, si residiere en su Iglesia, ó de la persona que este mismo Obispo nombrare; pues de lo contrario serán enteramente nulos los autos, y todo quanto de ellos se siga (515).

CA-

Digitized by Google

CAPUT IX.

Beneficia unius diœcesis nullo prætextu uniantur beneficiis alterius.

Et quia jure optimo (*a*) distinctæ fuerunt diœceses, & parochiæ, ac unicuique gregi proprii attributi pastores, & inferiorum (96) ecclesiarum rectores, qui, suarum quisque ovium, curam habeant, ut ordo ecclesiasticus non confundatur, aut una & eadem ecclesia duarum quodam modo diœcesum fiat, non sine gravi eorum incommodo, qui illi subditi fuerint; beneficia unius diœcesis, etiam si parochiales ecclesiæ, vicariæ perpetuæ, aut simplicia beneficia, seu præstimonia, aut præstimoniales portiones fuerint, etiam ratione augendi cultum divinum, aut numerum beneficiatorum, aut alia quacumque de causa, alterius diœcesis beneficio, aut monasterio, seu collegio, vel loco etiam pio perpetuo (*b*) non uniantur, decretum hujus sanctæ synodi super hujusmodi unionibus in hoc declarando.

CA-

VARIANTES.

(96) Ecclesiarum *abest ab edit. Vird. Rhem. Brix Lov-Bog. Antv. & Col.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) * A Dionysio papa in can. *Ecclesias* 1. caus. 13. q. 1. Cap. *Pastoralis* 9. ※ de his quæ fiunt à prælat. Conc. Constant. l. c. 2. Sess. 24. cap. 13. in fin. de ref. & cap. 17. de ref. (*b*) Sess. 7. cap. 6. & 7. de ref. Sess. 24. cap. 13. & 15. de ref.

Digitized by Google

CAPITULO IX.

Con ningun pretexto se unan los Beneficios de una Diócesis á los de otra.

Y mediante que con justa razon se dividieron las Diócesis y Parroquias, y tambien se establecieron Curas Párrocos y Rectores de las Iglesias inferiores, que cuidasen cada uno de sus ovejas, á fin de que el orden eclesiástico no se confunda, ó de que una misma Iglesia se haga en cierto modo de dos Diócesis en grave perjuicio de los súbditos de ella; los Beneficios de una Diócesis, aunque sean Iglesias Parroquiales, Vicarías perpetuas, Beneficios simples ó Préstamos, ó partes de Préstamos, no se unan para siempre á ningun Beneficio, Monasterio, Colegio ó Lugar pio de otra Diócesis, aunque sea con motivo de aumentar el culto divino, ó el número de los Beneficiados, ó por otra qualquier causa, declarando deberse entender así el Decreto de este Santo Concilio acerca de semejantes uniones (516).

CA-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(a) * Can. *Ecclesias* 1. caus. 13. q. 1. est spurius: & institutio parochiarum longe recentior est Dionysio. Interim Innocentius III. in cap. *Pastoralis* 9. ✠ de his quæ sunt à prælat. nixus auctoritate Gratiani, hunc spurium textum pro genuino amplexus est.

Digitized by Google

CAPUT X.

Regularia beneficia regularibus conferantur.

Regularia (*a*) beneficia in titulum, regularibus professis provideri consueta, cum per obitum, aut resignationem, vel alias illa in titulum obtinentis vacare contigerit, religiosis tantum illius ordinis, vel iis, qui habitum omnino suscipere, & professionem emittere teneantur, & non aliis, ne (*b*) vestem lino, lanaque contextam induant, conferantur.

CAPUT XI.

Translati ad alium ordinem in claustro sub obedientia maneant, & beneficiorum sæcularium incapaces existant.

Quia vero regulares, (*c*) de uno ad alium ordinem translati, facile à suo superiore licentiam standi extra monasterium obtinere solent, ex quo vagandi, & apostatandi occasio tribuitur; (*d*) nemo cujuscumque ordinis prælatus, vel superior vigore cujusvis facultatis aliquem ad habitum, & professionem admittere possit; nisi ut in ordine ipso, ad quem transfertur, sub sui superioris obedientia in claustro perpetuo maneat; ac taliter translatus, etiamsi canonicorum regularium fuerit, ad beneficia sæcularia, etiam curata, omnino incapax existat.

CA-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 25. cap. 21. de regular. & monial. Cap. *Cum de beneficio* 5. de præb. in 6. (*b*) Deuter. 22. ℣. 11. Caus. 16. q. 7. c. *In nova* 22. Cap. *Cum causam* 27. ℣ de elect. Cap. *Quidam* 4. ℣ de apostat. (*c*) Addit. ad c. 27. conc. Agath. (*d*) Indulta & privilegia huic cap. adversantia antiquat Pius V. constit. *Quæcumque* 1569.

Digitized by Google

CAPITULO X.

Los Beneficios Regulares conferanse á Regulares.

Los Beneficios Regulares que se acostumbran conferir en título á los Regulares profesos, si llegasen á vacar por fallecimiento ó resignacion del Beneficiado titular, ó de qualquier otro modo (517), se han de proveer solamente en Religiosos de aquella Orden (518), ó en personas que tengan obligacion de tomar precisamente el habito, y hacer profesion (519), y no en otras, á fin de que de esta suerte no lleven un vestido texido de lino y lana á un mismo tiempo (520).

CAPITULO XI.

Los que pasan á otra Orden mantenganse en el Claustro baxo obediencia, y sean incapaces de gozar de Beneficios Seculares.

Pero como los Regulares trasladados de una á otra Orden suelen alcanzar con facilidad licencia de su Superior para estar fuera del Monasterio, con lo qual se dá ocasion de vagar y apostatar; ningun Prelado ó Superior de qualquier Orden que sea pueda, en fuerza de facultad alguna, admitir á ninguno á la toma de habito y profesion, sino para que permanezca perpetuamente en el claustro de la misma Orden á que está transferido (521), baxo la obediencia de su Superior; y el trasladado en esta forma, aunque sea de los Canónigos Regulares, quede incapaz enteramente de obtener Beneficios Seculares, aun quando sean curados (522).

Digitized by Google

CAPUT XII.

Nemo nisi ex fundatione, vel dotatione, jus patronatus obtineat.

Nemo etiam cujusvis (*a*) dignitatis ecclesiasticæ, vel sæcularis, quacumque ratione, nisi ecclesiam, beneficium, aut capellam de novo fundaverit, & construxerit; seu jam erectam, quæ tamen sine sufficienti dote fuerit, de suis propriis, & patrimonialibus bonis competenter dotaverit, (*b*) jus patronatus impetrare, aut obtinere possit, aut debeat. In casu autem fundationis, aut dotationis hujusmodi institutio episcopo, & non alteri inferiori reservetur.

CAPUT XIII.

Præsentatio fiat ordinario, alias præsentatio & institutio sit nulla.

Non liceat præterea (*c*) patrono cujusvis privilegii prætextu aliquem ad beneficia sui juris patronatus, nisi episcopo loci ordinario, ad quem provisio, seu institutio ipsius beneficii, cessante privilegio, jure pertineret, quoquo modo præsentare: alias præsen-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 25. cap. 9. de ref. * (*b*) * Caus. 16. q. 7. c. *Piæ mentis* 26. Cap. *Nobis* 25. ✠ de jur. patron. Sess. 25. cap. 9. de ref. (*c*) Sess. 25. cap. 9. de ref. Cap. *Illud* 8. & cap. *Relatum* 21. ✠ de jur. patron. Conc. Mogunt. ann. 888. cap. 4. Conc. Salegunstad. cap. 13.

Digitized by Google

CAPITULO XII.

Ninguno adquiera el derecho de Patronato sino por fundacion ó dotacion.

Ninguna persona de qualquier dignidad Eclesiástica ó Secular que sea, pueda ó deba impetrar ú obtener el derecho de Patronato (523) por qualquier motivo, á no ser que fundare de nuevo y construyere la Iglesia, el Beneficio ó Capilla; ó bien dotare competentemente de sus bienes propios y patrimoniales la que ya estuviese erigida, la qual sin embargo no se hallase suficientemente dotada: con la advertencia de que en caso de fundacion ó dotacion quede reservada al Obispo y no á otro inferior esta institucion (524).

CAPITULO XIII.

Hagase la presentacion al Ordinario; de otro modo sea nula la presentacion y la institucion.

Además, no sea licito al Patrono presentar de qualquier modo, con pretexto de qualquier privilegio, á ninguno para los Beneficios correspondientes á su Patronato (525), sino ante el Obispo Ordinario Local, á quien, cesando el privilegio, corresponderia de derecho la provision ó institucion del mismo Beneficio: de lo contrario sean y se tengan por nulas la pre-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(a) *Consule pro Belgio, ad hoc & sequens caput, relat. gest. circa conc. Trid. promulg. & recept. (b) * Can. Pia mentis 26. caus. 16. q. 7. est spurius, per injuriam Gelasio adscriptus, & posteribus demum seculis confictus.

Digitized by Google

sentatio, ac institutio, forsan secutæ nullæ sint, & esse intelligantur.

CAPUT XIV.

Declarat præterea sancta synodus, in futura sessione, quam ad XXV. diem Januarii subsequentis anni M. D. LII. habendam esse jam decrevit, una cum sacrificio missæ agendum, & tractandum esse de sacramento ordinis, & prosequendam esse materiam de reformatione.

SESSIO XV.

QUÆ EST QUINTA

SUB JULIO III. PONT. MAX.

Celebrata die XXV. Januar. M. D. LII.

* Rem divinam fecit episcopus Catanensis: orationem autem habuit episcopus Majoricensis.

* *Ex collection. concil. Labb. Tom. XIV. pag.* 831.

Decretum prorogationis sessionis.

Cum ex eo, quod proximis sessionibus decretum fuit, sancta hæc, & universalis synodus per hos dies accuratissime, diligentissimeque tractaverit ea, quæ ad sanctissimum missæ sacrificium, & ad sacramentum ordinis spectant, ut hodierna sessione, quemadmodum Spiritus sanctus suggessisset, decreta de his rebus, & quatuor præterea articulos ad sanctissimum eucharistiæ sacramentum pertinentes, in hanc tandem sessionem dilatos, publicaret; atque interim affuturos es-

Digitized by Google

presentacion é institucion que por casualidad se hubiesen verificado (526).

CAPITULO XIV.

Declara asimismo el Santo Concilio, que en la próxîma Sesion que ya decretó se tuviese el dia 25 de Enero del año siguiente de 1552, se conferenciará y tratará tambien del Sacramento del Orden, con el del Sacrificio de la Misa, y se continuará la materia de la Reforma.

SESION XV.

QUE ES LA QUINTA

CELEBRADA

EN TIEMPO DEL SUMO PONTIFICE JULIO III.

EL DIA 25 DE ENERO DE 1552.

„Celebró Misa el Obispo de Catania, y predicó el Obispo de Mallorca.

Decreto para prorogar la Sesion.

Habiendo este Santo y universal Concilio, en virtud de lo decretado en las próxîmas Sesiones, tratado estos dias muy escrupulosa y diligentemente los puntos pertenecientes al Santîsimo Sacrificio de la Misa, y al Sacramento del Orden, para que en la Sesion de hoy publicase, conforme á lo que el Espíri-

Digitized by Google

esse putaverit ad hoc sacrosanctum concilium eos, qui se protestantes vocant, quorum causa eorum publicationem articulorum distulerat, & ut libere, ac sine cunctatione ulla huc venirent, fidem eis publicam, sive (a) salvum conductum concesserat: tamen, cum illi nondum venerint, & eorum nomine supplicatum huic sanctæ synodo fuerit, ut publicatio, quæ hodierno die facienda fuerat, in sequentem sessionem differatur, certa spe allata affuturos eos esse omnino multo ante illam sessionem, salvo conductu amplioris formæ interim accepto: eadem sancta synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, iisdem legato, & nuntiis præsidentibus, nihil magis optans, quam ex præstantissima natione Germanica omnes de religione dissensiones, & schismata tollere, ac ejus quieti, paci, otioque consulere, parata ipsos, si venerint, & humaniter excipere, & benigne audire; confidensque eos non fidei Catholicæ pertinaciter oppugnandæ, sed veritatis cognoscendæ studio esse venturos, &, ut evangelicæ veritatis studiosos decet, sanctæ matris ecclesiæ decretis, & disciplinæ ad extremum esse acquieturos, sequentem sessionem ad edenda, & publicanda ea, quæ supra commemorata sunt, in diem festum sancti Josephi, qui erit die XIX. mensis Martii, distulit, ut illi satis temporis, & spatii habeant non solum ad veniendum, verum etiam ad ea, quæ voluerint, antequam is dies veniat, proponenda. Quibus ut omnem diutius cunctandi causam adimat, fidem publicam, sive salvum conductum ejus, qui recitabitur, tenoris & sententiæ libenter dat, & concе-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Sess. 13.

Digitized by Google

ritu Santo le sugiriese, los Decretos acerca de estos puntos, y además los quatro artículos pertenecientes al Santísimo Sacramento de la Eucaristía, diferidos ultimamente hasta la presente Sesion; y pensando que entretanto acudirian á este Sacrosanto Concilio los que se llaman Protestantes, por cuyo motivo habia suspendido la publicacion de estos artículos, y para que viniesen aquí libremente y sin detencion alguna, les habia concedido una seguridad pública, ó salvo conducto: sin embargo, no habiendo llegado todavia, y habiéndose suplicado en nombre de ellos á este Santo Concilio se defiera para la Sesion siguiente la publicacion que en el dia de hoy se habia de celebrar, habiendo dado esperanza cierta de que acudirian sin falta alguna mucho tiempo ántes de dicha Sesion; habiendo entretanto recibido un salvo conducto concebido en términos mas amplios: por estos motivos, no deseando otra cosa mas el mismo Santo Concilio, legítimamente congregado en el Espíritu Santo, y presidido por los referidos Legado y Nuncios, que el desarraigar de la nobilísima nacion Alemana todas las disensiones y cismas sobre la Religion, y mirar por su quietud, paz y tranquilidad, dispuesto, si vinieren, á recibirlos con afabilidad, y á oirles benignamente; confiando tambien que el fin de su venida no será para combatir pertinazmente la fé católica sino con el deseo de conocer la verdad, y que, como es propio de los amantes de la verdad evangélica, se sujetarán por último á los decretos y disciplina de la Santa Madre Iglesia, ha diferido la siguiente Sesion para dar á luz y publicar los puntos arriba expresados, hasta la fiesta de San Josef, que será el dia 19 del mes de Marzo, á fin de que tengan tiempo y espacio suficiente no solo para venir, sino

cedit. Interea vero de matrimonii sacramento agendum, & de eo præter superiorum decretorum publicationem definiendum esse eadem sessione statuit, & decernit, & prosequendam esse materiam reformationis.

Salvus conductus Protestantibus datus.

Sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem sanctæ sedis apostolicæ, legato, & nuntiis, inhærendo salvo conductui, in penultima sessione dato, & illud juxta tenorem infrascriptum ampliando, universis fidem facit, quod omnibus, & singulis, sacerdotibus, electoribus, principibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, nobilibus, militaribus, popularibus, & aliis quibuscumque viris, cujuscumque status, & conditionis, aut qualitatis existant, Germanicæ provinciæ, & nationis civitatibus, & aliis locis ejusdem, & omnibus aliis ecclesiasticis, & sæcularibus, præsertim Augustanæ confessionis personis, qui, aut quæ una cum ipsis ad hoc generale Tridentinum concilium venient, aut mittentur, ac profecturi sunt, aut hucusque venerunt, quocumque nomine censeantur, aut valeant nuncupari, tenore præsentium publicam fidem, & plenissimam, verissimamque securitatem, quam salvum conductum appellant, libere ad hanc civitatem Tridentinam veniendi, ibidemque manendi, standi, morandi, proponendi, loquendi, una cum ipsa synodo de quibuscumque negotiis tractandi, examinandi, discutiendi, & omnia quæcumque ipsis libuerit, ac articulos quoslibet tam scripto quam verbo libere offerendi, propalandi, eosque scripturis sacris, & beatorum patrum verbis, sententiis, & rationibus declarandi, astruendi,

Digitized by Google

tambien para proponer lo demás que quisieren, ántes que llegue dicho dia: á cuyo efecto para quitar todo motivo de nueva detencion, dá y concede voluntariamente la seguridad pública, ó salvo conducto del tenor y forma siguiente. Y en el ínterin establece y decreta se haya de tratar en la misma Sesion, y definir acerca del Sacramento del matrimonio además de la publicacion de los decretos antecedentes, como asimismo proseguir la materia de la reforma.

Salvo conducto concedido á los Protestantes.

El sacrosanto ecuménico y general Concilio de Trento, congregado legítimamente en el Espíritu Santo, y presidido por los mismos Legado y Nuncios de la Santa Sede Apostólica, insistiendo en el salvo conducto concedido en la Sesion penúltima, y ampliándolo en la forma que adelante se expresará, hace notorio á todos como por el tenor de las presentes otorga y enteramente concede pública fé, y plenísima y certísima seguridad llamada salvo conducto á todos y cada uno de los Sacerdotes, Electores, Príncipes, Duques, Marqueses, Condes, Barones, Nobles, Militares, del estado general, y á otras qualesquiera personas de qualquier estado, calidad ó condicion que sean de la Provincia y Nacion Alemana, á las Ciudades y otros Lugares de ella, y á todas las demás personas Eclesiásticas y Seculares, especialmente á los de la Confesion de Ausburgo que vengan en su compañía ó serán enviadas, y han de venir ó vinieron hasta ahora baxo de qualquier nombre que se les considere ó puedan llamarse, para venir libremente á esta Ciudad de Trento, y permanecer, estar,

Digitized by Google

di, & persuadendi, &, si opus fuerit, etiam ad ob jecta concilii generalis respondendi, & cum iis, qui à concilio delecti fuerint, (97) disputandi, aut caritative absque omni impedimento conferendi, opprobriis, convitiis, ac contumeliis penitus semotis: & signanter, quod causæ controversæ (*a*) secundum sacram scripturam, & Apostolorum traditiones, probata concilia, & catholicæ ecclesiæ consensum, & sanctorum patrum auctoritates in prædicto concilio Tridentino tractentur: illo etiam addito, ut religionis prætextu, aut delictorum circa eam commissorum aut committendorum minime puniantur, impartitur, ac omnino concedit: sic etiam, ut propter illorum præsentiam neque in itinere, aut quocumque locorum, eundo, manendo, aut redeundo, nec in ipsa civitate Tridentina à divinis officiis quovis modo cessetur: & ut his peractis, vel non peractis, quandocumque ipsis libuerit, aut majorum suorum mandato, & assensu ad propria reverti optabunt, aut aliquis eorum optabit, mox absque ulla renitentia, & occasione, aut mora, salvis rebus eorum, & suorum pariter honore, & personis, vice versa possint juxta beneplacitum libere, & secure redire, de scientia tamen ab eadem synodo deputandorum, ut tunc opportune eorum securitati absque dolo, & fraude provideatur. Vult etiam sancta synodus in hac publica fide, salvoque conductu omnes quascumque clausulas includi, & contineri, ac pro inclusis haberi, quæ pro ple-

VARIANTES.

(97) Disputandi Christiane, *edit. Rom. in 4. Rom-Vat. Rom. 1763. Dil. Lov. Ven. Lov-Bog. Antv. & Col.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 5. in pr.

Digitized by Google

vivir, proponer y conferenciar en ella, tratar, exâminar y ventilar qualesquier negocios juntamente con el mismo Concilio, presentar y propalar con libertad todos y qualesquiera asuntos que gustaren, y qualesquier puntos así por escrito como de palábra, y explicarlos, fundarlos y probarlos con las Sagradas Escrituras, y con expresiones, sentencias y razones de los Santos Padres, responder tambien si fuere necesario á las objeciones del Concilio general, disputar christianamente ó conferenciar con amor sin obstaculo alguno con los sugetos que el Concilio hubiere escogido, desechando enteramente todo oprobrio, dicterio ó expresion injuriosa; observándose especialmente que las controversias se traten con el mencionado Concilio con arreglo á lo que dictan la Sagrada Escritura, las tradiciones de los Apóstoles, los Concilios aprobados, el consentimiento de la Iglesia católica, y la autoridad de los Santos Padres; á lo qual asimismo se agrega que de ningun modo sean castigadas con pretexto de Religion, ó de delitos cometidos ó que se cometan en ofensa de ella; de tal modo tambien que por su presencia no se cese en la celebracion de los divinos Oficios, así en el camino como en qualquier parage, quando vengan, estén ó se vuelvan, ni tampoco en la misma Ciudad de Trento; y para que verificado ó no lo referido, puedan siempre que quisieren ó deseen, ó alguno de ellos desee con orden y consentimiento de sus superiores restituirse á su patria, puedan por lo contrario segun su beneplacito volver libre y seguramente como quieran, sin ninguna repugnancia, ocasion ó demora, salvos sus efectos y personas, y el decoro y personas de sus dependientes, haciendoselo saber sin embargo á las personas que nombrará el mismo Concilio, para que entónces se provea oportu-

Digitized by Google

plena, efficaci, & sufficienti securitate in eundo, stando, ac redeundo necessariæ & opportunæ fuerint. Illud etiam ad majorem securitatem, & pacis, ac conciliationis bonum exprimens, quod si quispiam, aut illorum aliqui sive in itinere, Tridentum veniendo, sive ibidem morando, aut redeundo, aliquod enorme, quod absit, egerint, aut commiserint, quo posset hujus fidei publicæ & assecurationis beneficium eis concessum annullari, aut (98) cessari; vult, & concedit, ut in hujusmodi facinore deprehensi ab ipsis dumtaxat, & non ab aliis condigna animadversione cum emenda sufficienti, per partem ipsius synodi merito approbanda & laudanda, mox puniantur: illorum assecurationis forma, conditionibus & modis omnino manentibus illibatis. Pariformiter etiam vult, ut si quisquam, vel aliqui ex ipsa synodo, sive in itinere, aut manendo, aut redeundo, aliquod enorme, quod absit, egerint, aut commisserint, quo posset hujus fidei publicæ, & assecurationis beneficium violari, aut quoquo modo tolli, in hujusmodi facinore deprehensi, ab ipsa synodo dumtaxat, & non ab aliis condigna animadversione, & emenda sufficienti per partem dominorum Germanorum Augustanæ confessionis, tunc hic præsentium, merito laudanda, & approbanda, mox puniantur: præsenti assecurationis forma, conditionibus, & modis omnino manentibus illibatis. Vult præterea ipsa synodus, quod liceat ipsis ambasciatoribus omnibus & singulis toties, quotiescumque opportunum fuerit, seu necessarium, ad auram capiendam exire de civitate Tridentina, & reverti ad eamdem, nec-

non

VARIANTES.

(98) Cassari *edit. Rom. in* 4. Rom-Vat. *Rom.* 1763. *Brix Dil. Ven. Lov-Bog. Antv. & Col.*

Digitized by Google

tunamente sin dolo ni fraude alguno á su seguridad. Quiere tambien este Santo Concilio se incluyan y contengan, y se entiendan comprehendidas en esta pública fé y salvo conducto todas y qualesquiera cláusulas que sean necesarias y convenientes para la plena, eficaz y suficiente seguridad en la ida, mansion y vuelta. A esto añade para mas seguridad y bien de la paz y concordia, que si alguna ó algunas de ellas, ya sea en el camino viniendo á Trento, ya permaneciendo en la misma Ciudad ó al volverse, hicieren ó cometieren (lo que Dios no quiera) algun delito enorme, por el qual se pudiese anular ó revocar la gracia de esta fé pública y seguridad, quiere y otorga que los aprehendidos en semejantes delitos sean inmediatamente castigados por los mismos protestantes, y no por otros, con pena digna y correccion suficiente, la qual es justo se haya de aprobar y alabar por parte del mismo Concilio, quedando enteramente en su ser la forma, condiciones y modos de su seguridad: quiere tambien, que si alguno ó algunos de los que componen el mismo Concilio, hicieren ó cometieren, lo que Dios no quiera, algun delito enorme, ya sea viniendo de camino, ó en su mansion, ó al volverse, por el qual pudiese violarse ó anularse de qualquier modo la gracia de esta fé pública y seguridad, que los aprehendidos en este delito sean inmediatamente castigados por el mismo Concilio y no por otros; con pena digna y correccion bastante, que con razon deberá aprobarse y alabarse por parte de los señores Alemanes de la Confesion de Ausburgo; quedando enteramente en su ser la presente forma, condiciones y modo de esta seguridad. Además de eso quiere el mismo Concilio que todos y cada uno de los embaxadores puedan, siempre que fuere oportuno ó necesario, sa-

Digitized by Google

non nuntium, vel nuntios suos ad quæcumque loca pro suis necessariis negotiis ordinandis libere mittere, seu destinare, ac ipsos missos seu destinatos, seu missum & destinatum suscipere toties, quoties eis videbitur expedire, ita quod aliqui, vel aliquis per deputandos concilii socientur, qui eorum securitati provideant, vel provideat. Qui quidem salvus conductus, & securitates stare, ac durare debent, & à tempore, & per tempus, quo in ipsius synodi, & suorum tuitionis curam ipsos suscipi contigerit, & usque ad Tridentum perduci, ac toto tempore mansionis eorum ibidem, & rursum post sufficientem audientiam habitam, spatio viginti dierum præmisso, cum ipsi petierint, aut concilium, habita hujusmodi audientia, ipsis recessum indixerit, à Tridento usque in quem quisque elegerit sibi locum tutum, Deo favente, restituet, dolo, & fraude prorsus exclusis. Quæ quidem omnia pro universis & singulis Christi fidelibus, pro omnibus principibus, tam ecclesiasticis, quam sæcularibus quibuscumque, atque omnibus aliis ecclesiasticis, & sæcularibus personis, cujuscumque status, & conditionis existant, aut quocumque nomine censeantur, inviolabiliter observanda esse promittit, & bona fide spondet.

Insuper, omni fraude & dolo exclusis, vera & bona fide promittit, ipsam synodum nullam vel manifeste, vel occulte occasionem quæsituram, aut aliqua auctoritate, potentia, jure, vel statuto, privilegio, legum, vel canonum, aut quorumcumque conciliorum, præsertim (a) Constantiensis, & Senensis, qua-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Conc. Constantiens. sess. 19. in cap. *Quod non obstantibus salvis conductibus.*

Digitized by Google

salir de la Ciudad de Trento á tomar ayres, y volver á ella, como tambien enviar libremente ó destinar, bien sea su correo ú correos, á qualesquiera parages para arreglar sus asuntos necesarios, recibiendo todas quantas veces juzgaren por conveniente al que ó á los que hayan enviado ó comisionado, de manera, que de las personas que nombará el Concilio les asociarán alguno ó algunos que mire ó miren por su seguridad. Y este salvo conducto y seguridad debe valer y durar desde el tiempo y por el tiempo por el qual aconteciere recibir este Concilio, y sus individuos baxo su cuidado y defensa á dichas personas, y hasta su llegada á Trento, y durante todo el tiempo de su mansion en esta Ciudad. Fuera de eso, despues que hayan tenido audiencia suficiente, y precedido el término de veinte dias, siempre que lo pidieren, ó que el Concilio, habiendoles dado audiencia, les intimare su regreso, los restituirá con la ayuda de Dios desde Trento hasta qualquier parage seguro que cada uno eligiere, sin que intervenga absolutamente dolo ni fraude alguno: y promete y ofrece de buena fé en nombre de los fieles de Christo, y por de todos Príncipes, así eclesiásticos como seculares, sin excepcion de alguno, y de todas las demás personas eclesiásticas y seculares de qualquier estado y condicion que sean, ó con qualquier titulo que se les dé que todas estas cosas se guardarán inviolablemente. Además de lo expresado y excluyendo todo dolo y fraude promete con buena y verdadera fé, que el mismo Concilio no buscará ni manifiesta ni secretamente ocasion alguna, y que de ningun modo se valdrá ó permitirá que nadie se valga de alguna autoridad, poder, derecho ó estatuto, privilegio de las Leyes ó de los Cánones, ó de qualesquiera Concilios, especialmente el Constanciense

Digitized by Google

quacumque forma verborum expressa, in aliquod hujus fidei publicæ, & plenissimæ assecurationis, ac publicæ & liberæ audientiæ, ipsis per ipsam synodum concessæ, præjudicium quovis modo usuram, aut quemquam uti permissuram: quibus in hac parte pro hac vice derogat. Quod si sancta synodus, aut aliquis ex ea vel suis cujuscumque conditionis, vel status, aut præeminentiæ existens, præscriptæ assecurationis, & salvi conductus formam & modum in quocumque punto, vel clausula violaverit, quod tamen avertere dignetur Omnipotens, & sufficiens emenda non fuerit mox subsecuta, & ipsorum arbitrio merito approbanda & laudanda, habeant ipsam synodum, & habere poterunt, incidisse in omnes pœnas, quas jure divino, & humano, aut consuetudine, hujusmodi salvorum conductuum violatores incurrere possunt, absque omni excusatione, aut quavis in hac parte contradictione. (99)

VARIANTES.

(99) *In edit. Brix Dil. Lov-Bog. Antv. & Col. hæc adduntur:* Datum Tridenti in sessione publica, die XXV. Januarii M. D. LII.

SE-

Digitized by Google

y Senense, sea qual fuere el sentido de sus palabras, el qual pueda de algun modo ceder en perjuicio de esta fé pública y plenísima seguridad, y de la pública y libre audiencia que les ha concedido el mismo Concilio; pues todo lo deroga por esta vez en esta parte. Y si acaso el santo Concilio ó alguno de sus miembros de qualquier condicion, estado ó preeminencia que sea, violare en algun punto ó cláusula, lo que Dios no permita, la forma, y el modo de dicha seguridad y salvo conducto, y no se le diere inmediatamente el castigo suficiente que es justo se apruebe y elogie á arbitrio de los mismos, juzguen, y puedan juzgar haber incurrido el mismo Concilio en todas la penas en que por derecho divino y humano ó costumbre pueden incurrir los violadores de estos salvos conductos sin ninguna excusa, ó contradiccion en esta parte.

Digitized by Google

SESSIO XVI.

QUÆ EST SEXTA, ET ULTIMA

SUB JULIO III. PONT. MAX.

CELEBRATA DIE XXVIII. APRIL. M. D. LII.

Decretum suspensionis concilii.

Sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea reverendissimis dominis, Sebastiano, archiepiscopo Sipontino, & Aloysio episcopo Veronensi, apostolicis nuntiis, tam eorum proprio, quam reverendissimi, & illustrissimi domini Marcelli tit. S. Marcelli, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis, Crescentii, legati, ob adversam ejus gravissimam valetudinem absentis, nomine, non dubitat, Christianis omnibus patere, hoc concilium œcumenicum Tridentum primo à Paulo fel. rec. convocatum, & collectum fuisse; deinde à sanctissimo domino nostro, Julio III. efflagitante Carolo quinto, augustissimo imperatore, ea præcipue de causa fuisse restitutum, ut religionem in multis orbis partibus, & præsertim in Germania, in diversas opiniones miserabiliter distractam, in statum pristinum revocaret; abusus, & mores Christianorum corruptissimos emendaret; cumque ad hoc agendum quam plurimi patres, nulla laborum suorum, periculorumque habita ratione, è diversis regionibus alacriter confluxissent, resque strenue magno fidelium concursu, feliciterque procederet; ac spes esset non levis, illos Germanos, qui eas novitates excitarent, in concilium venturos, sic animatos, ut veris eccle-

Digitized by Google

SESION XVI.

QUE ES LA SEXTA Y ULTIMA

CELEBRADA

EN TIEMPO DEL SUMO PONTIFICE JULIO III.

EL DIA 28 DE ABRIL DE 1552.

Decreto para suspender el Concilio.

El sacrosanto ecuménico y general Concilio de Trento legítimamente congregado en el Espíritu Santo, y presidido por los RR. Señores Sebastian, Arzobispo de Siponto, y Luis Obispo de Verona, Nuncios Apostólicos, en su nombre y en el del Legado el Reverendísimo é Ilustrísimo Señor Marcelo Crescencio, Cardenal de la S. R. I. con el título de San Marcelo, que por su gravísima enfermedad se halla ausente, no duda ser notorio á todos los christianos, que este Concilio ecuménico fué convocado y congregado en Trento, primeramente por el Papa Paulo III. de feliz memoria; que despues á instancia del muy Augusto Emperador Cárlos V. fué restablecido por el Santísimo Padre Julio III. principalmente para restituir á su primitivo estado la Religion, que en muchas partes del Orbe y en Alemania con especialidad estaba dividida lastimosamente en varias opiniones; y corregir los abusos y costumbres muy extragadas de los christianos: y habiendo concurrido sin detencion de varios paises á executarlo muchisimos Padres sin reparar en sus fatigas y peligros, y siguiendo la empresa energica y felizmente con gran concurso de fieles, y no corta esperanza de que los Alemanes que habian excitado aquellas no-

ve-

Digitized by Google

siæ rationibus unanimiter acquiescerent; lux denique quædam rebus affulsisse videretur; caputque attollere inciperet profligata antea, & afflicta respublica Christiana: ii repente, tumultus, ea bella hostis generis humani versutia, exarserunt, ut concilium velut hærere, ac suum cursum interrumpere (100) satis incommode cogeretur; spesque omnis ulterioris progressus hoc in tempore tolleretur; tantumque aberat, ut sancta synodus Christianorum malis, & incommodis mederetur, ut multorum mentes præter sui animi sententiam irritaret potius, quam placaret. Cum igitur ipsa sancta synodus omnia, & præcipue Germaniam armis ardere, & discordiis videret, omnes fere episcopos Germanos, præsertim principes electores suis consultum ecclesiis è concilio abiisse; decrevit tantæ necessitati non reluctari, & ad meliora tempora reticere, ut patres, quo eis nunc agere non licet, suis ovibus prospectum ad suas ecclesias regredi valerent, ne diutius utrobique inutili otio conterantur. Atque ita, quoniam sic temporum conditio tulit, hujus œcumenici concilii Tridentini progressum per biennium suspendendum fore decernit, prout præsenti decreto suspendit; ea tamen lege, ut, si citius pacata res sit, ac tranquillitas pristina revertatur, quod sperat Dei optimi maximi beneficio non longo (1) fors spatio futurum, ipsius concilii progressus eodemmet tempore suam vim, firmitatem, vigoremque habere censeatur. Sin autem, quod Deus avertat, peracto biennio præ-

VARIANTES.

(100) Et satis incommode gereretur; *edit. Brix. Lov-Bog. Antv. & Col.*

(1) Forsan spatio futurum, *edit. Rom-Vat. Rom.* 1763. fore spatio. in futurum, *edit. Brix. Lov-Bog. Antv. & Col.* fore spatio futurum, *edit. Lov. Ven.*

Digitized by Google

vedades, vendrían al Concilio dispuestos á acceder unánimente á las razones verdaderas de la Iglesia; y finalmente pareciendo que las cosas tomaban un buen semblante; y quando empezaba á levantar la cabeza la República christiana, ántes triste y abatida: se han encendido repentinamente por ardides del enemigo del género humano tales sediciones y guerras, que el Concilio se vió precisado, aunque con bastante incomodidad, á suspenderse, por decirlo así, é interrumpir sus tareas; y perdiendose entonces enteramente la esperanza de proseguir; estando además tan lejos el santo Concilio de curar las enfermedades y dolencias de los christianos, que contra su intencion mas bien irritaria que aplacaria los ánimos de muchos: viendo pues el mismo santo Concilio que todos los países y particularmente Alemania, arden en guerra y discordias y que por otro lado casi todos los Obispos Alemanes, especialmente los Príncipes Electores, por mirar por sus Iglesias, se habian ausentado del Concilio, ha decretado no oponerse á tan urgente necesidad, y guardar silencio hasta tiempo mas oportuno, para que los Padres que al presente nada pueden hacer aquí, puedan restituirse á sus Diócesis á cuidar de sus ovejas, y no se consuman mas en una y otra parte en inútil ociosidad. Por lo qual ya que las circunstancias de los tiempos lo piden así, manda se suspenda, como por el presente decreto suspende por dos años la continuacion de este ecuménico Concilio Tridentino, con la condicion, sin embargo, de que si ántes de este termino se apaciguasen las cosas y recobrasen su primera tranquilidad, lo qual espera con el auxilio de Dios todo poderoso que no tardará mucho á suceder, entiendase que en este mismo tiempo tiene su fuerza, firmeza y vigor la continuacion de dicho Con-

Digitized by Google

prædicta legitima impedimenta non fuerint submota, quam primum cessaverint, talis suspensio eo ipso sublata esse intelligatur, ac suus vigor, & robur concilio sit restitutum, & esse intelligatur sine alia nova concilii convocatione, accedente ad hoc decretum consensu, & auctoritate Sanctitatis suæ, & sanctæ Sedis apostolicæ.

Interea tamen eadem sancta synodus exhortatur omnes principes Christianos, & omnes prælatos, ut observent, & respective, quatenus ad eos spectat, observare faciant in suis regnis, dominiis, & ecclesiis omnia, & singula, quæ per hoc sacrum œcumenicum concilium fuerunt hactenus statuta, & decreta.

BULLA

CELEBRATIONIS

CONCILII TRIDENTINI,

SUB PIO IV.

PONT. MAX.

Pius *Episcopus*, *servus servorum* **Dei**, *ad perpetuam rei memoriam.*

Ad ecclesiæ regimen, licet tanto oneri impares, sola Dei dignatione vocati, statim circumferentes mentis oculos per omnes reipublicæ Christianæ partes, cernentesque non sine magno horrore, quam longe, lateque pestis hæresum, & schismatis pervasisset, quanta Christiani populi mores correctione indigerent; in eam

Digitized by Google

Concilio. Pero si acaso, lo que Dios no permita, existieren todavía, pasados los dos años, los expresados impedimentos legítimos, inmediatamente que cesen, entiendase por el mismo hecho alzada la suspension, y restituida su fuerza y vigor al Concilio, sin que sea precisa otra nueva convocacion, accediendo á este decreto el consentimiento y autoridad de su Santidad y de la Santa Sede Apostólica.

Con todo exhorta entretanto el mismo santo Concilio á todos los Príncipes christianos y á todos los Prelados, que observen y hagan observar respectivamente en quanto á ellos toca en sus Reynos, Dominios, é Iglesias todos y cada uno de los puntos que hasta ahora ha establecido y decretado este Sagrado y ecuménico Concilio.

BULA

DE LA CELEBRACION

DEL CONCILIO DE TRENTO,

EN TIEMPO DEL SUMO PONTIFICE

PIO IV.

Pio Obispo, siervo de los siervos de Dios, para perpetua memoria.

Llamados por solos los meritos de Christo al gobierno de la Iglesia, aunque incapaces de sostener tan grave peso, recorriendo inmediatamente con los ojos de la consideracion todas las partes de la República christiana, y advirtiendo, no sin espanto, quanto se habia extendido la peste de las heregías y del cis-

Digitized by Google

eam curam, & cogitationem pro suscepti muneris officio, incumbere cœpimus, quemadmodum ipsas hæreses extirpare, tantumque & tam perniciosum schisma tollere, moresque adeo corruptos, & depravatos emendare possemus. Cum autem intelligeremus, ad hæc sananda mala aptissimum esse remedium, quod sancta hæc sedes adhibere consuevisset, œcumenici generalisque concilii; ejus congregandi, &, Deo juvante, celebrandi consilium cepimus. Indictum illud quidem antea fuit à fel. rec. Paulo III., & ejus successore Julio, prædecessoribus nostris, sed variis de causis sæpius impeditum, & interpellatum perfici non potuit. Siquidem Paulus, (*a*) cum id primo in urbem Mantuam, deinde Vincentiam indixisset; quasdam ob causas, in litteris ejus expressas, id primo suspendit, postea Tridentum transtulit. Deinde cum quibusdam de causis ibi quoque ejus celebrandi tempus dilatum fuisset; tandem, suspensione sublata, in eadem civitate Tridentina inchoatum fuit. Verum sessionibus aliquot habitis, & nonnullis decretis factis, ipsum se postea concilium, aliquibus de causis, accedente etiam sedis apostolicæ auctoritate, (*b*) Bononiam transtulit. Julius autem, qui ei successit, in eamdem civitatem Tridentinam id revocavit: quo quidem tempore facta alia quædam decreta sunt. (*c*) Sed cum novi in propinquis Germaniæ locis tumultus excitati fuissent, & bellum in Italia & Gallia gravissimum exarsisset; rursus concilium suspensum, & dilatum fuit, adnitente nimirum humani generis hoste, aliasque ex aliis difficultates, & impedimenta objiji-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Paulus III. id pluribus exponit in bulla convocationis concilii, quæ incipit *Initio nostri* 1542. (*b*) Sess. 8. (*c*) Sess. 16.

Digitized by Google

cisma, y de quanta correccion necesitaban las costumbres del Pueblo Christiano; empezamos, en cumplimiento del cargo que recibimos á cuidar y pensar como podriamos extirpar estas heregías, destruir un cisma tan grande y tan pernicioso, y enmendar unas costumbres tan corrompidas y depravadas. Y sabiendo que para sanar estos males el remedio mas eficaz, que esta Santa Sede habia acostumbrado aplicar, era el de un Concilio ecuménico y general; acordamos congregarlo, y celebrarlo con el auxîlio de Dios. Ya ántes habia sido convocado por Paulo III. de feliz memoria, y Julio sucesor suyo, nuestros predecesores; pero impedido é interrumpido muchas veces por varias causas, no pudo concluirse; pues habiéndolo señalado el Papa Paulo primeramente para la Ciudad de Mantua, y despues para Vicenza, lo suspendió desde luego por ciertos motivos expresados en sus Letras, y despues lo transfirió á Trento: habiéndose luego diferido tambien el tiempo de celebrarlo allí, por diversas razones, por último, alzada la suspension, se principió en la misma Ciudad de Trento. Pero tenidas ya algunas Sesiones, y dados algunos Decretos, se transfirió el mismo Concilio por algunas causas á la Ciudad de Bolonia, accediendo á ello tambien la autoridad de la Silla Apostólica. Sin embargo, el Papa Julio su sucesor lo restituyó á la misma Ciudad de Trento; en cuyo tiempo se establecieron nuevos Decretos: mas habiendose suscitado nuevas turbulencias en los Paises vecinos de Alemania, y encendídose una gravísima guerra en Italia y Francia, se volvió á suspender y diferir el Concilio, cooperando sin duda á ello el enemigo del género humano, que ponia dificultades sobre dificultades, y

Digitized by Google

jiciente, ut tantum ecclesiæ commodum, quod prorsus auferre non poterat, saltem quam diutissime retardaret. Quantopere vero interea auctæ fuerint, & multiplicatæ, ac propagatæ hæreses; quantopere schisma creverit; sine maximo animi dolore nec meminisse possumus, nec referre. Sed tandem pius, & misericors Dominus, (*a*) qui nunquam ita irascitur, ut misericordiæ obliviscatur; regibus, & principibus Christianis pacem, & unanimitatem donare dignatus est. Qua nos occasione oblata maximam in spem venimus, ipsius misericordia freti, fore, ut his tantis quoque ecclesiæ malis eadem concilii via finis imponatur. Nos itaque ad schisma, hæresesque tollendas, ad corrigendos, & reformandos mores, ad pacem inter Christianos principes conservandam, celebrationem ejus non esse duximus diutius differendam. Habita igitur cum venerabilibus fratribus nostris, S. R. E. cardinalibus deliberatione matura, factis etiam consilii nostri certioribus carissimis in Christo filiis nostris, Ferdinando Romanorum imperatore electo, & aliis regibus, atque principibus, quos quidem, sicut de eorum summa pietate, & sapientia nobis *pollicebamur*, paratissimos ad ipsius concilii celebrationem adjuvandam invenimus; ad Dei omnipotentis laudem, honorem, & gloriam, atque universalis ecclesiæ utilitatem, de eorumdem fratrum nostrorum consilio, & assensu sacrum œcumenicum, & generale concilium ex auctoritate ejusdem Dei, & beatorum, Petri, & Pauli, Apostolorum, qua nos quoque in terris (*b*) fun-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Habac. 3. ℣. 2. (*b*) Matth. 16. ℣. 18. & 19. Cap. *Quanto* 3. ℣ de translat. episc. Cap. *Ut nostrum* unic. ℣ ut ecclesiast. benef. Cap. *Ad apostolicæ* 2. ℣. *Nos itaque* de sent. & re judic. in 6. Cap. *Pro humani* 1. de homic. in 6. * Epist. 1. Pelagii II. circa princ.

Digitized by Google

obstaculos, á fin de que, ya que del todo no podia impedir un beneficio tan grande para la Iglesia, á lo ménos, lo retardase lo mas que pudiese. Pero quanto se aumentasen en el interin, multiplicasen y propagasen las heregías, y quanto cundiese el cisma, no es posible sin sumo dolor de corazon, ni acordarlo, ni referirlo. Al fin, el Señor piadoso y misericordioso, que jamás se irrita de modo que se olvide de su misericordia, se dignó conceder la paz y concordia á los Reyes y Príncipes christianos. Con esta ocasion que se nos presentó concebimos grandísima esperanza, confiados en su clemencia, de que por el mismo medio del Concilio se pondria fin igualmente á tan grandes males de la Iglesia. Y así para disipar el cisma y las heregías, corregir y reformar las costumbres, y conservar la paz entre los Príncipes christianos, hemos creido no se debia dilatar mas su celebracion. Habiendo, pues, exâminado maduramente la materia con nuestros Venerables Hermanos los Cardenales de la S. R. I. é informado de nuestra intencion á nuestros carísimos hijos en Christo, Fernando electo Emperador de Romanos, y á otros Reyes y Príncipes, los quales á la verdad hallamos, segun nos lo habiamos prometido de su suma piedad y prudencia, muy dispuestos para contribuir á la celebracion de dicho Concilio; en alabanza, honra y gloria de Dios todo poderoso, y bien de la Iglesia universal, con consejo y consentimiento de los mencionados nuestros hermanos, y por la autoridad dèl mismo Dios, y de los Apóstoles San Pedro y San Pablo, en que Nos

ANIMAD. IN NOT. CHIFFLET.

(b) *Epist. 1. Pelagii II. est spuria.

fungimur, freti, & subnixi, in civitate Tridentina, ad sacratissimum diem resurrectionis Dominicæ proximæ futurum indicimus, & ibi celebrandum, sublata suspensione quacumque, statuimus, atque decernimus. Quocirca venerabiles fratres nostros, omnibus ex locis, patriarchas, archiepiscopos, episcopos, & dilectos filios abbates, ceterosque quibus in concilio generali sedere, & sententiam dicere, jure communi, vel ex privilegio, vel ex antiqua consuetudine licet, vehementer in Domino hortamur, & monemus, atque etiam districte præcipiendo mandamus in virtute sanctæ obedientiæ, in vi quoque juramenti, quod præstiterunt, & sub pœnis, quas in eos, qui ad concilia generalia convenire neglexerint, (*a*) sacris sciunt esse canonibus constitutas, ut ad concilium ibi celebrandum conveniant, intra eam diem, nisi forte impedimento fuerint legitimo præpediti: quod tamen impedimentum per legitimos procuratores synodo probare debebunt. Monemus præterea omnes, & singulos, quorum interest, interesseve poterit, ut in concilio adesse ne negligant. Carissimos vero in Christo filios nostros, Romanorum imperatorem electum, ceterosque reges, & principes, quos optandum sane esset concilio interesse posse, hortamur, & rogamus, ut, si ipsi interesse concilio non potuerint, at oratores suos prudentes, graves, & pios viros utique mittant, qui ipsorum nomine illi intersint, curentque diligenter pro sua pietate, ut ex eorum regnis, atque dominiis prælati, sine recusatione, ac mora, tam necessario tempore, Deo, & ecclesiæ officium suum

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Conc. Carth. III. cap. 43. Sess. 24. cap. 2. circa fin. de ref.

Digitized by Google

nostrum imperatorem electum, ceterosque reges, respublicas, ac principes Christianos monemus, & per viscera misericordiæ domini nostri Jesu Christi obtestamur, ut, qua pietate concilio per oratores suos affuerunt, eadem pietate, ac pari studio, divini honoris, & populorum suorum salutis causa, pro sedis quoque apostolicæ, & sacræ synodi reverentia, ad ejusdem concilii exequenda, & observanda decreta prælatis, cum opus fuerit, auxilio, & favore suo adsint, neque adversantes sanæ, ac salutari concilii doctrinæ opiniones à populis ditionis suæ recipi permittant, sed eas penitus interdicant. Ad vitandum præterea perversionem, & confusionem, quæ oriri posset, si unicuique liceret, prout ei liberet, in decreta concilii commentarios, & interpretationes suas edere; apostolica auctoritate inhibemus omnibus, tam ecclesiasticis personis, cujuscumque sint ordinis, conditionis, & gradus, quam laicis, quocumque honore, ac potestate præditis, prælatis quidem sub interdicti ingressus ecclesiæ, aliis vero, quicumque fuerint, sub excommunicationis latæ sententiæ pœnis, ne quis sine auctoritate nostra audeat ullos commentarios, glossas, annotationes, scholia, ullumve omnino interpretationis genus super ipsius concilii decretis quocumque modo edere, aut quidquam quocumque nomine, etiam sub prætextu majoris decretorum corroborationis, aut executionis, aliove quæsito colore, statuere. Si cui vero in eis aliquid obscurius dictum, & statutum fuisse, eamque ob causam interpretatione, aut decisione aliqua egere visum fuerit (*a*); ascendat ad lo-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Deut. 17. ℣. 8.

Digitized by Google

los mismos decretos, sin respeto alguno á su apelacion, invocando tambien si fuere necesario el auxîlio del brazo seglar. Amonestamos, pues, á nuestro carísimo hijo electo Emperador, á los demás Reyes, Repúblicas, y Príncipes Christianos, y les suplicamos por las entrañas de misericordia de nuestro Señor Jesu-Christo, que con la piedad que asistieron al Concilio por medio de sus Embaxadores, con la misma y con igual anhelo favorezcan con su auxîlio y proteccion quando fuere necesario á los prelados para honra de Dios, salvacion de sus pueblos, reverencia de la Sede Apostólica, y del Sagrado Concilio para que se observen y executen los decretos del mismo; y no permitan que los pueblos de sus dominios adopten opiniones contrarias á la sana y saludable doctrina del Concilio, sino que absolutamente las prohiban. Además de esto, para evitar el trastorno y confusion que se podria originar, si fuese lícito á cada uno publicar segun su capricho comentarios, é interpretaciones sobre los decretos del Concilio, prohibimos con autoridad apostólica á todas las personas, así Eclesiásticas de qualquier órden, condicion, ó graduacion que sean, como las legas condecoradas con qualquier honor ó potestad á los Prelados, só pena del entredicho de entrada en la Iglesia, y á los demas, qualesquiera que fueren, só pena de excomunion *latæ sententiæ*: que ninguno de ningun modo se atreva á publicar sin nuestra licencia, comentarios ningunos, glosas, anotaciones, escolios, ni absolutamente ningun otro género de exposicion sobre los decretos del mismo Concilio, ni establecer ninguna otra cosa baxo qualquier nombre que sea, ni aun só color de mayor corroboracion de los decretos, ó de su execucion, ni de otro pretexto. Mas si pareciere á alguno que hay en ellos

Digitized by Google

locum, quem Dominus elegit, ad sedem videlicet apostolicam, omnium fidelium magistram, cujus auctoritatem (*a*) etiam ipsa sancta synodus tam reverenter agnovit. Nos enim difficultates, & controversias, si quæ ex eis decretis ortæ fuerint, nobis declarandas, & decidendas, quemadmodum ipsa quoque sancta synodus decrevit, reservamus, parati, sicut ea de nobis merito confisa est, omnium provinciarum necessitatibus ea ratione, quæ commodior nobis visa fuerit, providere: decernentes nihilominus irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Ut hæc autem ad omnium notitiam perveniant, neve quis excusatione ignorationis uti possit: volumus, & mandamus, ut hæ litteræ per aliquos curiæ nostræ cursores in basilica Vaticana principis Apostolorum, & in ecclesia Lateranensi, tunc, cum in eis populus, ut missarum solemnibus intersit, congregari solet, palam & clara voce recitentur, & postquam recitatæ fuerint, ad valvas earum ecclesiarum, itemque cancellariæ apostolicæ, & in loco solito campi Floræ affigantur; ibique, ut legi, & omnibus innotescere possint, aliquantisper relinquantur. Cum autem inde amovebuntur, relictis de more ibidem exemplis, in alma urbe ad impressionem tradantur, quo commodius per Christiani nominis provincias, & regna divulgari possint. Transsumptis quoque earum, quæ manu alicujus publici notarii scripta, subscriptave, & sigillo, ac subscriptione alicujus personæ, in dignita-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Cap. de recip. & observ. dec. conc.

Digitized by Google

algun punto enunciado ú establecido con mucha obscuridad, y que por esta causa necesita de interpretacion, ó de alguna decision: ascienda al lugar que Dios ha elegido; es á saber, á la Sede Apostólica, maestra de todos los fieles, y cuya autoridad reconoció con tanta veneracion el mismo Santo Concilio; pues Nos, así como tambien lo decretó el Santo Concilio, nos reservamos la declaracion y decision de las dificultades y controversias, si ocurrieren algunas, nacidas de los mismos decretos; dispuestos, como el Concilio justamente lo confió de Nos, á dar las providencias que nos parecieren mas convenientes á las necesidades de todas las Provincias. Decretando no obstante por irrito y nulo, si aconteciere que á sabiendas ó por ignorancia atentare alguno, de qualquiera autoridad que sea, lo contrario de lo que aquí queda determinado. Y para que todas estas cosas lleguen á noticia de todos, y ninguno pueda alegar ignorancia, queremos y mandamos, que estas nuestras letras se lean públicamente y en voz clara por algunos Cursores de nuestra Curia, en la Basílica Vaticana del Príncipe de los Apóstoles, y en la Iglesia de Letran en el tiempo en que el pueblo asiste en ellas en la misa mayor; y que despues de recitadas se fixen en las puertas de las mismas Iglesias; así como tambien en las de la Cancelaría Apostólica, y en el sitio acostumbrado del campo de Flora, y queden allí algun tiempo, de suerte que puedan leerse y llegar á noticia de todos. Y quando se arranquen de estos sitios, queden algunas copias en ellos segun costumbre, y se impriman en esta Santa Ciudad de Roma, para que mas facilmente se puedan divulgar por las Provincias y Reynos de la Christiandad. Además de esto mandamos y decretamos, que se dé cierta é indubitable fe á las copias

Digitized by Google

tate ecclesiastica constitutæ, munita fuerint, fidem sine ulla dubitatione haberi, mandamus, atque decernimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis, monitionis, inhibitionis, reservationis, voluntatis, mandatorum & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Dat. Romæ, apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, septimo Kalend. Februarii, pontificatus nostri anno quinto.

Ego Pius, catholicæ ecclesiæ episcopus.

Ego F. card. Pisanus, episcopus Ostien. Decanus.
Ego Fed. card. Cæsius, episcopus Portuen.
Ego Jo. card. Moronus, episcopus Tusculan.
Ego A. card. Farnesius, vicecanc. episcopus Sab.
. . . . . .
. . . . . .
Ego R. card. S. angeli, major pæniten.
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
Ego Jo. card. S. Vitalis.
Ego Jo. Michael, card. Saracenus.
. . . . . .
Ego Jo. B. Cicada, card. S. Clementis.
Ego Scipio, card. Pisarum.
Ego Jo. card. Reomanus.
Ego F. M. G. card. Alexandrinus.
Ego Clemens, card. Aræcæli.

Ego

Digitized by Google

de estas nuestras letras que estuvieren escritas de mano de algun notario público, ó firmadas ó refrendadas con el sello ó firma de alguna persona constituida en dignidad eclesiástica. No sea pues permitido absolutamente á persona alguna tener la audacia y temeridad de quebrantar, ni contradecir esta nuestra bula de confirmacion, aviso, inhibicion, reserva, voluntad, mandamientos y decretos. Y si alguno tuviere la presuncion de atentarlo, sepa que incurrirá en la indignacion de Dios omnipotente, y de sus Apóstoles los bienaventurados S. Pedro y S. Pablo. Dado en Roma en S. Pedro año de la Encarnacion del Señor 1563 á 26 de Enero, y quinto año de nuestro Pontificado.

Yo Pio, Obispo de la Iglesia Católica.

Yo F. Cardenal de Pisa, Obispo de Ostia, Decano.
Yo Fed. Card. de Cesis, Obispo de Porto.
Yo Juan Card. Moron, Obispo de Frascati.
Yo A. Card. Farnesio, Vice-Canciller., Obispo de Savina.
. . . . . .
. . . . . .
Yo R. Card. de Sant-Angel, Penitenciario mayor.
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
Yo Juan, Card. de S. Vital.
Yo Juan Miguel, Card. Saraceni.
. . . . . .
Yo Juan Bautista Cicada, Card. de S. Clemente.
Yo Scipion, Card. de Pisa.
Yo Juan, Card. Reomani.
Yo F. Miguel Ghisleri, Cardenal Alexandrino.
Yo Clemente, Card. de Aracæli.

Yo

Digitized by Google

Ego Ja. card. Sabellus.

. . . . . .

. . . . . .

Ego B. card. Salviatus.
Ego Ph. card. Aburd.
Ego Lud. card. Simoneta.

. . . . . .

. . . . . .

Ego F. card. Pacieccus y de Tol.
Ego M. A. card. Amulius.
Ego Jo. Franc. card. de Gambara.
Ego Carolus, card. Borromæus.
Ego M. S. card. Constant.
Ego Alph. card. Gesualdus.
Ego Hipp. card. Ferrar.
Ego Franciscus, card. Gonzaga.

. . . . . .

Ego Gui. Asc. Diac. card. Cam.
Ego Vitellotius, card. Vitellius.

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

Ant. Florebellus Lavellinus.
H. Cumyn.

Digitized by Google

Yo Jacobo, Card. Savelo.

. . . . . .

. . . . . .

Yo B. Card. Salviati.
Yo Ph. Card. Aburd.
Yo Luis, Card. Simoneta.

. . . . . .

. . . . . .

Yo P. Card. Pacheco y de Toledo.
Yo M. A. Card. Amulio.
Yo Juan Francisco, Card. de Gambara.
Yo Cárlos, Card. Borromeo.
Yo M. S. Card. Constant.
Yo Alfonso, Card. Gesualdo.
Yo Hypólito, Card. de Ferrara.
Yo Francisco, Card. Gonzaga.

. . . . . .

Yo Guido Ascanio, Diácono Card. Campegio.
Yo Vitelocio, Card. Vitelio.

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

Antonio Florebeli Lavelino.
H. Cum in.

Don

Digitized by Google

Don Felipe, por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Jerusalen, de Navarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de Sevilla, de Cerdeña, de Córdova, de Córcega, de Murcia, de Jaen, de los Algarbes, de Algecira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de las Indias, Islas y Tierra firme del mar Oceano: Conde de Flandes, y de Tirol, &c. Al Serenísimo Príncipe Don Cárlos nuestro muy caro y muy amado hijo: E á los Prelados, Cardenales, Arzobispos y Obispos; y á los Duques, Marqueses, Condes, Ricos-homes, Priores de las Ordenes, Comendadores, y Subcomendadores; y á los Alcaydes de los Castillos y Casas fuertes, y llanas; y á los del nuestro Consejo, Presidentes y Oidores de las nuestras Audiencias; Alcaldes, Alguaciles de la nuestra Casa y Corte, y Chancillerías; y á todos los Corregidores, Asistente, Gobernadores, Alcaldes mayores y ordinarios, y otros Jueces y Justicias qualesquier de todas las Ciudades, Villas y Lugares de los nuestros Reynos y Señoríos; y á cada uno, y qualquier de vos en vuestra jurisdicion, á quien esta nuestra Carta fuere mostrada, salud y gracia: Sabed, que cierta y notoria es la obligacion que los Reyes y Príncipes Christianos tienen á obedecer, guardar y cumplir; y que en sus Reynos, Estados y Señoríos, se obedezcan, guarden y cumplan los decretos y mandamientos de la Santa Madre Iglesia, y asistir, ayudar y favorecer al efecto, á execucion, y á la conservacion de ellos, como hijos obedientes y protectores, y defensores de ella; y la que ansí mismo por la misma causa tienen al cumplimiento

y

Digitized by Google

y execucion de los Concilios universales, que legítima y canónicamente, con la autoridad de la Santa Sede Apostólica de Roma, han sido convocados y celebrados. La autoridad de los quales Concilios universales fué siempre en la Iglesia de Dios de tanta y tan gran veneracion, por estar y representarse en ellos la Iglesia Católica y universal, y asistir á su direccion y progreso el Espíritu Santo. Uno de los quales Concilios ha sido y es, el que últimamente se ha celebrado en Trento, el qual primeramente, á instancia del Emperador y Rey mi Señor, despues de muchas y grandes dificultades, fué indicto y convocado por la felice memoria de Paulo III. Pontífice Romano, para la extirpacion de las heregías y errores que en estos tiempos en la christiandad tanto se han extendido, y para la reformacion de los abusos, excesos y desórdenes de que tanta necesidad habia. El qual Concilio fué en vida del dicho Pontífice Paulo III. comenzado, y despues con la autoridad de buena memoria de Julio III. se prosiguió; y últimamente con la autoridad y bulas de N. M. S. P. Pio IV. se ha continuado y proseguido hasta se concluir y acabar, en el qual intervinieron y concurrieron de toda la christiandad, y especialmente de estos nuestros Reynos, tantos y tan notables Prelados, y otras muchas personas de gran doctrina, religion y exemplo. Asistiendo asimismo los Embaxadores del Emperador nuestro tio, y nuestros, y de los otros Reyes y Príncipes, Repúblicas y Potentados de la christiandad; y en él con la gracia de Dios, y asistencia del Espíritu Santo se hicieron en lo de la fe y religion tan santos y tan católicos decretos: y ansimismo se hicieron, se ordenaron, y en lo de la reformacion muchas cosas muy

Digitized by Google

santas y muy justas, y muy convenientes y importantes al servicio de Dios nuestro Señor, y bien de su Iglesia, y al gobierno y policía eclesiástica. Y agora habiéndonos su Santidad enviado los decretos del dicho Santo Concilio impresos en forma auténtica: Nos, como católico Rey, y obediente y verdadero hijo de la Iglesia, queriendo satisfacer y corresponder á la obligacion en que somos, y siguiendo el exemplo de los Reyes nuestros antepasados, de gloriosa memoria, habemos aceptado y recibimos el dicho Sacrosanto Concilio, y queremos que en estos nuestros Reynos sea guardado, cumplido y executado; y daremos y prestaremos para la dicha execucion y cumplimiento, y para la conservacion y defensa de lo en él ordenado nuestra ayuda y favor: interponiendo á ello nuestra autoridad y brazo real, quanto será necesario y conveniente. Y así encargamos y mandamos á los Arzobispos, Obispos, y otros Prelados, y á los Generales, Provinciales, Priores, Guardianes de las Ordenes, é á todos los demas á quien esto toca é incumbe, que hagan luego publicar, ó publiquen en sus Iglesias, distritos y diócesis, y en las otras partes y lugares do conviniere el dicho Santo Concilio, y lo guarden y cumplan, y hagan guardar y cumplir, y executar con el cuidado, zelo y diligencia que negocio tan del servicio de Dios requiere. Y mandamos á los del nuestro Consejo, Presidentes de las nuestras Audiencias, y á los Gobernadores, Corregidores, é á otras qualesquier justicias, que den y presten el favor y ayuda, que para la execucion y cumplimiento del dicho Concilio, y de lo ordenado en él será necesario; y Nos ternemos particular cuenta y cuidado de saber y entender como lo susodicho se guar-

Digitized by Google

guarda, cumple y executa, para que en negocio que tanto importa al servicio de Dios, y bien de la Iglesia no haya descuido ni negligencia. Dado en la Villa de Madrid á doce dias del mes de Julio de M.D.LXIV. años. Yo el Rey. Yo Francisco de Eraso, Secretario de su Magestad Real lo fice escribir por su mandado. Juan de Figueroa: El Lic. Vaca de Castro: El Doct. Diego Gasca: El Doctor Velasco: el Lic. Villagomez: El Lic. Espinosa: El Lic. Gomez de Montalvo. Registrada. Martin de Vergara. Martin de Vergara por Chanciller.

Digitized by Google

CONSTITUTIONES
EX ANTIQUO JURE * DESUMPTÆ,
ET PER CONCILIUM SPECIATIM INNOVATÆ
UNA CUM ALIIS QUATUOR
PII PP. IV.
AD CONCILIUM
MAXIME SPECTANTIBUS.**

LEO DECIMUS
IN CONCILIO LATERANENSI
SESSIONE X.

De impressione librorum.

Nos ***, ne id quod ad Dei gloriam, & fidei augmentum, ac bonarum artium propagationem salubriter est inventum, in contrarium convertatur, ac Christi fidelium saluti detrimentum pariat, super librorum impressione curam nostram habendam fore duximus, ne de cetero cum bonis seminibus spinæ coalescant, vel medicinis venena intermis-

* Puta ex decretalibus Gregor. IX. aliorumque recentiorum Pontificum constitutionibus.

** Vide, quæ de his constitutionibus dicta sunt in præfatione §. XXVIII.

*** Ad sess. 4. Decret. de edict. & usu sacr. lib.

Digitized by Google

misceantur. Volentes igitur de opportuno super his remedio providere, hoc sacro approbante concilio, ut negotium impressionis librorum hujusmodi eo prosperetur felicius, quo deinceps indago solertior, diligentius & cautius adhibeatur: statuimus & ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus, nullus librum aliquem, seu aliam quamcumque scripturam, tam in urbe nostra, quam aliis quibusvis civitatibus & diœcesibus, imprimere seu imprimi facere præsumat, nisi prius in urbe per vicarium nostrum, & sacri palatii magistrum; in aliis vero civitatibus & diœcesibus per episcopum, vel alium habentem peritiam scientiæ, libri seu scripturæ hujusmodi imprimendæ, ab eodem episcopo ad id deputandum, ac inquisitorem hæreticæ pravitatis civitatis sive diœcesis, in quibus librorum impressio hujusmodi fieret, diligenter examinentur, & per eorum manu propria subscriptionem, sub excommunicationis sententia, gratis & sine dilatione imponendam, approbentur. Qui autem secus præsumpserit, ultra librorum impressorum amissionem; & illorum publicam combustionem, ac centum ducatorum fabricæ principis Apostolorum de urbe, sine spe remissionis, solutionem, ac anni continui exercitii impressionis suspensionem, excommunicationis sententia innodatus exsistat: ac demum ingravescente contumacia, taliter per episcopum suum, vel vicarium nostrum respective per omnia juris remedia castigetur, quod alii ejus exemplo similia minime attentare præsumant. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Dat. Romæ in publica sess. solemniter celebrata anno incarnationis Dominicæ 1515. 4 nonas Maji, pontif. nostri anno 3.

SIX-

Digitized by Google

SIXTI QUARTI

Constitutio prior de festo conceptionis immaculatæ virginis ex libro tertio extravagantium communium, tit. XII. de reliquiis & veneratione sanctorum.

CAP. I.

(a) Cum præexcelsa meritorium insignia, quibus regina cœlorum, virgo Dei genitrix gloriosa, sedibus prælata æthereis, sideribus quasi stella matutina prærutilat, devotæ considerationis indagine perscrutamur, & infra pectoris arcana revolvimus, quod ipsa, utpote via misericordiæ, mater gratiæ & pietatis amica, humani generis consolatrix, pro salute fidelium, qui delictorum onere gravantur, sedula oratrix, & pervigil, ad regem, quem genuit, intercedit: dignum, quin potius debitum reputamus, universos Christi fideles, ut omnipotenti Deo (cujus providentia ejusdem virginis humilitatem ab æterno respiciens, pro concilianda suo auctori humana natura, lapsu primi hominis æternæ morti obnoxia, eam sui Unige-

(a) Ad sess. 5. decret. de pecc. orig. Vide bullam Pii V. quæ incipit, *Super specula*. 1570. Pauli V. quæ incipit, *Regis pacifici*. 1616. ejusdem decretum in generali congregatione 1617. 31. Augusti. Ne quis publice affirmare audeat, virginem peccasse in Adame; extensam postea ad actus privatos à Gregorio XV. in generali congregatione 24. Maji 1622. data tamen facultate fratribus ordinis Prædicatorum per bullam quæ incipit, *Eximii atque singulares*, Ejusdem anni, privatim & inter se dumtaxat eam quæstionem agitandi. Jam ante, concilium Basileense, eos qui virginis conceptioni immaculatæ detraherent, solemniter admodum damnatos ab episcopo & universo clero Parisiensi, auctor est Joannes Juvenalis Ursinus, archiepiscopus Rhemensis, lib. de rebus gestis Caroli VI. Francorum regis sub annum 1387.

Digitized by Google

geniti habitaculum sancti Spiritus præparatione constituit, ex qua carnem nostræ mortalitatis pro redemptione populi sui assumeret, & immaculata virgo nihilominus post partum remaneret) de ipsius immaculatæ virginis mira conceptione gratias & laudes referant, & instituta propterea in ecclesia Dei missas & alia divina officia dicant, & illis intersint, indulgentiis & peccatorum remissionibus invitare, ut exinde fiant ejusdem virginis meritis & intercessione divinæ gratiæ aptiores. Hac igitur consideratione inducti, ejusdem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus, auctoritate confisi, auctoritate apostolica hac in perpetuum valitura constitutione statuimus & ordinamus, quod omnes & singuli Christi fideles utriusque sexus, qui missam & officium conceptionis ejusdem virginis gloriosæ, juxta piam, devotam & laudabilem ordinationem dilecti filii magistri Leonardi de Nogorolis, clerici Veronensis, notarii nostri, & quæ desuper à nobis emanavit, missæ & officii hujusmodi institutionem, in die festivitatis conceptionis ejusdem virginis Mariæ, & per octavas ejus, devote celebraverint & dixerint, aut illis horis canonicis interfuerint, quoties id fecerint, eandem prorsus indulgentiam & peccatorum remissionem consequantur, quam juxta felicis recordationis Urbani IV. in concilio Viennensi approbatæ *, ac Martini V. & aliorum Romanorum pontificum prædecessorum nostrorum constitutiones, consequuntur illi, qui missam & horas canonicas in festo corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi à primis visperis, & per illius octavas, juxta Romanæ ecclesiæ constitutionem, celle-

* Forte approbatam.

Digitized by Google

lebrant, dicunt, aut missæ, officio, & horis hujusmodi intersunt, præsentibus perpetuis temporibus valituris. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1477. 3. Kalend. Martii, pontificatus nostri anno 6.

Constitutio altera.

EXTRAV. II. DE RELIQ. ET VENER. SS. INT. COMM.

Grave nimis gerimus & molestum, cum sinistra nobis de quibusdam ecclesiasticis personis referuntur. Sed in eorum, qui ad evangelizandum verbum Dei sunt deputati, excessibus prædicando commissis, eo gravius provocamur, quo illi periculosius remanent incorrecti; cum facile deleri nequeant, qui multorum cordibus sic publice prædicando diffusius & damnabilius imprimuntur errores. Sane cum sancta Romana ecclesia de intemeratæ semperque virginis Mariæ conceptione publice festum solemniter celebret, & speciale ac proprium super hoc officium ordinaverit; nonnulli, ut accepimus, diversorum ordinum prædicatores, in suis sermonibus ad populum publice per diversas civitates & terras affirmare hactenus non erubuerunt, & quotidie prædicare non cessant, omnes illos, qui tenent, aut asserunt, eamdem gloriosam & immaculatam Dei genitricem absque originalis peccati macula fuisse conceptam, mortaliter peccare, vel esse hæreticos: ejusdem immaculatæ conceptionis officium celebrantes, audientesque sermones illorum, qui eam sine hujusmodi macula conceptam esse affirmant, peccare graviter: sed & præfatis prædicationibus non contenti, confectos super his suis assertionibus libros in publicum ediderunt;

ex

Digitized by Google

ex quorum assertionibus & prædicationibus non levia scandala in mentibus fidelium exorta sunt, et majora merito exoriri formidantur indies. Nos igitur hujusmodi temerariis ausibus, ac perversis assertionibus ac scandalosis, quæ exinde in Dei ecclesia exoriri possunt, quantum nobis ex alto conceditur, obviare volentes, motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione & certa scientia, hujusmodi assertiones prædicatorum eorumdem & aliorum quorumlibet, qui affirmare præsumerent, eos qui crederent aut tenerent, eamdem Dei genitricem ab originalis peccati macula in sua conceptione præservatam fuisse, propterea alicujus hæresis labe pollutos fore, vel mortaliter peccare: aut hujusmodi officium conceptionis celebrantes, seu hujusmodi sermones audientes, alicujus peccati reatum incurrere, utpote falsas & erroneas, & à veritate penitus alienas, editosque desuper libros prædictos id continentes, quoad hoc, auctoritate apostolica, tenore præsentium reprobamus & damnamus, ac motu, scientia & auctoritate prædictis statuimus & ordinamus, quod prædicatores verbi Dei, & quicumque alii, cujuscumque status, gradus, aut ordinis ac conditionis fuerint, qui de cetero ausu temerario præsumpserint in eorum sermonibus ad populum, seu alias quomodolibet affirmare, hujusmodi sic per nos improbatas & damnatas assertiones veras esse, aut dictos libros pro veris legere, tenere, vel habere, postquam de præsentibus scientiam habuerint, excommunicationis sententiam eo ipso incurrant, à qua ab alio, quam à Romano Pontifice (nisi in mortis articulo) nequeant absolutionis beneficium obtinere. Item motu, scientia, & auctoritate similibus, simili pœnæ ac censuræ subjicientes eos, qui ausi fuerint

Digitized by Google

rint asserere, contrariam opinionem tenentes, videlicet gloriosam virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptam, hæresis crimen, vel peccatum incurrere mortale: cum nondum sit à Romana ecclesia & apostolica sede decisum: non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis contrariis quibuscumque, quibus communiter vel divisim à sede apostolica indultum existat, quod interdici, suspendi vel excomunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam ac expresam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Et ne de præmissis aliquando valeant ignorantiam allegare; volumus, quod locorum ordinarii requisiti, præsentes litteras in ecclesiis consistentibus in eorum civitatibus, & suarum diœcesum locis insignibus, dum major ibi multitudo populi ad divina convenerit, sermonibus ad populum mandent & faciant publicari. Præterea, quia difficile foret præsentes litteras ad singula loca, in quibus expediens fuerit, deferre: etiam volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod earumdem litterarum transumpto, manu publici notarii confecto, & authentico alicujus prælati ecclesiastici sigillo munito, ubique stetur, prout staretur eisdem originalibus litteris, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reprobationis, damnationis, statuti, ordinationis, voluntatis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ 1483. pridie nonas Septembr. pontificatus nostri anno 13.

CON-

Digitized by Google

CONCILIUM LATERANENSE
SUB INNOCENTIO III (ann. 1215.)

Canone 10. *de prædicatoribus instituendis.*

(a) Inter cetera, quæ spectant ad salutem populi Christiani, pabulum verbi Dei permaxime noscitur sibi esse necessarium, quia sicut corpus materiali, sic anima spirituali cibo nutritur; eo quod non in solo pane vivat homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei: unde cum sæpe contingat, quod episcopi, propter occupationes multiplices, vel invalétudines corporales, aut hostiles incursiones, seu occasiones alias, (ne dicamus defectum scientiæ, quod in eis, est reprobandum omnino, nec de cetero tolerandum) per se ipsos non sufficiunt ministrare populo verbum Dei, maxime per amplas diœceses & diffusas, generali constitutione sancimus, ut episcopi viros idoneos ad sanctæ prædicationis officium salubriter exsequendum assumant, potentes in opere & sermone, qui plebes sibi commissas vice ipsorum, cum per se idem nequiverint, solicite visitantes, eas verbo ædificent & exemplo quibus ipsi, cum indiguerint, necessaria ministrent, ne pro necessariorum defectu compellantur desistere ab incepto. Unde præcipimus tam in cathedralibus quam in aliis conventualibus ecclesiis viros idoneos ordinari, quos episcopi possint coadjutores & cooperatores habere, non solum in prædicationis officio, verum etiam in audiendis confessionibus, &

(a) Ad sess. 5. de reform. cap. 2.

Digitized by Google

pœnitentiis injungendis, ac ceteris, quæ ad salutem pertinent animarum. Si quis autem hoc neglexerit adimplere, districtæ subjaceat ultioni.

Lib. 1. Decretalium, tit. de electione & electi potestate.

CAP. VII. (ann. 1177.)

(a) Cum in cunctis sacris ordinibus, & ecclesiasticis ministeriis, sint ætatis maturitas, gravitas morum, & litterarum scientia inquirenda; multo fortius in episcopo hæc oportet inquiri: qui ad aliorum curam positus, in se ipso debet ostendere, qualiter alios in domo Dei oporteat conversari. Eapropter, ne quod de quibusdam pro necessitate temporis factum est, trahatur à posteris in exemplum; præsenti decreto statuimus, ut nullus in episcopum eligatur, nisi qui jam trigesimun annum ætatis exegerit, & de legitimo matrimonio sit natus: qui etiam vita & scientia commendabilis demonstretur.

Ibid. §. Inferiora 2.

(b) Inferiora etiam ministeria, ut puta decanatum archidiaconatum, & alia, quæ curam animarum habent annexam, nullus omnino suscipiat, sed nec parochialis ecclesiæ regimen, nisi qui jam vigesimum quintum annum ætatis attigerit, & scientia & moribus commendandus existat: cum autem assumptus fuerit; si archidiaconus in diaconum, & decanus & reliqui admoniti non fuerint prefixo à canonibus tempore in presbyteros ordinati; & ab isto removeantur of-

(a) Ad sess. 7. de reform. c. 1. (b) Ad sess. 24. de ref. c. 12.

Digitized by Google

officio, & aliis conferatur, qui & velint & possint illud convenienter implere. Nec prosit eis appellationis refugium, si forte in constitutionis istius transgressionem per appellationem voluerint se tueri. Hoc sane non solum de promovendis, sed etiam de his, qui jam promoti sunt, si canones non obsistant, præcipimus observari.

Lib. 3. Decretal. de clericis non residentibus.

CAP. III. (ann. 1179.)

(a) Quia nonnulli modum avaritiæ non ponentes, dignitates diversas ecclesiasticas & plures ecclesias parochiales, contra sacrorum canonum instituta nituntur accipere, ut cum unum officium vix implere sufficiant, stipendia sibi vindicent plurimorum: ne id de cetero fiat, districtius inhibemus. Cum igitur ecclesia vel ecclesiasticum ministerium committi debuerit, talis ad hoc persona quæratur, quæ residere in loco, & curam ejus per seipsam valeat exercere. Quod si aliter actum fuerit, & qui receperit, quod contra sacros canones accepit, amittat; & qui dederit, largiendi potestate privetur.

In sexto, de electione & electi potestate.

CAP. XIV. (ann. 1274.)

(b) Licet canon, à felicis recordationis Alexandro papa III. prædecessore nostro editus, inter cetera statuerit, ut nullus regimen ecclesiæ parochialis suscipiat,

(a) Ad sess. 7. de reform. c. 3. (b) Ad sess. 7. de reform. c. 3.

Digitized by Google

piat, nisi vigesimum quintum ætatis annum attigerit, ac scientia & moribus commendandus existat; quodque talis ad regimen assumptus hujusmodi, si monitus non fuerit præfixo á canonibus tempore in presbyterum ordinatus; à regiminis ejusdem amoveatur officio, & alii conferatur. Quia tamen in observatione canonis memorati se multi exhibent negligentes; nos, periculosam illorum negligentiam volentes juris executione suppleri, præsenti decreto statuimus, ut nullus ad regimen parochialis ecclesiæ assumatur, nisi sit idoneus moribus, scientia & ætate; decernentes, collationes de parochialibus ecclesiis iis, qui non attigerint vigesimum quintum annum, de cetero faciendas, viribus omnino carere. Is etiam, qui ad ejusmodi regimen assumetur, ut gregis sibi crediti diligentius curam quærere possit, in parochiali ecclesia, cujus rector exstiterit, residere personaliter teneatur: & intra annum, à sibi commissi regiminis tempore numerandum, se faciat ad sacerdotium promoveri. Quod si intra idem tempus promotus non fuerit, ecclesia sibi commissa (nulla etiam præmissa monitione) sit præsentis constitutionis auctoritate privatus. Super residentia vero, ut præmittitur, facienda, possit ordinarius gratiam dispensationis ad tempus facere, prout causa rationabilis id exposcit.

Lib. 3. Decretal. de præbendis & dignitatibus.

CAP. XXIX. (ann. 1216.)

(a) Grave nimis est & absurdum, quod quidam ecclesiarum prælati, cum possint viros idoneos ad ecclesiarum

(a) Ad sess. 7. de reform. cap. 3.

Digitized by Google

clesiastica beneficia promovere, assumere non verentur indignos, quibus nec morum honestas nec litterarum scientia suffragatur, carnalitatis sequentes affectum, non judicium rationis: unde quanta ecclesiis damna proveniant, nemo sanæ mentis ignorat. Volentes igitur huic morbo mederi, præcipimus, ut, prætermissis indignis, idoneos assumant, qui Deo & ecclesiis velint & valeant gratum impendere famulatum; fiatque de hoc in provinciali concilio diligens inquisitio annuatim; ita, ut qui post primam & secundam correptionem fuerit repertus culpabilis, à beneficiis conferendis per ipsum concilium suspendatur, instituta in eoden concilio persona provida & honesta, quæ suspensi suppleat defectum in beneficiis conferendis. Et hoc ipsum circa capitula, quæ in his deliquerint, observetur. Metropolitani vero delictum superioris judicio relinquatur, ex parte concilii nuntiandum. Ut autem hæc salubris provisio pleniorem consequatur effectum, hujusmodi suspensionis sententia, præter Romani pontificis auctoritatem, aut proprii patriarchæ, minime relaxetur, ut in hoc quoque quatuor patriarchales sedes specialiter honorentur.

Lib. 3. Decretal. de præbendis & dignitatibus.

CAP. XXVIII. (ann. 1216.)

(a) De multa providentia fuit in Lateranensi concilio prohibitum, ut nullus diversas dignitates ecclesiasticas, vel plures ecclesias parochiales reciperet, contra sacrorum canonum instituta: alioquin re-

(a) Ad sess. 7. de reform. cap. 4.

Digitized by Google

recipiens sic acceptum amitteret, & largiendi potestate conferens privaretur. Quia vero propter præsumptiones & quorumdam cupiditates, nullus hactenus, aut rarus, de prædicto statuto fructus provenit: nos evidentius & expressius ocurrere cupientes, præsenti decreto statuimus; ut, quicumque receperit aliquod beneficium, curam habens animarum annexam, si prius tale beneficium habebat, eo sit ipso jure privatus: & si forte illud retinere contenderit, etiam alio spolietur. Is quoque, ad quem prioris spectat donatio, illud post receptionem alterius libere conferat, cui merito viderit conferendum: & si ultra sex menses conferre distulerit, non solum ad alios secundum Lateranensis concilii statutum ejus collatio devolvatur, verum etiam tantum de suis cogatur proventibus in utilitatem ecclesiæ, cujus est illud beneficium, asignare, quantum á tempore vacationis ipsius constiterit esse perceptum. Hoc idem in personatibus esse decernimus observandum: addentes, ut in eadem ecclesia nullus plures dignitates aut personatus habere præsumat, etiam si curam non habeant animarum: circa sublimes tamen & litteratas personas, quæ majoribus beneficiis sunt honorandæ; cum ratio postulaverit, per sedem apostolicam poterit dispensari.

In sexto, lib. 1. tit. 16. de officio ordinarii.

CAP. III. (ann. 1274.)

(a) Ordinarii locorum subditos suos plures dignitates, vel ecclesias, quibus animarum cura imminet, ob-

(a) Ad sess. 7. de reform. cap. 5.

Digitized by Google

obtinentes, seu personatum aut dignitatem cum alio beneficio, cui cura similis est annexa, districte compellant dispensationes, auctoritate quarum hujusmodi ecclesias, personatus, seu dignitates canonice tenere se asserunt, intra tempus, pro facti qualitate ipsorum ordinariorum moderandum arbitrio, exhibere. Quod si forte, justo impedimento cessante, nullam dispensationem intra idem tempus contigerit exhiberi, ecclesiæ beneficia, personatus, seu dignitates, quæ sine dispensatione aliqua eo ipso illicite detineri constabit, per eos, ad quos eorum collatio pertinet, libere personis idoneis conferantur. Ceterum si dispensatio exhibita sufficiens evidenter appareat, exhibens nequaquam in beneficiis hujusmodi, quæ canonice obtinet, molestetur. Provideat tamen ordinarius, qualiter nec animarum cura in eisdem ecclesiis, personatibus, seu dignitatibus negligatur; nec beneficia ipsa debitis obsequiis defraudentur. Si vero de dispensationis exhibitæ sufficientia dubitetur, super hoc erit ad sedem apostolicam recurrendum; cujus est æstimare, quem modum sui beneficii esse velit. In conferendis insuper personatibus, dignitatibus & aliis beneficiis curam habentibus animarum annexam, iidem ordinarii diligentiam illam observent, ut personatum, dignitatem, vel aliud beneficium similem curam habens animarum, alicui plura similia obtinenti non ante conferre præsumant, quam eis super obtentis dispensatio evidenter sufficiens ostendatur: qua etiam ostensa, ita demum ad collationem procedi volumus, si appareat per eamdem, quod is, cui est collatio facienda, hujusmodi personatum, dignitatem, vel beneficium retinere libere valeat cum obtentis; vel si ea, quæ sic obtinet, libere ac sponte resignet. Aliter autem de per-

Digitized by Google

sonatibus, dignitatibus, & beneficiis talibus facta collatio, nullius penitus sit momenti.

In sexto, de privilegiis.

CAP. I. (ann. 1245.)

(a) Volentes libertatem (quam nonnullis apostolica sedes privilegio exemptionis indulsit) sic integram observari, ut & illam alii non infringant, & ipsi ejus limites non excedant, declaratione irrefragabili definimus, quod quantumcumque sic exempti gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti, sive contractus aut rei, de qua contra ipsos agitur, rite possunt coram locorum ordinariis conveniri, & illi, quoad hoc, suam in ipsos jurisdictionem (prout jus exigit) exercere.

Numquid ergo carent omnino in his commodo libertatis? Non utique: quia nec coram ordinariis ipsis, dummodo sit in locum exempto commissum delictum, vel contractus initus, aut res litigiosa, nec ubi domicilium habent, si alibi delinquant vel contrahant, aut res ipsa consistat, conveniri possunt aliquatenus super istis: nec domiciliorum prætextu locorum diœcesani (si ubi deliquerunt, vel contraxerunt, aut res ipsa consistit, illi conveniantur) remittendi eos illuc, vel ipsis, ut illic respondeant, injungendi habeant aliquam potestatem; salvis nihilominus casibus aliis, in quibus eos episcoporum jurisdictioni subesse canonica præcipiunt instituta. Et idipsum decernimus circa illos, quibus, ut non nisi sub uno judice teneantur de se conquerentibus respon-

(a) Ad sess. 7. de reform. c. 14.

Digitized by Google

pondere, apostolico privilegio est concessum. In eos autem, quibus, ne interdici, suspendi, vel excommunicari à quoquam valeant, à sede apostolica est indultum (sicut sunt religiosi quamplures) in quorum privilegiis continentur, ne quisquam episcopus vel archiepiscopus monasteriorum suorum monachos pro ulla causa ullove loco interdicere, suspendere, vel excommunicare præsumat: iidem ordinarii jurisdictionem suam, quantum ad ista, ubicumque illi fuerint, penitus exercere non possunt: nisi forsan ipsi monachi ad monasteriorum suorum prioratus ordinariis iisdem subjectos fuerint destinati. Tunc enim, etsi libere possint ad eadem monasteria revocari, ac tam illorum, quam ipsorum prioratuum monachi reputentur (cum non sit inconveniens aliquem utrobique locum habere monachicum) unum alteri subesse monasterio, vel ab ipso noscitur dependere, ratione tamen eorumdem prioratuum dicti ordinarii sua jurisdictione in ipsis etiam quoad præmissa (quamdiu morantur in iis) licite uti possunt.

In Clementinis, lib. 3. tit. 11. *de religiosis domibus.*

CAP. I. (ann. 1311.)

(*a*) Quia contingit interdum, quod xenodochiorum, leprosariarum, eleemosynariarum, seu hospitalium rectores, locorum ipsorum cura postposita, bona, res & jura ipsorum interdum ab occupatorum & usurpatorum manibus excutere negligunt, quin imo ea collabi & deperdi, domos & ædificia ruinis deformari permittunt: & non attento, quod loca ipsa

(*a*) Ad sess. 7. de reform. c. 15. & sess. 25. de reform. c. 8.

Digitized by Google

ad hoc fundata & fidelium erogationibus dotata fuerunt, ut pauperes infectique lepra reciperentur inibi, & ex proventibus sustentarentur illorum, id renuunt inhumaniter facere, proventus eosdem in usus suos damnabiliter convertentes; cum tamen ea, quæ ad certum usum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium (salva quidem sedis apostolicæ auctoritate) converti: nos incuriam & abusum hujusmodi detestantes, hoc sacro concilio approbante sancimus, ut ii, ad quos id de jure vel statuto, in ipsorum fundatione locorum apposito, aut ex consuetudine præscripta legitime, vel privilegio sedis apostolicæ pertinet, loca ipsa studeant in prædictis omnibus salubriter reformare: ac occupata, deperdita & alienata indebite, in statum reduci debitum faciant: & ad ipsarum miserabilium personarum receptionem & sustentationem debitam, juxta facultates & proventus locorum ipsorum, rectores prædictos compellere non omittant. In quo si forte commiserint negligentiam vel defectum, ordinariis locorum injungimus, ut, etiam si pia loca prædicta exemptionis privilegio munita consistant, per seipsos vel alios impleant omnia præmissa & singula, & rectores eosdem, utique non exemptos, propria, exemptos vero & alios privilegiatos, apostolica ad id auctoritate compellant: contradictores, cujuscumque status aut conditionis exsistant, ac præbentes eisdem circa præmissa consilium, auxilium, vel favorem, per censuram ecclesiasticam, & aliis juris remediis compescendo; nullum tamen per hoc exemptionibus seu privilegiis ipsis, quoad alia, præjudicium generando. Ut autem præmissa promptius observentur, nullus ex locis ipsis sæcularibus clericis in beneficium conferatur; etiam si de consuetudine

(quam,

Digitized by Google

(quam reprobamus penitus) hoc fuerit observatum: nisi in illorum fundatione secus fuerit constitutum, seu per electionem sit de rectore locis hujusmodi providendum. Sed eorum gubernatio viris providis, idoneis, & boni testimonii committatur, qui sciant, velint, & valeant loca ipsa, bona eorum ac jura utiliter regere, & eorum proventus & reditus in personarum usum miserabilium fideliter dispensare, & quos in usus alios bona prædicta convertere præsumptio verisimilis non existat: in quibus sub obtestatione divini judicii, illorum, ad quos dictorum locorum commissio pertinet, conscientias oneramus. Illi etiam, quibus dictorum locorum gubernatio seu administratio committetur, ad instar tutorum & curatorum juramentum præstare, ac de locorum ipsorum bonis inventaria conficere, & ordinariis seu aliis, quibus subsunt loca hujusmodi, vel deputandis ab eis, annis singulis de administratione sua teneantur reddere rationem. Quod si secus à quoquam fuerit attentatum, collationem, provisionem, seu ordinationem ipsam carere decernimus omni robore firmitatis. Præmissa vero ad hospitalia militarium ordinum, aut religiosorum etiam aliorum extendi minime volumus: quorum tamen hospitalium rectoribus in sanctæ obedientiæ virtute mandamus, ut in illis secundum suorum ordinum instituta & antiquas observantias providere pauperibus, & hospitalitatem debitam in illis tenere procurent: ad quod per superiores eorum arcta districtione cogantur, statutis aut consuetudinibus quibuslibet non obstantibus in præmissis. Ceterum nostræ intentionis exsistit, quod si quæ hospitalia, altare, vel altaria, & cœmeterium ab antiquo habentia, & presbyteros celebrantes, & sacramenta ecclesiastica pauperibus minis-

Digitized by Google

nistrantes, seu, si parochiales rectores consueverint in illis exercere præmissa, antiqua consuetudo servetur, quoad exercenda & ministranda spiritualia supradicta.

CONCILIUM LATERANENSE

SUB INNOCENTIO III.

CAP. XXII. ✠ *De pœnit. & remiss.* (ann. 1216.)

(*a*) Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata confiteatur fideliter, saltem semel in anno (*b*) proprio sacerdoti, & injunctam sibi pœnitentiam studeat pro viribus adimplere, suscipiens reverenter ad minus in pascha Eucharistiæ sacramentum, nisi forte de consilio proprii sacerdotis, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus ab ejus perceptione duxerit abstinendum: alioquin & vivens ab ingressu ecclesiæ arceatur, & moriens Christiana careat sepultura. Unde hoc salutare statutum frequenter in ecclesiis publicetur, ne quispiam ignorantiæ cæcitate velamen excusationis assumat. Si quis autem alieno sacerdoti voluerit justa de causa sua confiteri peccata,

(*a*) Ad sess. 13. de Euch. can. 9. & sess. 14. de pœn. can. 8.

(*b*) Id est *parocho*. Cap. *Ut dominicis* 2. ✠ de paroch. cap. *Nuper* 29. ✠ de sent. excomm. cap. *Vices* 2. de treuga & pac. int. extrav. comm. & cap. *Intes cunctas* 1. de privil. int. extrav. comm. Verum ad episcopum extendi docent c. *Et temporis* 48. cau. 16. q. 1. c. *Relatio* 5. caus. 21. q. 1. cap. *Licet* 3. ✠ de feriis & cap. *Nullus* 3. ✠ de paroch. quippe cui totius plebis animæ sunt commissæ: c. *Quæcumque* 5, caus. 10. q. 1. & c. *Præcipimus* 24. caus. 12. q. 1. quin & parochi nomine venit in concil. Vernens. passim.

Digitized by Google

ta, licentiam prius postulet & obtineat à proprio sacerdote, cum aliter ille ipsum non possit solvere vel ligare.

Lib. 3. Clem. de vita & honestate clericorum.

CAP. II. (ann. 1311.)

(a) Quoniam, qui, abjectis vestibus proprio congruentibus ordini, alias assumere, & in publico portare rationabili causa cessante præsumit, professorum illius ordinis prærogativa se reddit indignum; præsenti constitutione sancimus, quod quicumque clericus virgata vel partita veste publice utetur (nisi causa rationabilis subsit) si beneficiatus exstiterit, per sex menses à perceptione fructuum beneficiorum, quæ obtinet, sit eo ipso suspensus: si vero beneficiatus non fuerit, in sacris tamen ordinibus citra sacerdotium constitutus, per idem tempus reddatur eo ipso inhabilis ad ecclesiasticum beneficium obtinendum.

Idem quoque censemus de clericis aliis, vestem talem, simul & tonsuram publice deferentibus clericalem. Dignitatem vero, personatum, seu beneficium aliud obtinens, cui cura immineat animarum, nec non ceteri in sacerdotio constituti, ac religiosi quilibet, quos oportet per decentiam habitus extrinseci morum intrinsecam honestatem ostendere, si (præterquam ex causa rationabili) publice vestem ferant hujusmodi, aut infulam seu pileum lineum publice portent in capite; sint eo ipso, beneficiati videlicet, à perceptione fructuum beneficiorum, quæ obtinent, sus-

(a) Ad sess. 14. de reform. c. 6.

Digitized by Google

suspensi per annum. Ceteri vero sacerdotes & religiosi quilibet, per idem tempus reddantur inhabiles ad quodcumque beneficium ecclesiasticum obtinendum. Sed & tales & ceteri quicumque clerici utentes epitogio seu tabardo foderato usque ad oram, & ita brevi, quod vestis inferior notabiliter videatur, epitogium ipsum sæculares clerici & religiosi, administrationem habentes, teneantur intra mensem dare pauperibus: ceteri vero religiosi, adminstrationem non habentes, intra idem tempus illud teneantur suis superioribus assignare, in pios usus aliquos convertendum. Alioquin beneficiati suspensionis, ceteri vero inhabilitatis pœnas prædictas, per idem tempus se noverint incurrisse.

Huic insuper adjicimus sanctioni, ut clerici, præsertim beneficiati, caligis scacatis, rubeis, aut viridibus publice non utantur.

Lib. 3. Decretal. de ecclesiis ædificandis.

CAP. III. (ann. 1170.)

(a) Ad audientiam nostram noveris pervenisse, quod villa, quæ dicitur H., tantum perhibetur ab ecclesia parochiali distare, ut tempore hiemali, cum pluviæ inundant, non possint parochiani sine magna difficultate ipsam adire: unde non valeant congruo tempore ecclesiasticis interesse officiis. Quia igitur dicta ecclesia ita dicitur redditibus abundare, quod præter illius villæ proventus minister illius convenienter valet sustentationem habere, mandamus, quatenus si res ita se habet, ecclesiam ibi ædifices, & in

(a) Ad sess. 21. de reform. c. 4.

Digitized by Google

in ea sacerdotem, sublato appellationis obstaculo, ad præsentationem rectoris ecclesiæ majoris, cum canonico fundatoris assensu instituas, ad sustentationem suam ejusdem villæ obventiones ecclesiasticas percepturum; providens tamen ut competens in ea honor pro facultate loci matrici ecclesiæ servetur: quod quidem fieri posse videtur, cum ejusdem villæ dominus viginti arras terræ frugiferæ velit ad usus sacerdotis conferre. Si vero persona matricis ecclesiæ virum idoneum præsentare distulerit, vel opus illud voluerit impedire; tu nihilominus facias idem opus ad perfectionem deduci, & virum bonum, appellationis cessante diffugio, instituere non omittas.

Lib. 1. *Clement. De ætate & qualitate & ordine præficiendorum.*

CAP. II. (ann. 1311.)

(*a*) Ut ii, qui divinis cathedralibus vel collegiatis, sæcularibus vel regularibus ecclesiis sunt mancipati officiis, vel mancipabuntur in posterum, ad suscipiendos sacros ordines propensius inducantur: statuimus, ut nullus de cetero in hujusmodi ecclesiis vocem in capitulo habeat (etiam si hoc sibi ab aliis liberte concedatur) nisi saltem in subdiaconatus ordine fuerit constitutus. Illi vero, qui dignitates, personatus, officia, vel præbendas, quibus certi ordines sunt annexi, pacifice nunc obtinent in eisdem ecclesiis, vel obtinuerint in futurum, nisi (justo impedimento cessante) ad hujusmodi ordines se promove-

(*a*) Ad sess. 22. de reform. c. 4.

Digitized by Google

ri fecerint, intra annum, ex tunc, donec ad eos promoti fuerint, nullo modo vocem in capitulo habeant earumdem; ipsisque distributionum, quæ dantur his, qui certis horis intersunt, pars dimidia subtrahatur, non obstantibus quibuslibet consuetudinibus vel statutis: pœnis aliis, quæ contra tales promoveri ad ordines recusantes, statuuntur in jure, nihilominus in suo robore permansuris.

In sexto. lib. 2. tit. De appellationibus.

CAP. III. (ann. 1245.)

(a) Romana ecclesia (*& infra.*) Cum suffraganeorum Rhemensis ecclesiæ, suorumque oficialium (qui generaliter de causis ad ipsorum forum pertinentibus eorum vices supplendo cognoscunt) unum & idem consistorium sive auditorium sit censendum: ab ipsis officialibus, non ad dictos suffraganeos (ne ab eisdem ad seipsos interponi appellatio videatur) sed de jure ad Rhemensem est curiam appellandum. Ab archidiaconis vero, aliisque inferioribus prælatis, suffraganeis subjectis eisdem, & eorum officialibus, ad suffraganeos ipsos debet, & non ad eamdem curiam (omissis dictis suffraganeis) appellari; nisi aliud Rhemensi ecclesiæ de consuetudine competat in hac parte. Cum autem ad præfatam curiam ab eorumdem suffraganeorum vel suorum oficialium audientia fuerit appellatum, Rhemensis archiepiscopus (qui pro tempore fuerit) vel officialis ipsius nullatenus in appellationis causa interpositæ, ante difinitivam sententiam, citent partes, nec etiam aliis illam commit-

(a) Ad sess. 22. de reform. c. 7.

Digitized by Google

mittant, appellationis ejusdem causa probabili seu legitima non expressa.

Si vero vocatis partibus, vel nullatenus, aut non intra decem dies post interlocutoriam vel difinitivam sententiam appellatum fuisse, seu aliquid aliud simile, sicque non esse per appellationem ad eumdem archiepiscopum vel ejus officialem devolutum negotium proponatur: iidem (nisi prius ipsis constiterit causam ipsam ad eos totaliter fuisse delatam) prohibere, ne in causa illa, vel ne ad executionem procedatur sententiæ non præsumant.

Quod si objiciatur ex injusta causa, seu minus legitima, ante sententiam appellationem interpositam exstitisse, & ex eo non esse appellationem hujusmodi admittendam: nequeunt prædicti archiepiscopus vel ejus officialis prohibere, ne procedatur in causa, nisi prius appellatione recepta velut emissa ex causa probabili, cognoscere incipiant de causa hujusmodi, an sit vera. Si autem post sententiam in casibus à jure prohibitis (utpote à sententia super manifesto & notorio crimine, vel de quo quis in jure confessus extitit, promulgata) vel consimilibus appellatum fuisse dicatur: possunt, ne sententia executioni mandetur (postquam cognoscere cœperint, utrum sit recipienda, vel non appellatio, ab eo interposita) inhibere. In alium quoque, qui circa rem, de qua inter appellantem & appellatum controversia vertitur, aliquid post eorum inhibitionem attentat, non valet occasione hujusmodi jurisdictionem aliquam vendicare. Cum vero is, qui ad Rhemensem curiam super aliqua causa vocem appellationis emittit, nihilominus in causis aliis ordinarii sui jurisdictioni subjiciatur: Rhemensis archiepiscopus vel officialis ipsius nequaquam jurisdictionem ipsam

Digitized by Google

in aliis impediant, ut ab ejusdem ordinarii potestate totaliter eximant taliter appellantem. Debet autem ad eos ab episcopis præfatæ provinciæ super causis, in quibus temporalem jurisdictionem exercent, nisi forte de consuetudine aut privilegio, sive jure alio speciali sit appellandum ad alium, appellari. Sententias quoque interdicti vel suspensionis seu excommunicationis in appellantem ab eo, à quo appellatum proponitur, promulgatas, nullatenus, nisi vocatis partibus, & de appellatione legitime cognita, revocent, aut denuntient esse nullas. Cum autem ad Rhemensem archiepiscopum ab audientia suffraganei sui super aliqua causa fuerit ante sententiam appellatum; idem archiepiscopus (postquam de appellatione cognita constiterit eam minus rationabilem exstitisse) causam ad eumdem suffraganeum remittere non postponat.

Bonifacius VIII. In sexto, lib. 3. tit. 2. de clericis conjugatis.

CAP. UNIC.

(a) Clerici, qui cum unicis & virginibus contraxerunt, si tonsuram & vestes deferunt clericales, privilegium retineant (b) canonis ab Innocentio secundo prædecessore nostro editi in favorem totius ordinis clericalis. Et cum juxta (c) Parisiense concilium nullus clericus distringi debeat, aut condemdari à judice sæculari; præsenti declaramus edicto, hujusmodi clericos conjugatos pro commissis ab eis excessi-

(a) Ad sess. 23. de reform. c. 6. (b) C. *Si quis suadente*, 29. caus. 17. q. 4. (c) Cap. *Nullus* 2. de for. compet.

Digitized by Google

sibus vel delictis trahi non posse criminaliter aut civiliter ad judicium sæculare: nec ab ipsis sæcularibus judicibus eos debere personaliter vel etiam pecunialiter (ne per unam viam concedatur eisdem judicibus, quod per aliam denegatur) ullatenus condemnari. In ceteris autem, vel nisi, ut præmittitur, tonsuram vel vestes ferant clericales, etiam in præmissis eos gaudere nolumus privilegio clericali.

Gregorius X. in generali concilio Lugdunensi. In 6. lib. 3. tit. 20. De censibus & exactionibus.

CAP. II. (ann. 1274.)

(a) Exigit perversorum audacia, ut non simus sola delictorum prohibitione contenti, sed etiam pœnam delinquentibus imponamus. Constitutionem itaque felicis recordationis Innocentii papæ IV. prædecessoris nostri, editam super non recipiendis in pecunia procurationibus, ac super receptione munerum, visitantibus, eorumque familiaribus interdicta, quam multorum fertur temeritas præterire, volentes inviolabiliter observari, eam decernimus pœne adjectione juvandam: statuentes, ut universi & singuli, qui ob procurationem sibi ratione visitationis debitam exigere pecuniam, vel etiam à volente recipere, vel alias constitutionem ipsam recipiendo munera, sive visitationis officio non impenso, procurationem in victualibus, aut aliquid aliud procurationis occasione, violare præsumpserint, duplum ejus, quod receperint, ecclesiæ, à qua id receptum fuerit, intra mensem reddere teneantur. Alioquin ex tunc patriar-

chæ,

(a) Ad sess. 24. de reform. cap. 3.

Digitized by Google

chæ, archiepiscopi, episcopi, duplum ipsum ultra prædictum tempus restituere differentes, ingressum sibi ecclesiæ sentiant interdictum. Inferiores vero ab officio & beneficio noverint se suspensos, quousque de duplo hujusmodi gravatis ecclesiis plenariam satisfactionem impendant, nulla eis in hoc dantium remissione, liberalitate, seu gratia valitura.

Ex concilio Lateran. sub Innocent. III. cap. 8. & lib. 5. decretalium, tit. 1. de accusationibus & inquisitionibus.

CAP. XXIV. (ann. 1216.)

(*a*) Qualiter & quando debeat prælatus procedere ad inquirendum & puniendum subditorum excessus, ex auctoritatibus novi & veteris testamenti colligitur evidenter, ex quibus postea processerunt canonicæ sanctiones, sicut olim aperte distinximus, & nunc sacri approbatione concilii confirmamus. Legitur enim in evangelio, quod villicus ille, qui diffamatus erat apud dominum suum, quasi dissipasset bona ipsius, audivit ab illo: (*b*) *Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ, jam enim non poteris amplius villicare.* Et in genesi Dominus ait: (*c*) *Descendam, & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverint.* Ex quibus auctoritatibus manifesto comprobatur, quod non solum cum subditus, verum etiam cum prælatus excedit, si per clamorem & famam ad aures superioris pervenerit, non quidem à malevolis & maledicis, sed à providis & hones-

(*a*) Ad sess. 24. de reform. cap. 5. (*b*) Lucæ 16. ℣. 2. (*c*) Genes. 18. ℣. 21.

Digitized by Google

nestis; nec semel tantum, sed sæpe (quod clamor innuit, & diffamatio manifestat) debet coram ecclesiæ senioribus veritatem diligentius perscrutari; ut si rei poposcerit qualitas, canonica districtio culpam feriat delinquentis, non tamquam idem sit accusator & judex, sed quasi deferente fama, vel denuntiante clamore, officii sui debitum exsequatur. Licet autem hoc sit observandum in subditis, diligentius tamen observandum est in prælatis, (a) qui quasi signum sunt positi ad sagitam. Et quia non possunt omnibus complacere, cum ex officio teneantur non solum arguere, sed etiam increpare; quin etiam interdum suspendere, nonnumquam vero ligare, frequenter odium multorum incurrunt, & insidias patiuntur. Et ideo sancti patres provide statuerunt, ut accusatio prælatorum non facile admittatur; ne concussis columnis, corruat ædificium; nisi diligens adhibeatur cautela, per quam non solum falsæ, sed etiam malignæ criminationi janua præcludatur. Verum ita voluerunt providere prælatis, ne criminarentur injuste, ut tamen caverent, ne delinquerent insolenter, contra morbum utrumque invenientes congruam medicinam, videlicet ut criminalis accusatio, quæ ad diminutionem capitis (id est degradationem) intenditur, nisi legitima præcedat inscriptio, nullatenus admittatur. Sed cum super excessibus suis quisquam fuerit infamatus, ita ut jam clamor adscendat, qui diutius sine scandalo dissimulari non possit, vel sine periculo tolerari, absque dubitationis scrupulo ad inquirendum & puniendum ejus excessus, non ex odii fomite, sed charitatis procedatur affectu; quatenus, si fuerit gravis excessus, etsi non degradetur ab

(a) Trid. 3. 7. 12

Digitized by Google

ab ordine, ab administratione tamen amoveatur omnino : quod est, secundum evangelicam sententiam, à villicatione villicum amoveri, qui non potest villicationis suæ dignam reddere rationem. Debet igitur esse præsens is, contra quem facienda est inquisitio, nisi se per contumaciam absentaverit: & exponenda sunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, ut facultatem habeat defendendi se ipsum. Et non solum dicta, sed etiam nomina ipsa testium sunt ei, ut, quid, & à quo sit dictum, appareat, publicanda : nec non exceptiones & replicationes legitimæ admittendæ, ne per suppressionem nominum, infamandi, per exceptionum vero exclusionem, deponendi falsum audacia præbeatur. Ad corrigendos itaque subditorum excessus, tanto diligentius debet prælatus assurgere, quanto damnabilius eorum offensas desereret incorrectas, contra quos, ut de notoriis excessibus taceatur, etsi tribus modis possit procedi, per accusationem videlicet, denuntiationem, & inquisitionem ipsorum: ut tamen in omnibus diligens abhibeatur cautela, ne forte per leve compendium ad grave dispendium veniatur : sicut accusationem legitima præcedere debet inscriptio, sic & denuntiationem charitativa admonitio, & inquisitionem clamosa insinuatio prævenire; illo semper adhibito moderamine, ut juxta formam judicii, sententiæ quoque forma dictetur. Hunc tamen ordinem circa regulares personas non credimus usquequaque servandum, quæ, cum causa requirit, facilius & liberius à suis possunt administrationibus amoveri.

Digitized by Google

Lib. 5. *decretal. tit.* 33. *De privilegiis & excess. privileg.*

CAP. XVI. (ann. 1213.)

(*a*) Cum capella ducis Burgundiæ gaudere dicatur hujusmodi privilegio, quod nullus archiepiscopus vel episcopus in personas canonicorum ejusdem capellæ suspensionis vel excommunicationis aut interdicti sententias audeat promulgare: quidam capellæ supradictæ canonici, qui parochiales ecclesias à te tenent, occasione privilegii prælibati, in his etiam, quarum jurisdictio ad te pertinet, ita se dicunt exemptos, ut quantumcumque graviter interdum excedant, tuæ correctioni recusent & sententiæ subjacere. Quocirca mandamus, quatenus in quantum exempti sunt ejusdem ratione capellæ, apostolicis privilegiis deferas reverenter; sed in quantum ratione parochialium ecclesiarum, vel alias jurisdictionem tuam respicere dignoscuntur, officii tui debitum in eosdem libere prosequaris.

In sexto, lib. 3. *tit.* 3. *De clericis non residentibus.*

CAP. UNIC. (ann. 1298.)

(*b*) Consuetudinem, quæ in quibusdam partibus inolevit, qua canonici & alii beneficiati, seu clerici cathedralium & aliarum collegiatarum ecclesiarum, distributiones quotidianas (quæ alias manualia beneficia seu victualia nuncupantur, & tantum residen-

(*a*) Ad sess. 24. de reform. c. 11. (*b*) Ad sess. 24. de ref. c. 12.

Digitized by Google

tibus tribuuntur) qualitercumque in civitatibus seu aliis locis (in quibus ipsæ consistunt ecclesiæ) sint præsentes, licet divinis officiis non intersint, ex integro percipiunt, ac si continue in ipsis ecclesiis in eisdem officiis deservirent, penitus improbantes, statuimus, ut distributiones ipsæ quotidianæ, in quibuscumque rebus consistant, canonicis ac aliis beneficiatis, & clericis ecclesiarum ipsarum, qui eisdem officiis in ipsis ecclesiis adfuerint, tribuantur juxta ecclesiæ cujuslibet ordinationem rationabilem, jam factam, seu etiam faciendam. Qui vero aliter de distributionibus ipsis quidquam receperit (exceptis illis, quos infirmitas, seu justa & rationabilis corporalis necessitas, aut evidens ecclesiæ utilitas excusaret) rerum sic receptarum dominium non acquirat, nec faciat eas suas, imo ad omnium restitutionem, quæ contra hujusmodi constitutionem nostram receperit teneatur. De distributionibus etiam pro defunctorum anniversariis largiendis, idem decernimus observandum.

In sexto, lib. 3. tit. 16. De statu regularium.

CAP. UNIC. (ann. 1298.)

(a) Periculoso & detestabili quarumdam monialium statui (quæ, honestatis laxatis habenis, & monachali modestia sexusque verecundia impudenter abjectis, extra sua monasteria nonnumquam per habitacula sæcularium personarum discurrunt, & frequenter infra eadem monasteria personas suspectas admittunt, in illius, cui suam integritatem volunta-

(a) Ad sess. 25. de regul. & monial. cap. 5.

Digitized by Google

tate spontanea devoverunt, gravem offensam, religionis opprobrium & scandalum plurimorum) providere salubriter cupientes, præsenti constitutione perpetuo irrefragabiliter valitura, sancimus, universas & singulas moniales, præsentes atque futuras, cujuscunque religionis sint vel ordinis, in quibuslibet mundi partibus exsistentes, sub perpetua in suis monasteriis debere de cetero permanere clausura, ita, quod nulli earum religionem tacite vel expresse professæ, sit vel esse valeat quacumque ratione vel causa (nisi forte tanto & tali morbo evidenter earum aliquam laborare constaret, quod non posset cum aliis absque gravi periculo seu scandalo commorari) monasteria ipsa deinceps egrediendi facultas: nullique aliquatenus inhonestæ personæ, nec etiam honestæ (nisi rationabilis & manifesta causa exsistat, ac de illius, ad quem pertinuerit, speciali licentia) ingressus vel accesus pateat ad easdem: ut sic à publicis & mundanis conspectibus separatæ, omnino servire Deo valeant liberius, & (lasciviendi opportunitate sublata) eidem corda sua & corpora in omni sanctimonia diligentius custodire. Sane ut hoc salutare statutum commodius valeat observari, districtius inhibemus, ne in monasteriis ordinum non mendicantium, aliquæ recipiantur de cetero in sorores, nisi quot poterunt de ipsorum monasteriorum bonis, sive proventibus absque penuria sustentari: si secus actum fuerit, irritum decernentes.

Verum quando abbatissa vel priorisa cujusvis monasterii, pro feudo, quod monasterium ipsum tenet ab aliquo principe, seu domino temporali, sibi debebit homagium vel fidelitatis sacramentum præstare (nisi quod per procuratorem illud præstet, possit efficere apud eum) de monasterio cum honesta & de-

Digitized by Google

centi societate exire poterit eo casu licenter, homagio facto, quam primum commode poterit, seu fidelitatis præstito sacramento, ad ipsum monasterium è vestigio reversura : sic, quod in fraudem residentiæ sive moræ claustralis nihil fiat omnino.

Porro ne moniales causam seu occasionem habeant evagandi, principes sæculares ac alios dominos temporales rogamus, requirimus & obsecramus per viscera misericordiæ Jesu Christi, eisdem in remissionem peccaminum nihilominus suadentes, quod abbatissas ipsas, & priorissas, ac moniales quascumque, monasteriorum suorum curam, administrationem, negotiave gerentes, quibuscumque nominibus censeantur, per procuratores in suis tribunalibus seu curiis litigare permittant: ne pro constituendis procuratoribus (qui atornati in aliquibus partibus nuncupantur) seu aliis hujusmodi, easdem oporteat evagari. Si qui vero contra præsumpserint, exhortationi hujusmodi rationabili atque sanctæ obtemperare nolentes, cum sit juri contrarium, quod mulieres (præsertim religiosæ) per seipsas litigare cogantur, & à via deviet honestatis, & periculum animarum inducat, ad hoc per suos ordinarios ecclesiasticos censura ecclesiastica compellantur. Episcopis autem, & aliis prælatis superioribus & inferioribus, quibuscumque injungimus, quod & ipsi causas seu negotia, quæ præfatæ moniales habebunt agere coram ipsis, aut in curiis eorumdem, sive sint homagia, fidelitatis sacramenta, lites, vel quidquid aliud, ipsa per procuratores earum fieri faciant & tractari.

Et quoniam parum esset condere jura, nisi essent, qui ea executioni debitæ demandarent, patriarchis, primatibus, archiepiscopis & episcopis universis districte in virtute sanctæ obedientiæ, sub obstentatione divini judicii, & interminatione maledictionis æternæ, præcipien-

Digitized by Google

piendo mandamus, quatenus eorum quilibet in civitate ac diœcesi propria, in monasteriis monialium, sibi ordinario jure subjectis, sua, in iis vero, quæ ad Romanam immediate spectant ecclesiam, sedis apostolicæ auctoritate; abbates vero & alii, tam exempti quam non exempti prælati ecclesiarum, monasteriorum, & ordinum quorumcumque, in monasteriis hujusmodi, sibi subjectis, de clausura convenienti, ubi non est, ipsorum monasteriorum, expensis & fidelium eleemosynis, quas ad hoc procurent, diligentius facienda, & de ipsis monialibus includendis, quam primum commode poterunt, providere procurent, si divinæ ac nostræ indignationis voluerint acrimoniam evitare: contradictores atque rebelles per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo: invocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii sæcularis. Per hoc autem in monasteriis exemptis ordinarii locorum, quod alia nullam sibi credant jurisdictionem vel potestatem aliquatenus attributam.

Ex Innocentio III. in concilio Lateranensi cap. 12. *& lib.* 3. *Decretal. tit.* 35. *de stat. monachorum.*

CAP. VII. (ann. 1216.)

* In singulis regnis sive provinciis fiat de triennio in triennium, salvo jure diœcesanorum pontificum, commune capitulum abbatum atque priorum, abbates proprios non habentium, qui non consueverunt tale capitulum celebrare: ad quod universi conveniant, præpeditionem canonicam non habentes, apud unum de monasteriis, ad hoc aptum; hoc adhibito mo-

* Ad sess. 25. de regul. & monial. cap. 8.

Digitized by Google

moderamine, ut nullus eorum plus quam sex evectiones & octo personas adducat. Advocent autem charitative in hujusmodi novitatis primordiis duos Cisterciensis ordinis abbates vicinos, ad præstandum sibi consilium & auxilium opportunum, cum sint in hujusmodi capitulis celebrandis ex longa consuetudine plenius informati. Qui absque contradictione duos sibi de ipsis associent, quos viderint expedire. Ac ipsi quatuor præsint capitulo universo, ita, quod ex hoc nullus eorum auctoritatem prælationis assumat: unde, cum expedierit, provida possint deliberatione mutari. Hujusmodi vero capitulum aliquot certis diebus continue juxta morem Cisterciensis ordinis celebretur, in quo diligens habeatur tractatus de reformatione ordinis, & observantia regulari: & quod statutum fuerit, illis quatuor approbantibus, ab omnibus inviolabiliter observetur, omni excusatione & contradictione ac appellatione remotis, proviso nihilominus, ubi sequenti termino debeat capitulum celebrari. Et qui convenerint, vitam ducant communem, & faciant proportionabiliter simul omnes communes expensas, ita, quod si non omnes potuerint in eisdem, saltem plures simul in diversis domibus commorentur. Ordinentur etiam in eodem capitulo religiosæ ac circumspectæ personæ, quæ singulas abbatias ejusdem regni seu provinciæ, non solum monachorum, sed etiam monialium, secundum formam sibi præfixam, vice nostra studeant visitare, corrigentes & reformantes, quæ correctionis & reformationis officio viderint indigere, ita, quod si rectorem loci cognoverint ab administratione penitus amovendum, denuntient episcopo proprio, ut illum amovere procuret: quod si non fecerit, ipsi visitatores hoc referant ad apostolicæ sedis examen. Hoc ipsum regulares cano-

ni-

Digitized by Google

nicos secundum ordinem suum volumus & precipimus observare. Si vero in hac novitate quidquam difficultatis emerserit, quod per prædictas personas nequeat expediri, ad apostolicæ sedis judicium absque scandalo referatur: ceteris irrefragabiliter observatis, quæ concordi fuerint deliberatione provisa.

Porro diœcesani episcopi monasteria sibi subjecta ita studeant reformare, ut, cum ad ea prædicti visitatores accesserint, plus in illis inveniant, quod commendatione, quam quod correctione sit dignum: attentissime præcaventes, ne per eos dicta monasteria indebitis oneribus aggraventur: quia sic volumus superiorum jura servari, ut inferiorum nolimus injurias sustinere. Ad hoc districte præcipimus tam diœcesanis episcopis, quam personis, quæ præerunt capitulis celebrandis, ut per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compescant advocatos, patronos, vicedominos, rectores & consules, magnates & milites, seu quoslibet alios, ne monasteria præsumant offendere in personis ac rebus: &, si forsitan offenderint, eos ad satisfactionem compellere non omittant, ut liberius & quietius omnipotenti Deo valeant famulari.

In sexta, lib. 1. tit. 3. De rescriptis.

CAP. XI. (ann. 1302.)

(a) Statutum, quod circa judices à sede apostolica deputandos, nuper edidimus, cum quædam contenta in eo, quæ pro communi utilitate credebantur inducta (sicut experientia docuit) tendere dignoscantur ad noxam, sactione præsenti, quam irrefragabi-

(a) Ad sess. 25. de reform. cap. 10.

Digitized by Google

biliter observari mandamus, suadente utilitate, i melius duximus reformandum. Sancimus igitur, ut nullis, nisi dignitate præditis, aut personatum obtinentibus, seu ecclesiarum cathedralium canonicis, causæ auctoritate litterarum sedis apostolicæ, vel legatorum ejusdem de cetero committantur, nec audiantur alibi, quam in civitatibus, vel locis insignibus, ubi possit commode copia peritorum haberi.

BULLA

S. D. N. D. PII, DIVINA PROVIDENTIA

PAPÆ QUARTI,

SUPER FORMA JURAMENTI PROFESSIONIS FIDEI.

Pius episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. (a) Injunctum nobis apostolicæ servitutis officium requirit, ut ea quæ Dominus omnipotens, ad providam ecclesiæ suæ directionem, sanctis patribus in nomine suo congregatis, divinitus inspirare dignatus est, ad ejus laudem & gloriam inçunctanter exsequi properemus. Cum itaque juxta concilii Tridentini dispositionem, omnes, quos deinceps cathedralibus & superioribus ecclesiis præfici, vel quibus de illarum dignitatibus, canonicatibus, & aliis quibuscumque beneficiis ecclesiasticis, curam animarum habentibus provideri continget, publicam orthodoxæ fidei professionem facere, seque in Romanæ ec-

(a) Qui præterea ad fidei professionem teneantur, declarat Bulla Pii IV. *In sacrosancta*. 1564.

Digitized by Google

ecclesiæ obedientia permansuros spondere, & jurare, teneantur: Nos volentes, etiam per quoscumque, quibus de monasteriis, conventibus, domibus, & aliis quibuscumque locis, regularium quorumcumque ordinum, etiam militiarum, quocumque nomine vel titulo providebitur, idem servari, & ad hoc, ut unius ejusdem fidei professio uniformiter ab omnibus exhibeatur, unicaque & certa illius forma cunctis innotescat, nostræ sollicitudinis partes, in hoc alicui minime desiderari; formam ipsam, præsentibus annotatam, publicari, & ubique gentium per eos, ad quos ex decretis ipsius concilii & alios prædictos spectat, recipi & observari, ac sub pœnis per concilium ipsum in contravenientes latis, juxta hanc & non aliam formam, professionem prædictam solemniter fieri, auctoritate apostolica tenore præsentium districte præcipiendo mandamus, hujusmodi sub tenore (a). EGO N. firma fide credo & profiteor omnia & singula, quæ continentur in symbolo fidei, quo S. Romana ecclesia utitur, videlicet: Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium omnium, & invisibilium: & in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula; Deum de Deo, lumen de lumine; Deum verum de Deo vero; genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt; qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de Cælis, & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, & homo factus est; crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est; & resurrexit tertia die secundum scripturas; & ascendit in cælum,

(a) Cap. *Ego N.* 4. X de jurejurando.

Digitized by Google

sedet ad dexteram Patris; & iterum venturus est cum gloria judicare vivos & mortuos; cujus regni non erit finis; & in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit; qui cum Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur, qui locutus est per prophetas: & unam sanctam catholicam, & apostolicam ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum, & expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi. Amen. Apostolicas & ecclesiasticas traditiones, reliquasque ejusdem ecclesiæ observationes & constitutiones firmissime admitto, & amplector. Item sacram scripturam juxta eum sensum, quem tenuit & tenet sancta mater ecclesia, cujus est judicare de vero sensu & interpretatione sacrarum scripturarum, admitto; nec eam umquam, nisi juxta unanimem consensum patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque septem esse vere & proprie sacramenta novæ legis, à Jesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet baptismum, confirmationem, Eucharistiam, pœnitentiam, extremam unctionem, ordinem & matrimonium; illaque gratiam conferre, & ex hjs baptismum, confirmationem & ordinem, sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque & approbatos ecclesiæ catholicæ ritus, in supradictorum omnium sacramentorum solemni administratione recipio, & admitto: omnia & singula, quæ de peccato originali, & de justificatione in sacrosancta Tridentina synodo definita & declarata fuerunt, amplector, & recipio: Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium & propitiatorium sacrificium pro vivis, & defunctis; atque in sanctissimo Eucharistiæ sacramento esse vere, realiter & substantialiter cor-

Digitized by Google

corpus & sanguinem, una cum anima & divinitate Domini nostri Jesu Christi, fierique conversionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem; quam conversionem catholica ecclesia transsubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumque sacramentum sumi. Constanter teneo purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis juvari: similiter & sanctos una cum Christo regnantes, venerandos atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmissime assero, imagines Christi, ac Deiparæ semper virginis, necnon aliorum sanctorum, habendas & retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam: indulgentiarum etiam potestatem à Christo in ecclesia relictam fuisse; illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo: sanctam catholicam & apostolicam Romanam ecclesiam, omnium ecclesiarum matrem & magistram agnosco; Romanoque pontifici, beati Petri, Apostolorum principis, successori, ac Jesu Christi vicario veram obedientiam spondeo, ac juro: cetera item omnia à sacris canonibus, & œcumenicis conciliis, ac præcipue à sacrosancta Tridentina synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio atque profiteor; simulque contraria omnia, atque hæreses quascumque ab ecclesia damnatas, rejectas, & anathematizatas, ego pariter damno, rejicio, & anathematizo. Hanc veram catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram & inviolatam, usque ad extremum vitæ spiritum constantissime (Deo adjuvante) retinere & confiteri, atque à meis sub-

Digitized by Google

ditis, vel illis quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum, ego idem N. spondeo, voveo, ac juro. Sic me Deus adjuvet & hæc sancta Dei evangelia. Volumus autem quod præsentes litteræ in cancellaria nostra apostolica de more legantur. Et ut omnibus facilius pateant, in ejus quinterno describantur, ac etiam imprimantur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, idibus Novemb. pontificatus nostri anno quinto.

Fed. cardinalis Cæsius.

Cæ. Glorierius.

Lectæ & publicatæ fuerunt suprascriptæ litteræ Romæ, in cancellaria apostolica, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, die vero sabbati, nona mensis Decembris, pontificatus, sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri, domini Pii papæ quarti, anno quarto.

A. Lomelinus custos.

Digitized by Google

BULLA

S. D. N. D. PII, DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ QUARTI,

Super declaratione temporis ad observanda decreta sacri œcumenici & generalis concilii Tridentini.

Pius episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sicut ad Sacrorum conciliorum decreta ac canones, auctoritas atque confirmatio apostolicæ sedis & debet & solet accedere: ita si qua super eis exorta sit dubitatio, ejusdem sedis judicio & declaratione tollenda est. Ad aures nostras pervenit, multos esse qui dubitent, ex quo tempore cœperint decreta sacri generalis concilii Tridentini, ad reformationem & jus positivum dumtaxat spectantia, eos, ad quos pertinent, obligare, illa præsertim, quæ tempora certa præstituunt ad provinciales diœcesanasque synodos celebrandas, ad sacros ordines suscipiendos, ad religionem profitendam, ad parochiales ecclesias, aliaque beneficia ecclesiastica quæ ejusdem concilii decretis retineri prohibitum sit, resignanda, & ad complures res hujusmodi exsequendas; ac alias omnes ad prædictam reformationem jusque positivum tantum spectantes, quæ observari aut evitari debeant. Nos itaque, ut omnis controversia dubitatioque tollatur, motu proprio eam rem, prout rationi, juri & æquitati convenire censuimus, duximus declarandam. Nam etsi ipsius concilii decreta etiam de venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium consilio & assensu in consistorio nostro secreto confir-

Digitized by Google

firmata à nobis fuerunt sub finem mensis Januarii, & ab eo etiam tempore apud hanc sanctam sedem observari cœperunt: quia tamen non parum temporis in eis Romæ diligenter emendateque imprimendis necessario consumptum fuit, & jure etiam communi sancitum est, ut constitutiones novæ vim non nisi post certum tempus obtineant; æquum nobis & justum visum est, prædicta decreta omnia ad dictam reformationem jusque positivum dumtaxat spectantia à kalend. Maji proxime præteriti omnes obligare cœpisse, neque post eam diem excusationem cujusquam, quod ea ignoraverit, admittendam. Atque ita apostolica auctoritate declaramus ac definimus, & ab omnibus judicari debere mandamus atque statuimus. Decernentes irritum & inane, si quid secus à quoquam quacumque dignitate, auctoritate & potestate prædito contingerit judicari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, aliisque in contrarium facientibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ declarationis, definitionis, mandati, statuti & decreti, infringere; vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ, apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, quintodecimo kal. Augusti, pontificatûs nostri anno quinto.

Fed. card. Cæsius.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem secretarium.

An-

Digitized by Google

Anno à nativitate Domini millesimo quingentesimo sexàgesimo quarto, indictione septima, die vero vigesima mensis Julii, pontificatus sanctissimi in Christo patris, & domini nostri domini Pii, divina providentia papæ IV. anno quinto, retroscriptæ litteræ affixæ, lectæ & publicatæ fuerunt in valvis basilicarum principis Apostolorum de urbe, & sancti Joannis Lateranen. necnon cancellariæ apostolicæ, & in acie campi Floræ. Per nos Jacobum Carra, & Julium Parinum, prælibati S. D. N. papæ cursores.

Antonius Clerici, magister cursorum.

MOTUS PROPRIUS

S. D. N. D. PII, DIVINA PROVIDENTIA

PAPÆ QUARTI,

Per quem deputantur octo cardinales, qui faciant observari reformationes ab ipso editas, necnon decreta sacri œcumenici, & generalis concilii Tridentini.

PIUS PAPA IV.

Motu proprio, &c. Alias nos nonnullas constitutiones, & ordinationes, reformationem majoris pœnitentiarii, ac sacræ pœnitentiariæ nostræ, ac vicarii nostri, ac ejus officii, necnon camerarii, & cameræ apostolicæ, ac illius causarum auditoris, necnon palatii apostolici causarum auditorum, ac gubernatoris, & capitolinæ curiarum, & contradictarum, aliorumque almæ urbis nostræ, ac Romanæ cu-

Digitized by Google

curiæ tribunalium, & officiorum concernentes, edidimus: quæ tamen (ut intelleximus) ab eorumdem officiorum, & tribunalium præfectis, ac officialibus minus diligenter observantur. Cum autem enixæ nostræ voluntatis sit, ut illa, & pariter decreta sacri concilii Tridentini; in his, quæ ad eorum officia spectant, ab eisdem omnino observentur: Nos propterea considerantes, parum esse, jura condere, nisi sint, qui ea executioni demandari faciant, & in præmissis, prout ex debito pastoralis officii nobis, (meritis licet imparibus) injuncti obligamur, salubriter & utiliter providere, præfatasque constitutiones, & ordinationes, ac decreta concilii, quas & quæ hic haberi volumus pro expressis, inviolabiliter observari volentes: venerabili fratri nostro Joanni episcopo Tusculan. Morono, Jo. Michaeli sanctæ Anastasiæ Saraceno, ac Jo. Baptistæ S. Clementis Cicadæ, necnon Michaeli S. Sabinæ Alexandrino, Clementi S. Mariæ in ara cæli, & Ludovico sancti Cyriaci in Thermis Simonettæ, ac Caroli sancti Martini in montibus Borromæo presbyteris, necnon Vitellotio S. Mariæ in porticu vitellio nuncupatis, titulorum, diacono (*a*) cardinalibus committimus, & mandamus: quatenus ipsi, (*b*) seu eorum major pars, conjunctim, vel divisim, eorum arbitrio, etiam tamquam executores dictarum litterarum, constitutionum, & decretorum prædictorum constitutiones, & ordinationes, ac decreta præfata juxta tenores eorum, ac litterarum desuper confectarum, per quoscumque pœnitentiariæ, vicariæ & cameræ, ac rotæ curiarum, ac tribunalium prædictorum judices & officiales, sub excommunicatio-

(*a*) Sixtus V. istius congregationis facultates declaravit in Bulla quæ in. *Immensa*. 1588. art. 7. (*b*) Confirm. bulla Pii V. *Cum felicis* 1566.

Digitized by Google

tionis latæ sententiæ, ac privationis officiorum, & aliis eisdem cardinalibus bene visis, etiam pecuniarum, eo ipso incurrendis pœnis, firmiter observari faciant, & cum effectu: nisi tam in executione dictorum decretorum concilii, quam dictarum litterarum nostrarum, aliqua dubietas, aut difficultas emerserit: quo casu ad nos referant, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis, ad eos, qui litteris, & decretis prædictis, & eorundem cardinalium mandatis non paruerint, ex tunc, prout ex eadem die, & è contra, illorum officiis privatos, necnon ad illa, & alia Romanæ curiæ officia in posterum obtinenda inhabiles, ac ipsis ab eisdem officiis sic privatis, illa tamquam per privationem vacantia à datario nostro vendi, & à quibusvis personis idoneis pro pretio convenienti emi, libere & licite posse auctoritate nostra curent, nuncient, decernant ac declarent, prout nos harum serie nunciamus, decernimus, & declaramus. Non obstantibus quibusvis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac pœnitentiariæ, & curiarum; nec non tribunalium prædictorum statutis, &c. etiam juramento, &c. roboratis, privilegiis quoque, indultis, & litteris apostolicis, illis, ac dictis officialibus & tribunalibus sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis, etiam motu simili, &c. & alias quomodocumque concessis, &c. Quibus omnibus, &c. illorum tenores, &c. hac vice latissime derogamus, eaque adversus præmissa nullatenus suffragari volumus: ceterisqūe contrariis quibuscumque.

Placet motu proprio. I.

Datum Romæ apud sanctum Marcum, quarto nonas Augusti, anno quinto.

Digitized by Google

BULLA

S. D. N. D. PII PAPÆ IV.

REVOCATORIA PRIVILLEGIORUM,

Exemptionum, immunitatum, facultatum, conservatoriarum, indultorum, confessionalium, Maris magni, & aliarum quarumcumque similium gratiarum, quibuscumque locis & personis concessarum; in his, in quibus statutis & decretis sacri concilii Tridentini contrariantur.

Pius Episcopus, servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. (a) In principis Apostolorum sede, meritis licet imparibus, divina dispositione constituti, nihil neque universali ecclesiæ, curæ & sollicitudini nostræ commissæ, salubrius, neque injuncto nobis apostolicæ servitutis officio decentius præstare possumus, quam quod providentiæ nostræ ministerio œcumenicum concilium Tridentinum, sicut nostris potissimum auspiciis, summaque sanctorum patrum concordia, per Dei misericordiam feliciter absolutum fuit: ita, per universos, qui Christiana pietate censentur, ubique suscipiatur, & remotis quibuslibet obstaculis, ab omnibus æqualiter observetur. Cum itaque in eodem concilio quamplurima salubria, & ad universalem morum reformationem valde utilia, decreta atque statuta, maturo præsentium ipsorum examine præcedente, sint edita, quibus multa atque diversa privilegia, exemptiones, immunitates,

(a) Gregorius XIII. privilegia regularibus concessa à Pio V. reduxit iterum ad terminos concilii per bullam, *In tanta*. 1573.

Digitized by Google

tes, dispensationes, facultates, conservatoriæ, indulta, &, ut vocant, confessionalia, & Mare (*a*) magnum, & aliæ gratiæ, quæ variis, tam cathedralibus, etiam metropolitanis, quam collegiatis ecclesiis, monasteriis, conventibus, & aliis religiosis, etiam fratrum mendicantium domibus, & ordinibus: nec non sancti Spiritus in Saxia, sancti Joannis Lateranensis, ac incurabilium de urbe, sancti Antonii Viennen. & sancti Bernardi Juren. aliisque hospitalibus, militiis, eorumque capitulis, & conventibus, ac universitatibus, etiam studiorum generalium collegiis, tam secularibus, quam ecclesiasticis, confraternitatibus, societatibus; & tam principis Apostolorum de urbe, quam aliis fabricis, sanctæ cruciatæ, aliisque piis locis, & operibus, nec non patriarchis, archiepiscopis, episcopis, prælatis, abbatibus, abbatissis, prioribus, præpositis, & aliis ecclesiasticis, tam sæcularibus, quam diversorum ordinum & militiarum regularibus, ac etiam laicis cujuscumque dignitatis, & status, ac gradus, & excellentiæ, ac etiam ducali, regia, & imperiali dignitate fulgentibus utriusque sexus personis: nec non aliquibus notariis, & etiam de latere legatis, atque nuntiis, tam perpetuo, quam ad tempus, per plures Romanos pontifices prædecessores nostros, ac nos, & sedem apostolicam, ejusque legatos hactenus etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, seu etiam imperatorum, regum, ducum, & aliorum principum contemplatione & intuitu, etiam de fratrum consilio, diversimode, variisque temporibus, in genere, vel specie, ex quavis etiam honesta causa

(*a*) *Mare magnum* est bulla continens varia Carmelitarum privilegia, & aliorum religiosorum, sub nomine Sixti IV. suppositicia.

Digitized by Google

concessa, & etiam pluries confirmata & innovata fuerunt, in plerisque contrariantur. Nos, quibus in primis cordi est, tam sancta & ecclesiæ Dei saluberrima decreta suos, ut par est, effectus ubique consequi, & ab omnibus obedienter observari, privilegiorum, exemptionum, immunitatum, facultatum, conservatoriarum, indultorum, confessionalium, Maris magni, & aliarum gratiarum prædictarum, ac quarumcumque apostolicarum, & aliarum litterarum desuper confectarum, processumque, decretorum, & aliorum inde secutorum, tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis, & plene insertis habentes: motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, quod eadem omnia & singula privilegia, exemptiones, immunitates, facultates, dispensationes, conservatoriæ, indulta, confessionalia, Mare magnum, & aliæ gratiæ in his omnibus, & singulis, in quibus illa statutis & decretis concilii hujusmodi contrariantur, ipso jure revocata, cassata, & annullata, ac ad ipsius concilii terminos atque limites reducta sint, & esse censeantur, nec quidquam adversus ipsa decreta & statuta, quominus ubique & apud omnes observentur, in aliquo suffragari posse, sed ea perinde haberi & reputari debere, ac si numquam emanassent auctoritate apostolica, tenore præsentium declaramus, ac etiam statuimus, & ordinamus. Decernentes nihilominus omnia & singula, quæ vigore privilegiorum, exemptionum, immunitatum, & dispensationum, facultatum, conservatoriarum, indultorum, confessionalium, & aliarum quarumcumque gratiarum hujusmodi, post id tempus, quo concilium obligare cœpit, facta & gesta quomodolibet fuerunt, & in posterum fient, in his, in quibus dicti

ti concilii decretis adversantur, nulla, invalida, & irrita esse & censeri, ac nemini, etiam quantumlibet, ut præfertur, qualificato, tam in foro (quod aiunt) fori, quam conscientiæ, suffragari posse, & debere. Et ita per quoscumque locorum ordinarios, aliosque judices, & commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi facultate, in utroque foro judicari & definiri debere, ac quidquid secus à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter, attentari contigerit, irritum & inane decernimus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, statuti, ordinationis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ, apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, tertio decimo kalend. Martii. Pontificatus nostri anno sexto.

Cæ. Glorierius.

P. episcopus Narnien.

H. Cumyn.

Anno à nativitate D. millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, indictione sexta, die vero vigesima quarta mensis Februarii, pontificatus sanctissimi in Christo patris, & D. nostri, domini Pii, divina providentia papæ IV. anno ejus sexto, retroscriptæ lit-

Digitized by Google

litteræ apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt in acie campi Floræ, & valvis cancellariæ apostolicæ, per nos Nicolaum de Matthæis, & Camillum Cherubinum, S. D. N. papæ cursores.

Philibertus Phapuis magister cursorum.

DE LIBRIS PROHIBITIS

RECULÆ X.

Per patres à Tridentina Synodo delectos concinnatæ, & à PIO PP. IV. *comprobatæ constitutione, quæ incipit,* Dominici, *die 24. Martii anno* 1564.

REGULA I.ª

Libri omnes, quos ante annum M. D. XV. aut summi pontifices, aut concilia œcumenica damnarunt, * & in hoc indice non sunt, eodem modo damnati esse censeantur, sicut olim damnati fuerunt.

REGULA II.

Hæresiarcharum libri, tam eorum, qui post prædictum annum hæreses invenerunt, vel suscitarunt, quam qui hæreticorum capita aut duces sunt vel fuerunt, quales sunt Lutherus, Zuinglius, Calvinus, Balthasar Pacimontanus, Swenchfeldius, & his similes,

* Consule indicem librorum prohib. Congregationem pro indice statuit Sixtus V. in bulla *Immensa* 1588. art. 6.

Digitized by Google

les, cujuscumque nominis, tituli aut argumenti existant, omnino prohibentur. Aliorum autem hæreticorum libri, qui de religione quidem ex professo tractant, omnino damnantur. Qui vero de religione non tractant, à theologis catholicis, jussu episcoporum & inquisitorum examinati & approbati permittuntur. Libri etiam catholici conscripti, tam ab aliis qui postea in hæresim lapsi sunt, quam ab illis, qui post lapsum ad ecclesiæ gremium rediere, approbati à facultate theologica alicujus universitatis catholicæ, vel ab inquisitione generali, permitti poterunt.

REGULA III.

Versiones scriptorum etiam ecclesiasticorum, quæ hactenus editæ sunt à damnatis auctoribus, modo nihil contra sanam doctrinam contineant, permittuntur. Librorum autem veteris testamenti versiones, viris tantum doctis & piis judicio episcopi concedi poterunt: modo hujusmodi versionibus tamquam elucidationibus vulgatæ editionis, ad intelligendam sacram Scripturam, non autem tamquam sano textu utantur. Versione vero novi testamenti, ab auctoribus primæ classis * hujus indicis factæ nemini concedantur; quia utilitatis parum, periculi vero plurimum lectoribus ex earum lectione manare solet. Si quæ vero annotationes cum hujusmodi, quæ permittuntur versionibus, vel cum vulgata editione circumferuntur, expunctis locis suspectis, à facultate theologica alicujus universitatis catholicæ, aut inquisitione generali, permitti eisdem poterunt, quibus & versiones. Quibus conditionibus totum vo-

* Consule indicem.

Digitized by Google

volumen bibliorum, quod vulgo biblia Vatabli dicitur, aut partes ejus concedi viris piis & doctis poterunt. Ex bibliis vero Isidori Clarii Brixiani prologus & prologomena præcidantur; ejus vero textum, nemo textum vulgatæ editionis esse existimet.

REGULA IV.

Cum experimento manifestum sit, si sacra biblia vulgari lingua passim sine discrimine permittantur, plus inde, ob hominum temeritatem detrimenti, quam utilitatis oriri, hac in parte judicio episcopi aut inquisitoris stetur: ut cum consilio parochi, vel confessarii, bibliorum à catholicis auctoribus versorum lectionem in vulgari lingua eis concedere possint, quos intellexerint ex hujusmodi lectione, non damnum, sed fidei atque pietatis augmentum capere posse: quam facultatem in scriptis habeant. Qui autem absque tali facultate ea legere seu habere præsumpserit, nisi prius bibliis ordinario redditis, peccatorum absolutionem percipere non possit. Bibliopolæ vero, qui prædictam facultatem non habenti biblia idiomate vulgari conscripta vendiderint, vel alio quovis modo concesserint, librorum pretium, in usus pios ab episcopo convertendum, amittant, aliisque pœnis pro delicti qualitate ejusdem episcopi arbitrio subjaceant. Regulares vero non nisi facultate à prælatis suis habita, ea legere, aut emere possint.

REGULA V.

Libri illi, qui hæreticorum auctorum opera interdum prodeunt, in quibus nulla aut pauca de suo apponunt, sed aliorum dicta colligunt, cujusmodi sunt le-

Digitized by Google

lexica, concordantiæ, apophthegmata, similitudines, indices, & hujusmodi, si quæ habeant admista, quæ expurgatione indigeant, illis episcopi, & inquisitores, una cum theologorum catholicorum consilio, sublatis aut emendatis, permittantur.

REGULA VI.

Libri vulgari idiomate de controversiis inter catholicos & hæreticos nostri temporis disserentes, non passim permittantur: sed idem de iis servetur, quod de bibliis vulgari lingua scriptis statutum est. Qui vero de ratione bene vivendi, comtemplandi, confitendi, ac similibus argumentis vulgari sermone conscripti sunt, si sanam doctrinam contineant, non est cur prohibeantur; sicut nec sermones populares vulgari lingua habiti. Quod si hactenus in aliquo regno vel provincia aliqui libri sunt prohibiti, quod nonnulla continerent, quæ sine delectu ab omnibus legi non expediat, si eorum auctores catholici sunt, postquam emendati fuerunt, permitti ab episcopo & inquisitore poterunt.

REGULA VII.

Libri, qui res lascivas seu obscœnas ex professo tractant, narrant, aut docent, cum non solum fidei, sed & morum, qui hujusmodi librorum lectione facile corrumpi solent, ratio habenda sit, omnino prohibentur; & qui eos habuerint, severe ab episcopis puniantur. Antiqui vero ab ethnicis conscripti, propter sermonis elegantiam & proprietatem permittuntur: nulla tamen ratione pueris prælegendi erunt.

Digitized by Google

REGULA VIII.

Libri, quorum principale argumentum bonum est, in quibus tamen obiter aliqua inserta sunt, quæ ad hæresim, seu impietatem, divinationem, seu superstitionem spectant, à catholicis theologis, inquisitionis generalis auctoritate expurgati, concedi possint. Idem judicium sit de prologis, summariis, seu annotationibus, quæ à damnatis auctoribus, libris non damnatis, appositæ sunt: sed posthac non nisi emendati excudantur.

REGULA IX.

(a) Libri omnes & scripta Geomantiæ, hydromantiæ, aeromantiæ, pyromantiæ, onomantiæ, chiromantiæ, necromantiæ, sive in quibus continentur sortilegia, beneficia, auguria, auspicia, incantationes artis magicæ, prorsus rejiciuntur. Episcopi vero diligenter provideant, ne astrologiæ judiciariæ libri, tractatus, indices legantur, vel habeantur, qui de futuris contingentibus, successibus, fortuitisve casibus, aut iis actionibus, quæ ab humana voluntate pendent, certi aliquid eventurum affirmare audent. Permittuntur autem judicia, & naturales observationes, quæ navigationis, agriculturæ, sive medicæ artis juvandæ gratia conscripta sunt.

REGULA X.

In librorum, aliarumque scripturarum impressio-

(a) Vide bullam Sixti V. *Cœli & terræ.* 1586. qua procedi potest, non modo per ipsos episcopos & ordinarios, sed etiam per inquisitores locorum.

Digitized by Google

Alzedo de Præcellent. Episc. Dignit. part. 2. cap. 7. num. 8. Barbos. de Offic. et Potest. Episc. part. 2. alleg. 3. num. 53. Droit de Re Sacrament. lib. 9. q. 6. cap. 2. §. 4. pag. 487. Fuscus de Visit. lib. 1. cap. 7. num. 19. Pichler in Jur. Canon. lib. 4. tit. 11. num. 4. Pignatel. in Consult. Can. tom. VI. cons. 41. num. 58. Piringh. eod. tract. lib. 4. tit. 11. §. 5. n. 31. Vanespen in Jur. Eccl. Univ. part. 2. tit. 13. cap. 6. num. 15. Vener. in Exam. Episc. lib. 1. cap. 49. n. 3. Rota in Compostellana 2. Maii 1755. §. 22. cor. De Canilliac.

909.

Engel in Jur. Can. lib. 3. tit. 42. n. 12. Lauræa in Epitom. Can. verb. Parochus, ejusque obligationes.

910.

Argyr. in Discept. Eccles. tom. II. lib. 7. discept. 4. n. 2. Fermossin. in cap. 2. et 3. de Offic. Archipresbyt. q. 1. n. 127. Fuscus de Visit. lib. 2. cap. 3. n. 24. Passerin. de Offic. Curat. cap. 6. n. 44. et cap. 12. n. 42. Romaguera ad Constitut. Synod. Gerund. lib. 3. tit. 18. cap. 4. n. 1. Rota tom. I. in recent. decis. 370. n. 1. et 7. part. 18.

911.

Colet. in Instit. Theolog. in tract. de Baptism. cap. 5. de Patrim. pag. 264. Piasec. in Prax. Episcop. part. 2. cap. 3. sub n. 25. vers. Circa Pontius. de Sacram. Matrim. lib. 7. cap. 39. n. 8.

912.

Cucch. in Instit. Major. lib. 5. tit. 14. n. 10. Flie-

Digitized by Google

Fliegen ad Wigandt. in Trib. Conf. et Ord. cap. 10. pag. 316. Gavant. in Manual. Episc. verb. Baptismus. n. 3. Moron. Respons. Moral. 15. n. 28. Petra ad Constit. Apost. tom. II. pag. 442. num. 11. Reiffenstuel in Jur. Can. lib. 4. tit. 11. n. 20.

913.

Pignatel. in Cons. Can. tom. VII. cons. 90. n. 8.

914.

Cucch. in Instit. Major. lib. 5. tit. 14. n. 25. Gavant. in Man. Episc. verb. Baptismus. n. 4. Leo in Thesaur. For. Eccl. part. 2. c. 4. n. 15. Laurent. in Decretal. lib. 4. tit. 11. q. 203. n. 2. Piasec. in Prax. Episcop. part. 1. cap. 3. sub n. 4. vers. Patrinum. Vanespen in Jur. Eccles. Univers. part. 2. tit. 13. cap. 6. n. 22. Vener. in Exam. Episc. lib. 1. c. 48. n. 11. Pilaja Decis. Pontif. lib. 2. dec. 2. n. 58.

915.

Barbosa de Offic. et Potest. Episcop. part. 3. alleg. 51. n. 183. Cucch. in Instit. Major. lib. 5. tit. 13. num. 42. in fin. Engel in Jur. Can. lib. 4. tit. 1. §. 6. num. 2. Gibert. eod. tract. tom. III. tit. 10. de Sponsal. sect. 5. num. 8. Piasec. in Prax. Episc. part. 2. cap. 4. sub n. 33. vers. Circa eadem. Pignatel. in Consult. Can. tom. V. cons. 50. n. 1. et 6. Sperel. tom. I. decis. 95. n. 21.

916.

Alzedo de Præcellent. Episcop. Dignit. part. 2. cap. 7. n. 16. Antonel. de Regim. Eccles. lib. 8. cap. ult. vers. Hinc fit. Fliegen ad Wigandt. in Tribun. Confess. et Ordin. cap. 15. pag. 517. De Joriis

Digitized by Google

riis de Matrim. part. 8. q. 18. n. 8. Lambertin. de Synod. Diœces. lib. 9. cap. 13. num. 4. Lauræa in Epitom. Can. verb. Impedimentum publicæ honestatis. Leo in Thesaur. For. Eccles. part. 2. cap. 8. num. 40. Ludovicus Bellus consil. 32. n. 5. et consil. 35. n. 3. Pignatel. in Consult. Canon. tom. VII. cons. 78. n. 7. Reiffenstuel in Jur. Canon. lib. 4. tit. 4. n. 13. Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 68. n. 10. Sanctarel. Var. Resol. lib. 1. q. 56. num. 4. Schmalzgrueber in Jur. Eccles. Univers. part. 3. tit. 13. n. 11. Vanespen eod. tract. part. 2. tit. 13. c. 6. n. 28. Pilaja Decis. Pontif. lib. 2. dec. 2. n. 71.

917.

Barbosa de Offic. et Potest. Episcop. part. 3. alleg. 51. n. 165. Bayo in Prax. Eccles. part. 3. lib. 2. q. 8. n. 2. Lauræa in Epitom. Canon. verb. Affinitas. Pichler in Jur. Can. lib. 4. tit. 13. n. 4. Pignatel. in Consult. Can. tom. I. consult. 377. Rota in recent. decis. 112. n. 26. part. 8. cor. Ottobono. et decis. 282. num. 2.

918.

Antonel. de Regim. Eccl. lib. 8. cap. ult. sub n. 1. vers. Observa tamen. Cucch. in Instit. Major. lib. 5. tit. 13. n. 14. Engel in Jur. Canon. lib. 4. tit. 14. §. 2. n. 9. Gibert. in Jur. Can. tom. III. tit. 2. in Appendic. ad tract. de Matrim. vers. Equidem. Girald. ad Thesaur. de Pœn. Eccles. part. 2. cap. 1. vers. Incestus. n. 4. Noguerol. allegat. 23. num. 90. Pignatel. in Consult. Canon. tom. IV. consult. 15. n. 1. Piringh. in Jur. Canon. lib. 4. tit. 13. §. 3. sub n. 21. vers. Verùm. Reiffenstuel in

Digitized by Google

in eod. tract. lib. 4. tit. 14. n. 47. Sanctarel. Var. Resol. q. 57. num. 1.

919.

Fliegen ad Wigandt. in Tribun. Confess. et Ordin. cap. 14. pag. 491. Leo in Thesaur. For. Eccl. part. 2. c. 8. n. 41. et c. 9. n. 75. Schmalzgrueber in Jur. Eccl. Univers. part. 3. tit. 13. n. 8. Vanespen eod. tract. part. 2. tit. 13. cap. 5. n. 29.

920.

Cucch. in Instit. Major. lib. 5. tit. 13. n. 18. Cenedo. Quæst. Can. 30. n. 103. Marant. in Controv. Jur. part. 5. resp. 8. n. 26. Pignatel. in Consult. Can. tom. III. consult. 33. n. 12. Reiffenstuel in Theol. Moral. tract. 14. dist. 14. q. 5. num. 159. Rigant. in Comment. ad Reg. Cancell. tom. IV. reg. 40. n. 141.

921.

Cabassut. in Histor. Concilior. p. 599. num. 63. Corrad. in Prax. Dispensat. lib. 8. cap. 3. n. 28.

922.

Gavant. in Manual. Episcop. verb. Matrimonii impedimenta. n. 10. Girald. ad Thesaur. de Pœn. Eccles. part. 1. cap. 5. verb. Matrimonii incestuosum. num. 5. Labbeus in Concil. Gener. tom. XX. p. 154. litt. D. Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 25. num. 27.

923.

Bellarmin. in Adnot. ad Concil. Trident. Sess. 24. c. 5. de Reform. Matrim. Fragos. de Regim. Reipubl. disp. 11. part. 1. lib. 1. num. 203. tom. I. pag. 58. Pontas. in Dictionar. Cas. Cons. tom. I. verb.

Digitized by Google

verb. Dispensat. Matrim. cas. 6. pag. 411. et seq.

924.

Frances Var. Resol. cap. 2. n. 22. Layman in Theol. Mor. lib. 5. tract. 10. part. 2. cap. 4. sub num. 16. vers. Altera pœna. Rosignol. de Matrim. lib. 7. disp. 2. §. 25. sub n. 4. Rota decis. 231. n. 1. tom. II. cor. Card. Tanario.

925.

Lauræa in Epit. Can. verb. Matrimoniales dispensationes. Girald. ad Thesaur. de Pœn. Eccles. part. 2. c. 14. verb. Simonia. n. 1. Schmalzgrueber in Jur. Eccl. Univ. part. 1. tom. IV. tit. 3. n. 192.

926.

Capic. Latr. consult. 134. n. 14. et 24. Engel in Jur. Can. lib. 4. tit. 6. §. 3. n. 5. Fuscus de Visitat. lib. 1. cap. 32. n. 7. Gibert. in Jur. Canon. tom. III. tit. 13. de Imped. Matrim. sect. 4. n. 5. De Joriis de Matrim. part. 8. q. 18. n. 6. Pignatel. in Consult. Can. tom. VIII. consult. 101. et consult. 106. n. 1. Castillo. Decis. Sicil. tom. II. decis. 106. n. 91. Rota in recent. decis. 687. *n.* 23. part. 1. et decis. 603. n. 37. part. 5. tom. II.

927.

Antonel. de Regim. Eccles. lib. 6. cap. 31. sub num. 1. Cucch. in Instit. Jur. Can. tit. 12. n. 119. lib. 5. Engel in Jur. Can. lib. 5. tit. 16. num. 35. Lauræa in Epitom. Can. verb. Rapta. Pignatel. in Consult. Can. tom. V. consult. 80. num. 1. Ricciul. de Jur. Personar. extra Eccles. grem. lib. 2. c. 7. n. 14. Schmalzgrueber in Jur. Eccl. Univ. tom. IV. part.

Digitized by Google

part. 3. tit. 16. num. 54. Tondut. Quæst. et Resol. Benef. part. 3. cap. 184. num. 6. Vanespen in Jur. Eccl. Univ. part. 2. tit. 13. cap. 10. n. 7. Ugolin. de Offic. et Potest. Episc. part. 2. cap. 60. §. 1. sub n. 2. vers. Quibus in fine. Reguerra. decis. 42. sub n. 2. Rota in recentioribus. decis. 498. num. 1. part. 14. decis. 60. num. 1. et decis. 162. num. 2. part. 15. coram Ansaldo. decis. 142. num. 9. Leodien. Matrimonii 19. Junii 1712. §. Animadvertebant. cor. Cerro.

928.

Textus in cap. Accedens, de Raptor. Peretius in Codic. lib. 9. tit. 13. n. 7. tom. II. Salern. in consil. 14. §. 2. n. 13. lib. 1. Tondut. Quæst. et Resol. Benef. part. 1. cap. 117. num. 6. Vener. in Exam. Episc. cap. 56. num. 7. Cortiada decis. 175. num. 5. tom. III. Panimolla decis. 62. num. 3. Pilaja Decis. Pontif. lib. 2. decis. 2. num. 79. Rota in recent. decis. 305. num. 3. part. 15. et decis. 250. num. 2. part. 16. cor. Cerro. decis. 863. num. 1.

FIN DEL TOMO X.

Digitized by Google

ERRATAS DEL TOMO IX.

Pág. 95. dice In sexta, léase *In sexto*: pág. 186. dice Amostar, léase *Amostaz*: pág. 283. dice 584, léase 585: pág. 286. dice 575, léase 597.

BIBLIOTECA

Digitized by Google

LOS SACROSANTOS CONCILIOS GENERALES Y PARTICULARES.

TOMO IX.

ESCUELA DE ESTUDIOS HISPANOAMERICANOS
BIBLIOTECA

LOS SACROSANTOS CONCILIOS

GENERALES Y PARTICULARES,

DESDE EL PRIMERO

CELEBRADO POR LOS APOSTOLES EN JERUSALEN

HASTA EL TRIDENTINO,

SEGUN EL ORDEN CRONOLOGICO DE SU CELEBRACION,

Y EL ANALISIS DEL PADRE CARLOS RICHARD, del Orden de Predicadores, y Autor del Diccionario Universal de las Ciencias Eclesiásticas, á quien se ha seguido en parte:

Con todas sus Actas, Cánones, Decretos y Disertaciones sobre los principales puntos de Dogma, Disciplina, Liturgia y costumbres de la Iglesia desde Jesu-Christo. Precede un tratado Dogmático-Theológico de los mismos Concilios;

Traducidos con la mayor exáctitud por Don C. G. Doctor en ambos Derechos, y Opositor á Cátedras y Prebendas.

Obra necesaria

no solo al Clero Secular y Regular, sino tambien á los Jurisconsultos, y sumamente útil á los Fieles en general.

EL SACROSANTO, ECUMENICO Y GENERAL

CONCILIO DE TRENTO.

Parte segunda.

TOMO IX.

MADRID: POR DON ANTONIO ESPINOSA.
AÑO DE MDCCXCV.

EL SACROSANTO
ECUMENICO Y GENERAL
CONCILIO DE TRENTO.

PARTE SEGUNDA.

SESSIO XIX.

QUÆ EST TERTIA

SUB PIO IV. PONT. MAX.

CELEBRATA DIE XIV. MAII. M. D. LXII.

Decretum prorogationis sessionis.

Sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem apostolicæ sedis legatis, decreta ea, quæ hodie in præsenti sessione statuenda, ac sancienda erant, justis nonnullis, ac honestis causis in feriam quintam, post proximam solemnitatem corporis Christi, quæ erit pridie nonas Junii, proroganda esse censuit, ac prorogat; dictaque die sessionem habendam esse, ac celebrandam omnibus indicit. Interea rogandus est Deus, & Pater Domini nostri, Jesu Christi, auctor pacis, ut sanctificet corda omnium, quo adjuvante, sancta synodus & nunc, & semper meditari, ac peragere valeat, quæ ad ejus laudem & gloriam pertineant.

SESION XIX.

QUE ES LA TERCERA

CELEBRADA

EN TIEMO DEL SUMO PONTIFICE PIO IV.

EL DIA 14 DE MAYO DE 1562.

Decreto para prorogar la Sesion.

El Sacrosanto Ecuménico y general Concilio de Trento, congregado legitimamente en el Espíritu Santo, y presidiendo en él los mismos Legados de la Silla Apostólica, ha juzgado prorogar y prorroga por varias, justas y honestas causas, para el Jueves despues de la próxima solemnidad del Corpus, que será el dia 4 de Junio, los Decretos que hoy se habian de establecer y decretar en esta Sesion; y hace saber á todos, que la Sesion se tendrá y celebrará en el dia indicado. Entretanto roguemos á Dios, y Padre de nuestro Señor Jesu-Christo, autor de la paz, que santifique los corazones de todos, con cuyo auxilio el Santo Concilio pueda ahora y siempre meditar y hacer lo perteneciente á su gloria y alabanza.

SESSIO XX.

QUÆ EST QUARTA

SUB PIO IV. PONT. MAX.

CELEBRATA DIE IV. JUNII M. D. LXII.

Decretum prorogationis sessionis.

Sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem apostolicæ sedis legatis, propter varias difficultates, ex diversis causis exortas, atque etiam ut congruentius, majorique cum deliberatione omnia procedant, nempe ut dogmata cum iis, quæ ad reformationem spectant, simul tractentur, & sanciantur; ea, quæ statuenda videbuntur, tam de reformatione, quam de dogmatibus in proxima sessione, quam omnibus indicit in diem sextam decimam subsequentis mensis Julii, definienda esse decrevit: (a) Hoc tamen adjecto, quod dictum terminum ipsa sancta synodus pro ejus arbitrio, & voluntate, sicuti rebus concilii putaverit expedire, etiam in generali congregatione, restringere & prorogare libere possit, & valeat.

SES-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Sess. 9. in fin.

SESION XX.

QUE ES LA QUARTA

CELEBRADA

EN TIEMPO DEL SUMO PONTIFICE PIO IV.

EL DIA 4 DE JUNIO DE 1562.

Decreto para prorogar la Sesion.

El Sacrosanto Ecuménico y general Concilio de Trento, congregado legítimamente en el Espíritu Santo, y presidido por los mismos Legados de la Silla Apostólica, por varias dificultades nacidas de diversas causas, y para que todo proceda mas acertadamente y con mayor deliberacion, es á saber, para que los dogmas se traten y se difinan juntamente con los puntos tocantes á la reforma; ha decretado definir lo que se haya de establecer acerca de la reforma y de los dogmas en la próxima Sesion, la qual señala á todos para el dia 16 del inmediato mes de Julio: añadiendo sin embargo, que el mismo Santo Concilio pueda y tenga facultad de abreviar y prorogar á su arbitrio y voluntad, aun en Congregacion general, el dicho término segun juzgare convenir á los asuntos del Concilio.

SESSIO XXI.

QUÆ EST QUINTA

SUB PIO IV. PONT. MAX.

CELEBRATA DIE XVI. JULII M. D. LXII.

Doctrina de communione sub utraque specie & parvulorum.

Sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem apostolicæ sedis legatis, cum de tremendo, & sanctissimo Eucharistiæ sacramento varia diversis in locis errorum monstra nequissimi dæmonis artibus circumferantur, ob quæ in nonnullis provinciis multi à catholicæ ecclesiæ fide, atque obedientia videantur discessisse; censuit ea, quæ ad communionem sub utraque specie, & parvulorum pertinent, hoc loco exponenda esse. Quapropter cunctis Christi fidelibus interdicit, ne posthac de iis aliter vel credere, vel docere, vel prædicare audeant, quam est his decretis explicatum, atque definitum.

CA-

SESION XXI.

QUE ES LA QUINTA

CELEBRADA

EN TIEMPO DEL SUMO PONTIFICE PIO IV.

EL DIA 16 DE JULIO DE 1562.

Doctrina acerca de la Comunion baxo las dos especies, y de los párvulos.

El Sacrosanto Ecuménico y general Concilio de Trento, congregado legítimamente en el Espíritu Santo, y presidido por los mismos Legados de la Silla Apostólica, viendo los varios y monstruosos errores que por la astucia del perversísimo demonio están esparcidos por diferentes lugares acerca del tremendo y Santísimo Sacramento de la Eucaristía, y que esto es la causa de que en algunas provincias muchos parezcan haberse separado de la fé y obediencia de la Iglesia Católica, ha juzgado exponer en este lugar lo perteneciente á la Comunion baxo las dos especies, y á la de los párvulos. Por esta razon prohibe á todos los fieles Christianos, que en lo sucesivo no se atrevan á creer, enseñar ó predicar acerca de estas materias ninguna doctrina diferente de la que se explica y define en los Decretos siguientes.

CAPUT I.

Laicos, & clericos non conficientes, non astringi jure divino ad communionem sub utraque specie.

Itaque sancta synodus à Spiritu sancto, qui spiritus est (*a*) sapientiæ, & intellectus, spiritus consilii, & pietatis, edocta, atque ipsius ecclesiæ (*b*) judicium, & consuetudinem secuta, declarat, ac docet, nullo divino præcepto laicos, & clericos non conficientes, obligari ad Eucharistiæ sacramentum sub utraque specie sumendum; neque ullo pacto, salva fide dubitari posse, quin illis alterius speciei communio ad salutem sufficiat. Nam, (*c*) etsi Christus Dominus in ultima cœna venerabile hoc sacramentum in panis, & vini speciebus instituit, & Apostolis tradidit; non tamen illa institutio, & traditio eo tendunt, ut omnes Christi fideles statuto Domini ad utramque speciem accipiendam astringantur. Sed neque ex sermone illo, apud Joannem sexto, recte colligitur, utriusque speciei communionem à Domino præceptam esse, utcumque juxta varias sanctorum patrum, & doctorum interpretationes intelligatur. Namque qui dixit: (*d*) *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis*: dixit quoque: (*e*) *Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum.* Et qui dixit, (*f*) *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam:* dixit etiam: (*g*) *Panis, quem ego dabo, caro mea est*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Isaiæ 11. ℣. 2. (*b*) Conc. Constantiens. sess. 13. Huj. sess. can. 2. (*c*) Matth. 26. ℣. 26. 27. & 28. Marc. 14. ℣. 22. 23. & 24. Luc.

CAPITULO I.

Los Legos y los Clérigos que no celebran no están obligados por derecho divino á recibir la Comunion baxo las dos especies.

Y así el mismo Santo Concilio enseñado por el Espíritu Santo, que el espíritu de sabiduria y de entendimiento, espíritu de consejo y de piedad, y siguiendo el juicio y costumbre de la misma Iglesia, declara y enseña que los Legos y Clérigos que no celebran no están obligados por ningun precepto divino á recibir el Sacramento de la Eucaristia baxo las dos especies, y que de ningun modo se puede dudar sin faltar á la fé, que les baste para la salvacion la comunion baxo una de las dos especies (526). Porque aunque es cierto que Christo nuestro Señor instituyó en la última cena este venerable Sacramento en las especies de pan y de vino, y lo dió á los Apóstoles; no por eso aquella institucion y comunion se dirigen á que todos los fieles Christianos estén obligados por precepto divino á recibir una y otra especie (527). Ni tampoco de las palabras del Evangelista San Juan en el capítulo sexto se infiere rectamente estar mandada por el Señor la comunion de ambas especies, de qualquier modo que se entienda segun las varias interpretaciones de los Santos Padres y Doctores; pues el mismo que dixo: *Si no comiereis la carne del hijo del hombre y bebiereis su sangre no tendreis vida en vosotros*: dixo tambien: *El que comiere de este pan vivirá eternamente.* Y el que dixo: *El que come mi*

Luc. 22. ℣. 19. & 20. 1. ad Cor. 11. ℣. 24. & 25. (*d*) Joan. 6. ℣. 54. (*e*) Joan. 6. ℣. 52. (*f*) Joan. 6. ℣. 55. (*g*) Joan. 6. ℣. 52.

est pro mundi vita. Et denique qui dixit: (*a*) *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo*: dixit nihilominus: (*b*) *Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.*

CAPUT II.

Ecclesiæ potestas circa dispensationem sacramenti Eucharistiæ.

Præterea declarat, hanc potestatem perpetuo in ecclesia fuisse, ut in sacramentorum dispensatione, salva illorum substantia, ea statueret, vel mutaret, quæ suscipientium utilitati, seu ipsorum sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum, & locorum varietate, magis expedire judicaret. Id autem Apostolus non obscure visus est innuisse, cum ait: (*c*) *Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* Atque ipsum quidem hac potestate usum esse satis constat, cum in multis aliis, tum in hoc ipso sacramento, cum, ordinatis nonnullis circa ejus usum, (*d*) *Cetera*, inquit, *cum venero, disponam.* Quare agnoscens sancta mater ecclesia hanc suam in administratione sacramentorum auctoritatem, licet ab initio Christianæ religionis non infrequens utriusque speciei usus fuisset: tamen progressu temporis, latissime jam mutata illa consuetudine, gravibus, & justis causis adducta, hanc consuetudinem sub altera specie communicandi (*e*) approbavit; & pro le-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Joan. 6. ℣. 57. (*b*) Joan. 6. ℣. 59. (*c*) 1. ad Cor. 4. ℣. 1. 2e ad Cor. 6. ℣. 4. (*d*) 1. ad Cor. 11. ℣. 34. (*e*) Conc. Constantiens. sess. 13.

mi carne y bebe mi sangre tendrá vida eterna: dixo igualmente: *El pan que yo daré, es mi carne por la vida del mundo.* Y finalmente el que dixo: *Quien come mi carne y bebe mi sangre queda en mí y yo en él*: dixo sin embargo: *El que come este pan, vivirá eternamente* (528).

CAPITULO II.

Potestad de la Iglesia acerca de la administracion del Sacramento de la Eucaristía.

Además declara que la Iglesia ha tenido siempre la potestad en punto de la administracion de los Sacramentos, de establecer ó mudar, salva su esencia, lo que juzgase mas conveniente al bien de los que los reciben, ó á la veneracion de los mismos Sacramentos, segun la variedad de las circunstancias, tiempos y lugares; lo qual parece manifiesta con claridad el Apóstol quando dice: *Considerenos el hombre como Ministros de Christo y dispensadores de los misterios de Dios*; y que él mismo usó de esta potestad, así en este mismo Sacramento como en otros muchos, aparece bastantemente, pues despues de haber ordenado varias cosas acerca de su uso, dice: *Lo demás lo dispondré quando venga* (529). Por esta razon, conociendo la Santa Madre Iglesia esta su autoridad en la administracion de los Sacramentos, aunque desde el principio de la Religion Christiana no se dexase de dar con freqüencia la comunion baxo las dos especies: sin embargo habiendo mudado ya con mucha generalidad por el discurso del tiempo movida de graves y justas causas aprobó esta costumbre de comulgar baxo de una de las dos especies; y mandó se

lege habendam decrevit : quam reprobare , aut sine ipsius ecclesiæ auctoritate pro libito mutare non licet.

CAPUT III.

Totum & integrum Christum , ac verum sacramentum sub qualibet specie sumi.

Insuper declarat , quamvis Redemptor noster , ut antea dictum est , (*a*) in suprema illa cœna hoc sacramentum in duabus speciebus instituerit , & Apostolis tradiderit ; tamen fatendum esse , etiam sub altera tantum specie totum , (*b*) atque integrum Christum , verumque sacramentum sumi ; ac propterea , quod ad fructum attinet , nulla gratia , necessaria ad salutem , eos defraudari , qui unam speciem solam accipiunt.

CAPUT IV.

Parvulos non obligari ad communionem sacramentalem.

Denique eadem sancta synodus docet , (*c*) parvulos , usu rationis carentes , nulla obligari necessitate ad sacramentalem Eucharistiæ communionem. Siquidem per (*d*) baptismi lavacrum regenerati , & Christo incorporati , adeptam jam filiorum Dei gratiam in illa ætate amittere non possunt. Neque ideo tamen dam-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Matth. 26. ℣. 26. 27. & 28. Marc. 14. ℣. 22. 23. & 24. Luc. 22. ℣. 19. & 20. 1. ad Cor. 11. ℣. 24. & 25. Huj. sess. cap. 1. de comm. (*b*) Sess. 13. cap. 3. & can. 3. de Euchar. Dist. 2. de consecr. c. *Qui manducant* 68. c. *Invitat* 70. & * c. *Singuli* 77. (*c*) Huj. sess. 21. can. 4. (*d*) Ad Tit. 3. ℣. 5.

tuviese por ley, la qual no es licito reprobar ó mudar voluntariamente sin la autoridad de la misma Iglesia (530).

CAPITULO III.

Baxo qualquiera de las dos especies se recibe todo y entero á Christo y un verdadero Sacramento.

Declara además que aunque nuestro Redentor, segun ántes se ha dicho, instituyó en aquella última cena este Sacramento en las dos especies, y lo dió á los Apostoles; sin embargo, es preciso confesar que en qualquiera de las dos especies se recibe á Christo todo é integro, y un verdadero Sacramento (531); y que asi por lo que toca al fruto no quedan defraudados de gracia alguna necesaria para la salvacion aquellos que reciben una sola especie (532).

CAPITULO IV.

Los párvulos no están obligados á la Comunion sacramental.

Finalmente, el mismo santo Concilio enseña que los párvulos que carecen de uso de razon no están obligados por ningun motivo á la Comunion sacramental de la Eucaristía (533); pues los que son regenerados por el lavacro del Bautismo, y hechos miembros de Christo, no pueden perder en aquella edad la gracia

ANIMADVERS. IN NOT. CHIFFLET.

(b) * Can. *Singuli* 77. dist. 2. de consecr. desumptus est, non ex Augustino, ut vult Gratianus, sed ex missali Ambrosiano in præfat. Domin. 5. post Epiphan.

damnanda est antiquitas, si eum morem in quibusdam locis aliquando servavit. Ut enim sanctissimi illi patres sui facti probabilem causam pro illius temporis ratione habuerunt; ita certe eos nulla salutis necessitate id fecisse, sine controversia credendum est.

De communione sub utraque specie, & parvulorum.

CANON I.

Si quis dixerit, (a) ex Dei præcepto, vel necessitate salutis omnes, & singulos Christi fidelis utramque speciem sanctissimi Eucharistiæ sacramenti sumere debere; anathema sit.

CANON. II.

Si quis dixerit, sanctam ecclesiam (b) catholicam non justis causis, & rationibus adductam fuisse, ut laicos, atque etiam clericos non conficientes, sub panis tantummodo specie communicaret, aut in eo errasse; anathema sit.

CANON III.

Si quis negaverit, totum, (c) & integrum Christum omnium gratiarum fontem, & auctorem, sub una panis specie sumi, quia, ut quidam falso asserunt, non se-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Huj. sess. 21. cap. 1. Conc. Constantiense sess. 13. (b) Huj. sess. 21. cap. 1. Conc. Constantiense sess. 13. (c) Huj. sess. 21. cap. 3. & sess. 13. cap. 3. & can. 3. de Euchar. Conc. Constantiense sess. 13.

cia que adquirieron ya de hijos de Dios (534). Ni por esto se ha de condenar sin embargo á la antigüedad por haber observado cierto tiempo esta costumbre en algunas partes. Y aunque es cierto que aquellos santísimos Padres tuvieron probable causa para hacerlo asi, segun las circunstancias de aquel tiempo; tambien á la verdad se ha de creer sin disputa que esto no lo hicieron porque fuese necesario para la salvacion (535).

De la comunion baxo de las dos especies, y de los párvulos.

CANON I.

Si alguno dixere que Dios tiene mandado, ó que es necesario para la salvacion que todos y cada uno de los fieles christianos deben recibir las dos especies del Santísimo Sacramento de la Eucaristía; sea anatematizado (536).

CANON II.

Si alguno dixere que la Santa Iglesia Católica no se movió por justas causas y razones para comulgar baxo la especie solo de pan á los legos, y tambien á los Clérigos que no celebran, ó que erró en ello; sea anatematizado (537).

CANON III.

Si alguno negare que Jesu-Christo, fuente y autor de todas las gracias, se recibe todo é íntegro baxo la sola especie de pan, porque como algunos falsamente aseguran, no se recibe segun la insti-

secundum ipsius Christi (7) institutionem, sub utraque specie sumatur; anathema sit.

CANON IV.

Si quis dixerit, (a) parvulis, antequam ad annos discretionis pervenerint, necessariam esse Eucharistiæ communionem; anathema sit.

Duos vero articulos, (b) alias propositos, hos nondum tamen excussos, videlicet: An rationes, quibus sancta catholica ecclesia adducta fuit, ut communicaret laicos, atque etiam non celebrantes sacerdotes, sub una tantùm panis specie, ita sint retinendæ, ut nulla ratione calicis usus cuiquam sit permittendus: & An, si honestis & Christianæ caritati consentaneis rationibus concedendus alicui vel nationi, vel regno calicis usus videatur, sub aliquibus conditionibus concedendus sit; & quænam sint illæ: Eadem sancta synodus, (c) in aliud tempus, oblata sibi quamprimum occasione, examinandos, atque definiendos reservat.

Decretum de reformatione.

PROŒMIUM.

Eadem sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, præsidentibus in ea eisdem apostolicæ sedis legatis, ad Dei omnipotentis laudem, & sanctæ

VARIANTES.

(7) Constitutionem, *edit. Rom. in 4. Dil. Ven. Lov.*

titucion del mismo Christo baxo de las dos especies; sea anatematizado (538).

CANON IV.

Si alguno dixere que la comunion de la Eucaristía es necesaria á los párvulos ántes que lleguen á tener uso de razon; sea anatematizado (539).

El mismo Santo Concilio reserva para otro tiempo, é inmediatamente que se le presente ocasion, el exâminar y definir los dos artículos ya propuestos, y no ventilados hasta ahora, es á saber; si las razones que movieron á la Santa Iglesia Católica para comulgar á los legos y tambien á los Sacerdotes que no celebran, baxo de la especie sola de pan, de tal modo se han de conservar, que por ninguna razon se ha de permitir á nadie el uso del caliz: y si pareciendo por algunas causas honestas y conformes á la caridad christiana, que se debe conceder á alguna Nacion ó Reyno el uso del caliz, ha de ser baxo de ciertas condiciones; y quales sean estas.

Decreto de reforma.

PROEMIO.

El mismo Sacrosanto Ecuménico y general Concilio de Trento, congregado legitimamente en el Espíritu Santo, y presidido por lo mismos Legados de la Silla Apostólica, ha juzgado establecer al presente so-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Huj. sess. 21. princ. & cap. 4. (b) Sess. 13. in fin. Vide etim, sess. 22. in decret. final. (c) Sess. 22. decret. final.

tæ ecclesiæ ornamentum, ea, quæ sequuntur, de reformationis negotio, in præsenti statuenda esse censuit.

CAPUT I.

Episcopi gratis cum ordines conferant, tum dimissorias & testimoniales litteras dent, pro quibus eorum ministri nihil prorsus; notarii autem, quod in decreto præfinitum est, accipiant.

(a) Quoniam (b) ab ecclesiastico ordine omnis avaritiæ suspicio abesse debet; nihil pro collatione quorumcumque ordinum, etiam clericalis tonsuræ, nec pro (c) litteris dimissoriis, aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacumque de causa, etiam sponte oblatum, episcopi, & alii ordinum collatores, aut eorum ministri, quovis pretextu accipiant. Notarii vero in iis tantum locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi, pro singulis litteris dimissoriis, aut testimonialibus, decimam tantum unius aurei partem accipere possint; dummodo eis nullum salarium sit constitutum pro officio exercendo; nec episcopo ex notarii commodis aliquod emolumentum ex eisdem ordinum collationibus directe, vel indirecte provenire possit. Tunc enim gratis operam suam eos præstare omnino teneri decernit: contrarias ta-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Vide quæ circa Simoniacos statuit Pius V. in const. *Cum primum* 1566. (b) Conc. Lateran. 2. c. 1. Conc. Lateran. 4. cap. 63. Conc. Calched. c. 2. Conc. Bracar. 3. c. 3. Conc. Aurelian. 2. c. 3. Conc. Toletan. 8. cap. 3. Caus. 1. q. 2. c. *Sicut episcopum* 4. Cap. *In ordinando* 1. & cap. *Sicut pro certo* 39. X. de Sim. (c) De quibus conc. Milevit. 2. c. 14. *

sobre la materia de la reforma en alabanza de Dios todo poderoso y esplendor de la Santa Iglesia, lo que sigue.

CAPITULO I.

Los Obispos confieran gratuitamente las Ordenes, y den las Letras dimisorias y testimoniales, nada reciban por ellas sus Ministros y los Notarios unicamente lo que señala este Decreto.

Como toda sospecha de avaricia debe estar lexos del Orden Eclesiástico (540), los Obispos y demás Coladores de Ordenes ó sus Ministros no reciban con ningun pretexto cosa alguna por la colacion de qualesquiera Ordenes, aun de la Tonsura Clerical, ni tampoco por las Letras dimisorias ó testimoniales, ni por el sello, ni por otra qualquier causa, aun lo ofrecido voluntariamente (541). Los Notarios solo en aquellas partes donde no reyna la loable costumbre de no recibir nada, puedan llevar la decima parte unicamente de un escudo de oro por cada una de las Letras dimisorias ó testimoniales, con tal que no tengan salario señalado por exercer el oficio (542); ni el Obispo pueda percibir directa ni indirectamente por dicha colacion de las Ordenes emolumento alguno de los derechos del Notario. En este último caso ordena el Concilio tengan obligacion á prestar gratuitamente su ministerio (543); anulando enteramente y prohibiendo los aranceles contrarios

ADDIT. AD NOT. CHIFFLET.

(c) * Vide pro Belgio edict. 11. Maji 1771.

taxas, ac statuta, & consuetudines, etiam immemorabiles, quorumcumque locorum, quæ potius abusus, & corruptelæ, Simoniacæ pravitati faventes, nuncupari possunt, penitus cassando, & interdicendo: & qui secus fecerint tam dantes, quam accipientes, ultra divinam ultionem, pœnas (*a*) à jure inflictas, ipso facto incurrant.

CAPUT II.

Arcentur à sacris ordinibus, qui non habent unde vivere possint.

Cum non deceat eos, qui divino ministerio adscripti sunt, cum ordinis dedecore (*b*) mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere; compertumque sit, complures plerisque in locis ad sacros ordines nullo fere delectu admitti, qui variis artibus, ac fallaciis confingunt, se beneficium ecclesiasticum, aut etiam idoneas facultates obtinere: statuit sancta synodus, ne quis deinceps clericus (*c*) sæcularis, quamvis alias sit idoneus moribus, scientia, & ætate, ad sacros ordines promoveatur, nisi prius legitime constet, eum beneficium ecclesiasticum, quod sibi ad victum honeste sufficiat, pacifice possidere. Id vero beneficium resignare non possit, nisi facta mentione, quod ad illius beneficii titulum sit promotus. Neque ea resignatio admittatur, nisi constito, quod aliunde vivere commo-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Locis supra notatis. (*b*) * Dist. 93. c. *Diaconi sunt* 23. §. *Nunc autem* 5. (*c*) Bulla Pii V. 1568. quæ incipit *Romanus*, extendit id ad clericos regulares non professos.

rios, estatutos y costumbaes, aunque sean inmemoriales de qualquier parte, las quales mas bien pueden llamarse abusos y corruptelas favorables á la pravedad simoniaca (544). Los que lo contrario hicieren, así los que den como los que reciban, además de incurrir en la venganza divina, incurran por el mismo hecho en las penas impuestas por derecho (545).

CAPITULO II.

No sean admitidos á las Ordenes Sagradas los que no tienen con que subsistir.

Siendo indecente en las personas empleadas en el servicio divino andar mendigando con afrenta del estado, ó exercer algun ministerio vil (546); y siendo cosa averiguada que en muchas partes son admitidos á las Ordenes Sagradas sin preceder casi informacion alguna, muchos que con varios ardides y falacias fingen que gozan de Beneficio Eclesiástico, ó de haberes suficientes; ha establecido el Santo Concilio que de aqui adelante ningun Clérigo Secular, aunque por otro lado le asistan buenas costumbres, ciencia y edad competentes, sea promovido á las Sagradas Ordenes sin que primero conste legítimamente que está en pacifica posesion de algun Beneficio Eclesiástico (547) con que puede sustentarse decentemente. Sin embargo, no pueda resignar este Beneficio sino expresando haber primero sido ordenado á título de él (548); ni se admita tal resignacion á no constar

ANIMADVERS. IN NOT. CHIFFLET.

(b) * Can. *Diaconi sunt* 23. dist. 93. est spurius, desumptus ex libello de septem gradibus ecclesiæ, qui per impostúram Hieronymo fuit attributus.

mode possit : & aliter facta resignatio nulla sit. Patrimonium vero, vel pensionem obtinentes, ordinari posthac non possint, (*a*) nisi illi, quos episcopus judicaverit assumendos pro necessitate, vel commoditate ecclesiarum suarum; eo quoque prius perspecto, patrimonium illud, vel pensionem vere ab eis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint : atque illa deinceps sine licentia episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possint; donec beneficium ecclesiasticum sufficiens sint adepti; vel aliunde habeant, (*b*) unde vivere possint : antiquorum canonum pœnas super his innovando.

CAPUT III.

Ratio distributiones quotidianas augendi præscribitur : illæ quibus debeantur : non servientium contumacia punitur.

Cum (*c*) beneficia ad divinum cultum, atque ecclesiastica munia obeunda sint constituta; ne qua in parte minuatur divinus cultus, sed ei debitum omnibus in rebus obsequium præstetur; statuit sancta synodus, in ecclesiis, tam cathedralibus, quam collegiatis, (*d*) in quibus nullæ sunt distributiones quotidianæ, vel ita tenues, ut verisimiliter ne-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Vide bullam Innocentii XII. *Speculatores* 1694. (*b*) Cap. *Non liceat.* 2. Cap. *Episcopus* 4. Cap. *Cum secundum* 16. & cap. *Tuis* 23. de præb. Cap. *Si episcopus* 37. de præb. in 6. Conc. Lateran. sub Alexandro III. part. 1. cap. 5. Dist. 70. c. *Neminem* 1. &c. *Sanctorum* 2. * (*c*) Cap. *Quia per* 15. de rescr. in 6. (*d*) Sess. 22. cap. 3. de ref. *

tar que tiene otros medios para vivir cómodamente; y sea nula la resignacion que de otro modo se haga (549). Pero de los que gocen de patrimonio ó renta, solo se podrán ordenar en lo sucesivo aquellos que el Obispo juzgare debe admitir por la necesidad ó utilidad de sus Iglesias (550), exàminando tambien ántes, que poseen verdaderamente aquel patrimonio ó renta, y que son tales, que bastan para sustentar la vida (551); los que no podrá ya sin licencia del Obispo enagenar, extinguir ó remitir de modo alguno hasta haber logrado un Beneficio Eclesiástico suficiente, ó tener por otra parte de que mantenerse (552): sobre lo qual renueva el Concilio las penas de los antiguos Cánones.

CAPITULO III.

Prescribese el modo de aumentar las distribuciones quotidianas: á quienes se deban estas: castigase la contumacia de los que no sirven.

Habiendose fundado los Beneficios para el culto divino, y exercer las funciones Eclesiásticas, á fin de que en nada se disminuya el culto divino, sino que en todas cosas se le preste el debido obsequio (554), ha establecido el Santo Concilio, que en las Iglesias, así Catedrales como Colegiatas, donde no hay ningunas distribuciones quotidianas (555), ó

ADDIT. AD NOT. CHIFFLET.

(b) * Pro titulo ordinationis in Belgio, consule synod. Camerac. ann. 1586. tit 10., Mechlin ann. 1607. tit. 9. & edicta ad harum executionem data. (c) * Consule pro Belgio synod. Camerac. ann. 1586. tit 18. & Mechlin. ann. 1607. tit. 12.

negligantur, tertiam partem fructuum, & quorumcumque proventuum, & obventionum, tam dignitatum, quam canonicatuum, personatuum, portionum, & officiorum separari debere; & in distributiones quotidianas converti, quæ inter dignitates obtinentes, & ceteros divinis interessentes, proportionabiliter, juxta divisionem ab episcopo, etiam tamquam apostolicæ sedis delegato, in ipsa prima fructuum deductione (8) facienda, dividantur: salvis tamen consuetudinibus earum ecclesiarum, in quibus non residentes, seu non servientes, nihil, vel minus tertia parte percipiunt: non obstantibus exemptionibus, ac aliis consuetudinibus, etiam immemorabilibus, & appellationibus quibuscumque. Crescenteque non servientium contumacia, liceat contra eos procedere, juxta juris, (*a*) ac sacrorum canonum dispositionem.

CAPUT IV.

Coadjutores curæ animarum quando sint assumendi. Ratio novas parochias erigendi traditur.

Episcopi, etiam tamquam apostolicæ sedis delegati, in omnibus ecclesiis parochialibus, vel baptismalibus, in quibus populus ita numerosus sit, ut unus rector non possit sufficere ecclesiasticis sacramentis ministrandis, & cultui divino peragendo; (*b*) cogant rectores, vel alios, ad quos pertinet, sibi tot

VARIANTES.

(8) Faciendam, *edit. Rom-Vat. Rom.* 1763. *Vird. Rhem.*

ó son tan cortas que es verosimil no se aprecien, se separe la tercera parte de los frutos, y de qualesquiera reditos y obvenciones, tanto de las Dignidades, como de los Canonicatos, Personados, Raciones y Oficios; y reduzca á distribuciones quotidianas (556), las quales se repartan con proporcion entre los que posean las Dignidades, y demás personas que asistan á los Oficios Divinos, segun la division que el Obispo aun como Delegado de la Silla Apostólica formalice (557), al tiempo de hacer la primera deduccion de los frutos (558): salvas sin embargo las costumbres de aquellas Iglesias, en las quales los que no residen ó no sirven nada perciben, ó ménos de la tercera parte: sin que á ello obsten exênciones ú otras costumbres, aunque sean inmemoriales, y qualesquiera apelaciones. (559). Y creciendo la contumacia de los que no sirven, sea licito proceder contra ellos segun la disposicion del derecho y de los Sagrados Cánones (560).

CAPITULO IV.

Quando se han de nombrar coadjutores para la cura de almas. Refierese la causa de erigir nuevas Parroquias.

Los Obispos aun como Delegados de la Silla Apostólica en todas las Iglesias Parroquiales, ó Bautismales, en las quales el pueblo sea tan numeroso, que un Cura solo no baste para administrar

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Sess. 23. c. 1. de ref. Cap. *Cum ad hoc* 16. & c. *Clericos* 17. X de cleric. non resid. (b) Cap. *Tuæ nos* 6. X. de eccles. ædif. vel. repar.

tot sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot sufficiant ad sacramenta exhibenda, & cultum divinum celebrandum. In iis vero, in quibus ob locorum distantiam, sive difficultatem parochiani, sine magno incommodo ad percipienda sacramenta, & divina officia audienda accedere non possunt; novas parochias, etiam invitis rectoribus, juxta formam constitutionis Alexandri III. quæ incipit, (a) *Ad audientiam*, constituere possint. Illis autem sacerdotibus, qui de novo erunt ecclesiis noviter erectis præficiendi, competens assignetur portio arbitrio episcopi ex fructibus, ad ecclesiam matricem quomodocumque pertinentibus, &, si necesse fuerit, compellere possit populum ea subministrare, quæ sufficiant ad vitam dictorum sacerdotum sustentandam: quacumque reservatione generali, vel speciali, vel affectione, super dictis ecclesiis, non obstantibus. Neque hujusmodi ordinationes, & erectiones possint tolli, nec impediri, ex quibuscumque provisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibusvis aliis derogationibus, vel suspensionibus.

CA-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Cap. *Ad audientiam* 3. ✠ de eccles. ædif. vel repar. *

trar los Sacramentos Eclesiásticos y exercer el culto divino, obliguen á los Párrocos, ú á otros á quienes toque, agregar así para este ministerio tantos Sacerdotes, quantos basten para conferir los Sacramentos y celebrar el culto divino (561). Pero en aquellas Iglesias en las quales por la distancia ó dificultad de los lugares, los feligreses no pueden sin grande incomodidad acudir á recibir los Sacramentos, y oir los Oficios divinos, puedan, aun contra la voluntad de los Párrocos (562), establecer nuevas Parroquias, con arreglo á lo prevenido en la constitucion de Alexandro III. que empieza: *Ad audientiam* (563). El Obispo asignará á su arbitrio una renta competente de los frutos propios de qualquier modo de la Iglesia Matriz á aquellos Sacerdotes que se nombren de nuevo para las Iglesias que se erijan nuevamente: y pueda en caso necesario apremiar al pueblo á que suministre lo que se necesite para el sustento de dichos Sacerdotes, sin que á esto obste reserva alguna general ó especial, ó afeccion sobre dichas Iglesias. Y no se podrán quitar ni impedir semejantes disposiciones y erecciones por ningunas provisiones, aun en fuerza de resignacion, ó por qualesquiera otras derogaciones ó suspensiones (564).

CA-

ADDIT. AD NOT. CHIFFLET.

(a) * Consule pro Belgio relat. gest. circa conc. Trid. promulg. & recept. & edit. 19. Octob. 1520. art. 5. & edict. 15. Septemb. 1753. art. 1. & 2.: item decreta ad interpretat. hujus artic. 2. data 5. Mart. 1754. 25. Mart. 1755. & 15. Januar. 1756.

CAPUT V.

Possint episcopi facere uniones perpetuas in casibus à jure permissis.

Ut etiam ecclesiarum status, ubi sacra Deo officia ministrantur, ex dignitate conservetur; possint episcopi, etiam tamquam apostolicæ sedis delegati, juxta formam juris, sine tamen præjudicio obtinentium, facere (*a*) uniones perpetuas quarumcumque ecclesiarum parochialium, & baptismalium, & aliorum beneficiorum curatorum, vel non curatorum cum curatis propter earum paupertatem, & in ceteris casibus à jure permissis, etiam si dictæ ecclesiæ, vel beneficia essent generaliter, vel specialiter reservata, aut qualitercumque affecta. (*b*) Quæ uniones etiam non possint revocari, nec quoquo modo infringi vigore cujuscumque provisionis, etiam ex causa resignationis, aut derogationis, aut suspensionis.

CAPUT VI.

Imperitis parochis vicarii assignata parte fructuum pro tempore deputentur: in scandalo perseverantes privari beneficiis possint.

Quia (*c*) illitterati, & imperiti parochialium ecclesiarum rectores sacris minus apti sunt officiis, & alii

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Cap. *Sicut unire* 8. ¨ de excess. prælat. Conc. Lateran. sub Leone X. sess. 9. de ref. curiæ Sess. 24. cap. 13. de ref. Sess. 14. cap. 9. de ref. * (*b*) Cans. 10. q. 3 c. *Unio* 3. Caus. 16. q. 1. c. *Et temporis* 48. & c. *Postquam* 49. (*c*) Dist. 36. c. *Illiteratos* 1. Dist. 38. c. *Ignorantia* 1. Cap. *Nisi cum pridem* 10. ¨ de renuntiat. Cap. *Cum ex eo* 34. de elect. in 6. Conc. Tolet. 8. cap. 8.

CAPITULO V.

Puedan los Obispos hacer uniones perpetuas en los casos permitidos por derecho.

Asimismo para que el estado de las Iglesias donde se tributan á Dios los sagrados oficios se conserve con decoro; puedan los Obispos, aun como Delegados de la Silla Apostolica, hacer con arreglo á derecho, y sin perjuicio no obstante de los actuales poseedores, uniones perpetuas de qualesquiera Iglesias Parroquiales y Bautismales, y de otros Beneficios Curados ó no Curados con los Curados por la pobreza de ellas, y en los demás casos permitidos por derecho (565), aun quando las referidas Iglesias ó Beneficios estuviesen general ó especialmente reservadas, ó de qualquier modo afectos (566). Tampoco podrán revocarse estas uniones, ni de modo alguno quebrantarse en virtud de qualquiera provision, aunque sea por causa de resignacion, derogacion, ó suspension (567).

CAPITULO VI.

A los Curas ignorantes ponganseles Tenientes por determinado tiempo y con parte de los frutos: los que perseveren viviendo con escándalo puedan ser privados de los Beneficios.

No siendo aptos para exercer las sagradas funciones los Curas de las Iglesias Parroquiales que son ig-

no-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(a) * Consule pro Belgio litteras ducissæ Parmensis 11. Julii 1565. de publicat. & recept. conc. Trident. Item relat. Gest. circa conc. Trid. promulgat. & recept.

alii propter eorum vitæ turpitudinem potius destruunt, quam ædificant; episcopi, etiam tamquam apostolicæ sedis delegati, eisdem illitteratis, & imperitis, si alias honestæ vitæ sint, coadjutores, aut vicarios pro tempore deputare, partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, vel aliter providere possint, quacumque appellatione, & exemptione remota. Eos vero, qui turpiter, & scandalose vivunt, postquam præmoniti fuerint, coerceant, ac castigent; &, si adhuc incorrigibiles in sua nequitia perseverent, eos beneficiis, juxta sacrorum (a) canonum constitutiones, exemptione, & appellatione quacumque remota, privandi facultatem habeant.

CAPUT VII.

Episcopi transferant beneficia ex ecclesiis, quæ nequeunt restaurari: alias vero reparari curent: quid in hoc servandum sit.

Cum illud quoque valde curandum sit, ne ea, quæ sacris ministeriis dicata sunt, temporum injuria obsolescant, & ex hominum memoria excidant; episcopi, etiam tamquam apostolicæ sedis delegati, transferre possint beneficia simplicia, etiam juris patronatus, ex ecclesiis, quæ vetustate, vel alias collapsæ sint, & ob (9) eorum inopiam nequeant ins-

VARIANTES.

(9) Earum *edit. Vird. Rhem.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) * Caus. 7. q. 1. c. *Quia frater* 18. Caus. 16. q. 7. c. *Inventum* 38. Cap. *Ut Clericorum* 13. cum 3. sqq. ✠ de vit. & hon. cleric. Cap. *Felicis* 5. de pœn. in 6. Clement. *Multorum* 2. de pœnis.

norantes é imperitos, y destruyendo mas que edificando otros por la torpeza de su vida; los Obispos podrán, aun como Delegados de la Silla Apostolica, poner por cierto tiempo á los referidos Curas iliteratos é ignorantes, si por otra parte son de buena vida (568), Coadjutores ó Vicarios, y señalarles parte de los frutos para su correspondiente manutencion, ó proveer á ello de otro modo sin que obste ninguna apelacion ni exêncion (569). Repriman y castiguen á aquellos que habiendo sido amonestados viven torpe y escandalosamente; y si perseveran todavía incorregibles en su maldad, tengan facultad de privarlos de los Beneficios, segun lo establecido por los sagrados Cánones, y sin embargo de qualquiera exêncion y apelacion (570).

CAPITULO VII.

Los Obispos transfieran los Beneficios de las Iglesias que no pueden restaurarse, cuiden de que otras se reparen, y que se ha de observar en este punto.

Debiendose tambien tener gran cuidado de que no perezcan con la injuria de los tiempos aquellas cosas que están dedicadas á los sagrados ministerios, y pierdan los hombres su memoria, puedan los Obispos, aun como Delegados de la Silla Apostolica, transferir los Beneficios simples aunque sean de Patronato, de aquellas Iglesias, que por antigüedad ú otro motivo estén arruinadas, ó por su pobreza no puedan reedi-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(a) * Can. *Quia frater* 18. caus. 7. q. 1., quem Gratianus Pelagio adscribit, nec Pelagii 1., nec Pelagii 2., sed posterioribus demum temporibus convenit.

instaurari, vocatis iis, quorum interest, in matrices, aut alias ecclesias locorum eorumdem, seu viciniorum, arbitrio suo; atque in eisdem ecclesiis erigant altaria, vel capellas sub eisdem invocationibus; vel in jam erecta altaria, vel capellas transferant cum omnibus emolumentis, & oneribus, prioribus ecclesiis impositis. (a) Parochiales vero ecclesias, etiam si juris patronatus sint, ita collapsas refici, & instaurari procurent ex fructibus, & proventibus quibuscumque, ad easdem ecclesias quomodocumque pertinentibus. Qui si non fuerint sufficientes, omnes patronos, & alios, qui fructus aliquos, ex dictis ecclesiis provenientes, percipiunt; aut in illorum defectum, parochianos omnibus remediis opportunis ad prædicta cogant, quacumque appellatione, exemptione, & contradictione remota. Quod si nimia egestate omnes laborent; ad matrices, seu viciniores ecclesias transferantur; cum facultate, tam dictas parochiales, quam alias ecclesias dirutas, in profanos usus, non sordidos, erecta tamen ibi cruce, convertendi.

CAPUT VIII.

Monasteria commendata, in quibus non viget regularis observantia, & beneficia quæcumque quotannis ab episcopis visitentur.

Quæcumque in diœcesi ad Dei cultum spectant, ab ordinario diligenter curari, atque iis, ubi oportet,

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Cap. *Quicumque* 1. & Cap. *De his* 4. ✠ de eccles. ædif. vel repar. Hujus sess. 21. cap. seq. Vide sess. 7. cap. 8. de ref. cum nota (d). *

Nada hay que instruya con mas freqüencia en la piedad y culto de Dios que la vida arreglada y el buen exemplo de los que se han dedicado al ministerio divino (647): porque viendolos elevados en un lugar superior á las cosas del mundo, todos los demás ponen en ellos los ojos como en un espejo; y de ellos toman lo que han de imitar (648). Por esta razon conviene absolutamente que los Clérigos llamados á ser partícipes de la suerte del Señor, arreglen de tal manera su vida, y todas sus costumbres, que en su trage, aspecto, modo de andar, conversacion, y en todo lo demás no manifiesten sino gravedad, moderacion, y que estan llenos de religion (649); huyendo tambien de caer en culpas leves, que en ellos serian gravisimas, para que sus acciones causen veneracion en los demás (650). Y por lo mismo de que estas cosas quanto mayor provecho y adorno traen á la Iglesia de Dios, tanto mas exâctamente se han de observar, establece el santo Concilio, que lo que los Sumos Pontífices y los sagrados Concilios tienen ya repetida, y saludablemente mandado acerca de la vida, honestidad, decencia en el vestir, y ciencia que han de guardar los Clérigos, y asimismo acerca de que huyan del luxo, de

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADIDT.

(*d*) * C. *Non oportet* 36. dist. 5. de consecr. conferendus est cum can. 41. & 42. concilii Laodiceni, nam exhibet corruptam sententiam can. 41. Laodiceni. (*2) conc. Carth. 4. est supposit. (*3) consule pro Belgio relat. gest. circa conc. Trid. promulg. & recept.

dem in posterum iisdem pœnis, vel majoribus, arbitrio ordinarii imponendis, observentur: nec appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, suspendat. Si qua verò ex his in desuetudinem abiisse compererint; ea quamprimum in usum revocari, & ab omnibus accurate custodiri studeant, non obstantibus consuetudinibus quibuscumque; ne subditorum neglectæ emendationis ipsi condignas, Deo vindice, pœnas persolvant.

CAPUT II.

Quinam ad cathedrales ecclesias assumendi.

Quicumque posthac ad ecclesias cathedrales erit assumendus, is non solum natalibus, ætate, moribus, & vita, ac aliis, quæ à sacris (a) canonibus requiruntur, plene sit præditus, verum etiam in sacro ordine antea, saltem sex mensium spatio, constitutus. Quarum rerum instructio, si ejus notitia nulla, aut recens in curia fuerit, à sedis apostolicæ legatis, seu nuntiis provinciarum, aut ejus ordinario, eoque definitæ

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Cap. *Cum in cunctis* 7. & cap. *Cum nobis* 19. ⁂ de elect. Cap. *Grave nimis* 29. ⁂ de præb. Sess. 24. cap. 1. de ref. Sess. 7. cap. 1. de ref. Conc. Sardic. cap. 13., alibi 10. Nicol. 1. epist. 7. ad Mich. imp., apud Labbe conc. tom. 8. pag. 292. Conc. Bracar. 2. cap. 20. * Dist. 28. c. *De Syracusanæ* 13. ** Dist. 61. per tot.

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(a) * Can. *De Syracusanæ* 13. dist. 28. videtur spurius: magis etiam sæculi X. vel XI., quam Pelagii temporibus congruit. ** Ex dist. 61. eliminandi sunt, utpote spurii, can. *Miserum* 4., can. *Miramur* 5., can. *Statuimus* 8. & can. *Catinensis* 17.

de los banquetes, bayles, juegos de suerte, y otras diversiones, y de qualesquier delitos, como tambien de los negocios seculares; lo mismo se guarde tambien en adelante, baxo de las mismas penas ó mayores que el Ordinario impondrá á su arbitrio (651); sin que la apelacion suspenda esta execucion (652) que mira á la correccion de las costumbres. Y si hallaren estar sin uso algunas de dichas determinaciones; procuren quanto ántes restablecerlas, y que todos las observen puntualmente no obstante qualesquier costumbres; para que Dios no castigue en ellos con las debidas penas su negligencia en corregir á sus súbditos (653).

CAPITULO II.

Quienes han de ser electos para las Iglesias Catedrales.

El que en adelante haya de ser electo para las Iglesias Catedrales, no solamente ha de tener todas las qualidades que requieren los sagrados Cánones en punto á nacimiento, edad, costumbres, vida, y otras circunstancias (654), sino que ha de estar constituido seis meses ántes por lo ménos en las Ordenes sagradas (655); de cuyos requisitos si no estuviere enterada la Curia, ó tuviere una reciente noticia, se informe de los Legados de la Silla Apostólica, ó de los Nuncios de las Provincias, ó del Ordinario local, y á falta de éste, de los Ordinarios mas cercanos (656). Además, esté dotado de la instruccion suficiente para cumplir con el cargo que se le confiera (657); para lo qual es justo haya recibido ántes en alguna Universidad el grado de Maestro ó Doctor, ó de Licenciado en Sagrada Teología ó en Derecho Canonico (658); ó acredite con testimonio público de alguna Acade-

ficiente, à vicinioribus ordinariis sumatur. Scientia vero præter hæc ejusmodi polleat, ut muneris sibi injungendi necessitati possit satisfacere. Ideoque antea in (*a*) universitate studiorum magister, sive doctor, aut licentiatus in sacra theologia, vel jure canonico merito sit promotus; aut publico alicujus academiæ testimonio idoneus ad alios docendos ostendatur. Quod si regularis fuerit, à superioribus suæ religionis similem fidem habeat. Prædicti autem omnes, unde instructio, seu testificatio erit sumenda, hæc fideliter & gratis referre teneantur: alioquin eorum conscientias, graviter oneratas esse scient; ac Deum, & superiores suos habebunt ultores.

CAPUT III.

Statuendæ distributiones quotidianæ ex tertia parte quorumcumque fructuum: portio absentium quibus cedat: certi casus excepti.

Episcopi, etiam tamquam delegati apostolici, ex fructibus, & proventibus quibuscumque, omnium dignitatum, personatuum, & officiorum, in ecclesiis cathedralibus, vel collegiatis existentium (*b*) tertiam partem in distributiones, eorum arbitrio assignandas, dividere possint; ut scilicet, qui eas obtinent, si personaliter competens (15) sibi servitium juxta formam, ab eisdem episcopis prescribendam, quo-

VARIANTES.

(15) Ibi *edit. Dil. Vird. Rhem. Ven.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Vide const. Pii V. *Quamvis* 1568. (*b*) Sess. 21. cap. 3. de ref. *

demia su capacidad para enseñar á los demás (659); y siendo regular presente igual testimonio de los Superiores de su Religion. Pero todos los arriba dichos de quienes se ha de tomar informe ó certificacion, deban practicarlo con fidelidad y gratuitamente: de lo contrario sepan que sus conciencias quedarán gravadas mortalmente, y que los castigarán Dios y sus Superiores (660).

CAPITULO III.

Establezcanse distribuciones quotidianas que se han de sacar de la tercera parte de todos los frutos. A quien se ha de aplicar la porcion de los ausentes. Exceptuanse algunos casos.

Los Obispos aun como Delegados Apostolicos puedan dividir la tercera parte de qualesquier frutos y emolumentos de todas las dignidades, personados y oficios que haya en sus Iglesias Catedrales ó Colegiatas en distribuciones que asignarán á su arbitrio (661); de suerte que si aquellos que las obtienen faltaren personalmente en qualquiera dia establecido á su ministerio, segun la forma que los mismos Obispos prescriban; pierdan la distribucion de aquel dia, y de ningun modo adquieran su dominio (662), sino apliquese á la fábrica de la Iglesia si lo necesitare, ó á otro lugar pio á voluntad del Ordinario (663); y si continuasen en faltar procedan contra ellos, segun lo prescripto por los sagrados Cánones (664). Pero si alguna de las expresadas dignidades no tu-

ANIMAD. IN NOT. CHIFFLETII. ET ADDIT.

(b) * Consule addit. ad not. Chiffiet. ad cap. 3. de ref. sess. 21.

quolibet die statuto non impleverint; illius diei distributionem amittant, nec ejus quoquo modo dominium acquirant, sed fabricæ ecclesiæ, quatenus indigeat, aut alteri pio loco, arbitrio ordinarii, applicetur. (*a*) Crescente vero contumacia, contra eos juxta sacrorum canonum constitutiones procedant. Quod si alicui ex prædictis dignitatibus in ecclesiis cathedralibus, vel collegiatis, de jure, seu consuetudine, jurisdictio, administratio, vel officium non competat, sed extra civitatem in diœcesi (*b*) cura animarum immineat; cui is, qui dignitatem obtinet, incumbere voluerit; tunc pro tempore, quo in curata ecclesia resederit, ac ministraverit, tamquam præsens sit, ac divinis intersit, in ecclesiis cathedralibus, ac collegiatis habeatur. Hæc in iis tantum ecclesiis constituta inteligantur, in quibus nulla est consuetudo, vel statutum, ut dictæ dignitates non servientes aliquid amittant, quod ad tertiam partem dictorum fructuum, & proventuum ascendat: non obstantibus consuetudinibus, etiam immemorabilibus, (16) exemptionibus, & constitutionibus, etiam juramento, & quavis auctoritate firmatis.

CAPUT IV.

In ecclesia cathedrali, vel collegiata, sacro ordine non initiati vocem in capitulo non habeant. Qualitates & onera obtinentium beneficia in illis.

Quicumque in cathedrali, vel collegiata, sæculari, vel regulari ecclesia divinis mancipatus officiis, in

VARIANTES.

(16) Exemptionibus *abest ab edit. Rom. in* 4. *Brix. Dil. Lov-Bog. Vird. Rhem. Lov. Antv. & Col.*

tuviese por derecho ó costumbre, jurisdicion, administracion ú oficio en las Iglesias Catedrales ó Colegiatas, y si, alguna Cura de almas fuera de la Ciudad, y en la misma Diócesis, y la quisiere exercer el que obtiene la Dignidad; en este caso durante el tiempo que residiere y se empleare en su Curato, consideresele por presente y asistente á los Divinos Oficios en las Iglesias Catedrales y Colegiatas (665). Lo determinado entiendase en aquellas Iglesias únicamente en que no haya costumbre ni estatuto alguno de que las dichas Dignidades que no asisten al servicio, pierdan algo que ascienda á la tercera parte de los referidos frutos y emolumentos (666): sin que obsten ningunas costumbres aun inmemoriales, exênciones y constituciones, aunque estén confirmadas con juramento y por qualquier autoridad (667).

CAPITULO IV.

Los que no estén ordenados in sacris, no tengan voto en el Cabildo de las Iglesias Catedrales ó Colegiatas. Qualidades y cargas de los que obtienen Beneficios en ellas.

Qualquiera que dedicado á los Oficios divinos en una Iglesia Catedral ó Colegiata, secular ó regular, no esté ordenado á lo ménos de Subdiácono; no tenga voto en el Cabildo de las referidas Iglesias, aun quando los demás se lo hubieren concedido voluntariamente (668). Pe-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Toto tit. ℣ de cleric. non resid. cap. *Cum ex eo* 34. de elect. in 6.
(b) Vide const. 65. Pii V. *Cupientes* 1568.

in subdiaconatus ordine saltem constitutus non sit; vocem in hujusmodi ecclesiis in capitulo non habeat, etiam si hoc sibi ab aliis libere fuerit concessum. Ii vero, qui dignitates, personatus, officia, præbendas, portiones, ac quælibet alia beneficia in dictis ecclesiis obtinent, aut in posterum obtinebunt, quibus onera varia sunt annexa, videlicet, ut alii missas, alii evangelium, alii epistolas dicant, seu cantent; quocumque ii privilegio, exemptione, prærogativa, generis nobilitate sint insigniti, teneantur, justo impedimento cessante, (*a*) infra annum ordines suscipere requisitos: alioquin pœnas incurrant, juxta constitutionem concilii Viennensis, (*b*) quæ incipit, *Ut ii, qui*: quam præsenti decreto innovat. Cogantque episcopi eos diebus statutis dictos ordines per seipsos (*c*) exercere, ac cetera omnia officia, quæ debent, in cultu divino præstare, sub eisdem, & aliis, etiam gravioribus pœnis, arbitrio eorum imponendis. Nec aliis in posterum fiat provisio; nisi iis, qui jam ætatem, & ceteras habilitates integre habere dignoscantur: (17) aliter irrita sit provisio.

VARIANTES.

(17) Aliter irrita sit provisio. *absunt ab edit. Vird. & Rhem.*

CA-

Pero los que gozan ó en adelante gozaren en las mismas Iglesias, Dignidades, Personados, Oficios, Prebendas, Raciones, ó qualesquier otros Beneficios á que estén anexas varias cargas, es á saber, de que unos digan ó canten Misas, otros el Evangelio, y otros las Epístolas; deban, no mediando un justo impedimento, recibir dentro de un año las Ordenes que requiere su ministerio (669), aunque gocen de qualquier privilegio, exêncion, prerogativas, ó nobleza de nacimiento: de lo contrario incurran en las penas impuestas en la constitucion del Concilio de Viena del Definado, que empieza: *Ut ii qui*, la qual se renueva en el presente decreto (670). Y obliguenles los Obispos á que exerzan personalmente dichas órdenes en los dias señalados, y todos los demás Oficios del servicio divino, con que deben cumplir imponiéndoles para que así lo executen las mismas penas, y aun otras mas graves á su arbitrio (671). Ni se les haga en lo sucesivo provision alguna, sino á aquellos que se vea tienen enteramente la edad y las demás qualidades necesarias; de lo contrario sea nula la provision (672).

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Cap. *Præterea* 5. ⁂ de ætat. & qual. & ord. præfic. cap. *Si is* de inst. in 6. (b) Clement. *Ut ii, qui* 2. de ætat. & qual. & ord. præfic. (c) Sess. 24. cap. 12. de ref.

CA-

CAPUT V.

Dispensationes extra curiam episcopo committantur, & ab eo examinentur.

*Dispensationes, quacumque auctoritate concedendæ, si extra Romanam curiam committendæ erunt, committantur ordinariis illorum, qui eas impetraverint. Eæ vero, quæ gratiose concedentur, suum non sortiantur effectum, nisi prius ab eisdem, tamquam delegatis apostolicis, summarie tantum, & extrajudicialiter cognoscatur, expressas preces subreptionis, vel obreptionis vitio non subjacere.

CAPUT VI.

Circumspecte commutandæ ultimæ voluntates.

In commutationibus ultimarum voluntatum, (a) quæ non nisi ex justa, & necessaria causa fieri debent; episcopi, (18) tamquam delegati sedis apostolicæ, summarie, & extrajudicialiter cognoscant, nihil in precibus, tacita veritate, vel suggesta falsitate fuisse narratum; priusquam commutationes prædictæ executioni demandentur.

VARIANTES.

(18) Etiam tamquam *edit. Brix. Vind. Rhem. Lov-Bog. Antv. & Col.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Sess. 25. cap. 4. de ref. *

CA-

CAPITULO V.

Las dispensas que se han de expedir fuera de la Curia Romana cometanse al Obispo, y exâminelas.

Las dispensas que se concedan por qualquiera autoridad si se han de cometer fuera de la Curia Romana, cometanse á los Ordinarios de los que las hubieren impetrado (673): y no surtan su efecto las que se concedan de gracia, sin que ántes los mismos como Delegados de la Silla Apostolica conozcan solo sumariamente y sin figura de juicio, que la relacion de las preces no contiene el vicio de subrepcion ú obrepcion (674).

CAPITULO VI.

Circunspeccion con que se ha de proceder en conmutar las últimas voluntades.

En las conmutaciones de las últimas voluntades, las quales no deben hacerse sin causa justa y necesaria; los Obispos como Delegados de la Sede Apostolica, ántes de mandar se executen conozcan sumaria y extrajudicialmente si en la narrativa de las preces se ha callado la verdad, ó se ha expuesto algun hecho falso (675).

ANIMAD. IN NOT. CHIFFLET.

* Consule pro Belgio relat. gest. circa Trid. promulg. & recept. (a) * Consule pro Belgio relat. gest. circa conc. Trid. promulg. & recept.

CAPUT VII.

Innovatur cap. Romana *de appellationibus, in sexto.*

Legati, & nuntii apostolici, patriarchæ, primates, & metropolitani, in appellationibus ad eos interpositis, in quibusvis causis, tam in admittendis appellationibus, quam in concedendis inhibitionibus post appellationem servare teneantur formam & tenorem sacrarum constitutionum, & præsertim (*a*) Innocentii quarti, quæ incipit, *Romana*; quacumque consuetudine, etiam immemorabili, aut stylo, vel privilegio, in contrarium non obstantibus: aliter inhibitiones, & processus, & inde secuta quæcumque sint ipso jure nulla.

CAPUT VIII.

Episcopi pias omnium dispositiones exequantur: quæcumque pia loca visitent, dummodo non sub immediata regum protectione sint.

Episcopi, (*b*) etiam tamquam sedis apostolicæ delegati, in casibus à jure concessis, omnium piarum dispositionum, tam in ultima voluntate, quam inter vivos, sint executores; habeant jus visitandi hospitalia, collegia quæcumque, ac (*c*) confraternitates laicorum, etiam quas scholas, sive quocumque alio nomine vocant: non tamen quæ sub regum immediata protectione sunt, sine eorum licentia: eleemosynas mon-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Cap. *Romana* 3. de appellat. in 6. (*b*) Clement. *Quia contingit* 2. de religios. domib. * (*c*) Vide constit. Clementis 8. *Quæcumque* 1604.

CAPITULO VII.

Renuevase el capítulo Romana de Appellationibus del libro sexto de las Decretales.

Los Legados y Nuncios Apostolicos, los Patriarcas, Primados y Metropolitanos, en las apelaciones interpuestas ante ellos en qualesquiera causas, tengan obligacion, así en admitirlas, como en conceder inhibiciones despues de la apelacion interpuesta de guardar la forma y tenor de las constituciones sagradas, y especialmente la de Inocencio IV. que empieza *Romana* (676): sin que obste qualquier costumbre aun inmemorial, estilo ó privilegio contrario; pues de otro modo las inhibiciones y autos y quanto se siga de estos, sean nulos *ipso jure* (677).

CAPITULO VIII.

Los Obispos sean executores de todas las disposiciones pias: visiten qualesquier lugares pios que no estén baxo la inmediata proteccion Real.

Los Obispos aun como Delegados de la Sede Apostolica, sean executores en los casos concedidos por derecho, de todas las disposiciones pias, ya testamentarias ya entre vivos (678); y tengan derecho de visitar los Hospitales, qualesquier Colegios, y las Comunidades de los Legos, aun las llamadas escuelas ó

ADDIT. AD NOT. CHIFFLET.

(b) * Vide pro Belgio relat. gestor. circa conc. Trid. promulg. & recept. Item synod. Camerac. ann 1586. tit. 15. cap. 16. & tit. 22. cap. 16. & Mechlin ann. 1607. tit. 17. cap. 9.

montis pietatis, sive caritatis, & pia loca omnia, quomodocumque nuncupentur, etiamsi prædictorum locorum cura ad laicos pertineat, atque eadem pia loca exemptionis privilegio sint munita; ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum salutem, (19) seu pauperes sustentandos instituta sunt; ipsi ex officio suo (*a*) juxta sacrorum canonum statuta cognoscant, & exequantur: non obstantibus, quacumque consuetudine, etiam immemorabili, privilegio, aut statuto.

CAPUT IX.

Administratores quorumcumque piorum locorum reddant rationem ordinario, nisi aliter in fundatione sit cautum.

Administratores, tam ecclesiastici, quam laici, fabrici cujusvis ecclesiæ, etiam cathedralis, (*b*) hospitalis, confraternitatis, eleemosynæ montis pietatis, & (*c*) quorumcumque piorum locorum, singulis annis teneantur reddere rationem administrationis ordinario: consuetudinibus & privilegiis quibuscumque in contra-

VARIANTES.

(19) Et pauperes *edit. Brix. Lov-Bog. Vind. Rham. Antv. & Col.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Cap. *Nos quidem* 3. Cap. *Si heredes* 6. Cap. *Tua* 17. & cap. *Joannes* 19. ff. de testam. & ult. volunt. (*b*) Sess. 7. cap. 15. de ref. (*c*) Clement. *Quia contingit* 2. de religios. domib. Sess. 25. cap. 8. de ref. *

ADDIT. IN NOT. CHIFFLET.

(*c*) * Consule pro Belgio synod. Camerac. ann. 1586. tit. 15. Mechlin. ann. 1607. tit. 22., & edicta ad harum execut. data. His adde varia sta-

ó con qualquier otro nombre (679); exceptuando las que están baxo la inmediata proteccion de los Reyes sin permiso de éstos (680); las limosnas de los montes de piedad ó caridad, y todos los lugares pios de qualquier modo que se titulen (681), aun quando su cuidado pertenezca á seglares, y gocen los mismos lugares pios de privilegio de exêncion (682). Finalmente conozcan de oficio, segun lo establecido por los Sagrados Cánones, de todo lo que esté establecido para el culto de Dios, salvacion de las almas ó sustento de los pobres, y ponganlo en execucion no obstante qualquier costumbre, aun inmemorial, privilegio ó estatuto (683).

CAPITULO IX.

Los Administradores de los lugares pios dên cuenta de su Administracion al Ordinario, á no ser que disponga otra cosa la fundacion.

Los Administradores, tanto Eclesiásticos como Legos, de la fábrica de qualquiera Iglesia, aunque sea Catedral, Hospital, Cofradía, limosnas de Monte de piedad, y de todos los lugares pios deban cada año dar cuenta de su Admistracion al Ordinario (684): se derogan qualesquier costumbres y privilegios que haya en contrario (685); á no ser que esté prevenida otra cosa expresamente en el es-

statuta, variis locis præscripta, quæ habentur Part. 3. edit. Brab. lib. 1. tit. 7. pag. 131. & sqq. Part. 5. edict. Brab. lib. 1. tit. 6. cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. pag. 76. & sqq. Part. 3. edict. Flandr. lib. 1. de rubr. 3. pag. 31. & sqq. Part. 3. lib. 6. rub. 1. pag. 1360. & sqq. & part. 5. lib. 1. rub. 4. pag. 34. & sqq. Decreta ad petit. episcopi Brugensis data 28. Julii & 9. Octob. 1762. & statut. pro Wasia à Princip. nost. approbat. 27. Februar. 1764.

trarium sublatis : nisi secus forte in institutione , & ordinatione talis ecclesiæ seu fabricæ expresse cautum esset. Quod si ex consuetudine , aut privilegio , aut ex consuetudine aliqua loci , aliis ad id deputatis ratio reddenda esset ; tunc cum iis adhibeatur etiam ordinarius : & aliter factæ liberationes dictis administratoribus minime suffragentur.

CAPUT X.

Notarii episcoporum examini & judicio subjaceant.

*Cum ex notarium imperitia plurima damna , & multarum occasio litium oriatur ; possit episcopus quoscumque notarios , etiamsi apostolica , imperiali, aut regia auctoritate creati fuerint , etiam tamquam delegatus sedis apostolicæ , examinatione adhibita, eorum sufficientiam scrutari ; illisque non idoneis repertis , aut (20) quandocumque in officio delinquentibus , officii ejus in negotiis , litibus , & causis ecclesiasticis , ac spiritualibus exercendi usum perpetuo, aut ad tempus prohibere. Neque eorum appellatio interdictionem ordinarii suspendat.

VARIANTES.

(20) Quomodocumque *edit. Brix. Lov-Bog. Vird. Rhem. Antv. & Col.*

establecimiento y constituciones de la tal Iglesia ó fábrica (686). Y si por costumbre, privilegio ó estatuto del Lugar se hubiese de dar la cuenta á otras personas nombradas á este efecto ; en este caso asista con ellos tambien el Ordinario (687), y en su defecto de nada sirvan á dichos Administradores los finiquitos que se les dén (688).

CAPITULO X.

Los Notarios estén sujetos al exâmen y juicio de los Obispos.

Resultando de la impericia de los Notarios muchos daños , y siendo esta ocasion de un gran número de pleytos; pueda el Obispo , aun como Delegado de la Silla Apostólica , averiguar , mediante exâmen, la capacidad de qualesquier Notarios (689) , aunque estuvieren creados por autoridad Apostólica, Imperial ó Real ; y no hallandolos idoneos, ó viendo que alguna vez cumplen mal con su obligacion , prohibirles perpetua ó temporalmente el exercicio de su oficio (690) en los negocios, pleytos , y causas eclesiásticas y espirituales ; sin que su apelacion suspenda la prohibicion impuesta por el Ordinario.

ADDIT. IN NOT. CHIFFLET.

* Vide pro Belgio relat. gestor. circa conc. Trid. promulgat. & recept. Item edicta 7. Octob. 1531. art. 4. 4. Octob. 1540. art. 9. Et edict. 4. Januar. 1744. art. 9.

CAPUT XI.

Bonorum cujuscumque ecclesiæ, aut pii loci occupatores puniuntur.

Si (a) quem clericorum, vel laicorum, quacumque is dignitate, etiam imperiali, aut regali præfulgeat, in tantum malorum (b) omnium radix, cupiditas occupaverit, ut alicujus ecclesiæ, seu cujusvis sæcularis, vel regularis beneficii, montium pietatis, aliorumque piorum locorum jurisdictiones, bona, census, ac jura, etiam feudalia, & emphiteutica, fructus, emolumenta, seu quascumque obventiones, quæ in ministrorum, & pauperum necessitates converti debent; per se, vel alios vi, vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas clericorum, aut laicorum, seu quacumque arte, aut quocumque quæsito colore in proprios usus convertere, illosque usurpare præsumpserit, seu impedire, ne ab iis, ad quos jure pertinent, percipiantur: is (c) anathemati tamdiu subjaceat, quamdiu jurisdictiones, bona, res, jura, fructus, & redditus, quos occupaverit, vel qui ad eum quomodocumque, etiam ex donatione suppositæ personæ, pervenerint, ecclesiæ, ejusque administratori, sive beneficiato integre restituerit; ac deinde à Romano pontifice absolutionem obtinuerit. Quod si ejusdem ecclesiæ patronus fuerit; etiam jure patronatus,

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Conc. Aurelian. V. c. 13. & 14. Conc. Tribur. 1. c. 7. Conc. Aurelian. 3. c. 17. Conc. Turon. 2. c. 24. & 25. Conc. Mogunt. 1. sub Leone 4. c. 6. & 11. Conc. Aquisgran. sub Stephano 4. c. 88. Conc. Lateran. sub Leone 10. sess. 9. & 10. * Caus. 12. q. 2. c. *Prædia* 5. (*2) Can. *Qui abstulerit* 6. & (*3) Can. *In legibus* 10. (b) 1. ad Timoth. 6. ℣. 10. * (c) Vide bullam *Cœnæ* clausula 17.*

CAPITULO XI.

Imponense penas á los que usurpan los bienes de qualquier Iglesia ó lugar pio.

Si algun Clérigo ó Lego de qualquier Dignidad que sea aun Imperial ó Real estuviere tan poseido de la codicia, raiz de todos los males, que se atreva por sí ó por otros, usando de fuerza ó amenazas, ó tambien valiendose de personas supuestas eclesiásticas ó seculares, ó de qualquier arte ó pretexto á convertir en su propio provecho, y usurpar las jurisdicciones, bienes, censos y derechos, aun feudales y enfiteuticos, frutos y emolumentos, ó qualesquiera obvenciones de alguna Iglesia, ú de qualquier beneficio secular y regular de los Montes de piedad, y de otros lugares pios, que deben servir para sufragar á las necesidades de sus ministros y de los pobres; ó impedir que los perciban aquellos á quienes de derecho pertenecen (691); permanezca excomulgado hasta que haya restituido integramente á la Iglesia y á su Administrador ó Beneficiado las jurisdicciones, bienes, efectos, derechos, frutos y rentas, ocupadas por él, ó que hubiere adquirido de qualquier modo aun por donacion de una supuesta persona; y además haya obtenido la absolucion del Romano Pontifice (692). Y si fuere Patrono de la misma Iglesia, además de incurrir

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(a) * Can. *Prædia* 5. caus. 12. q. 2. est spur. (*) Can. *Qui abstulerit* 6. caus. 12. q. 2. est spur. (*3) Can. *In legibus* 10. caus. 12. q. 2. est spur. (b) * Adde pro Belgio relat. gestor. circa conc. Trid. promulgat. & recept. (c) * Bulla *Cœnæ* numquam in Belgio fuit admissa, at ex eo, prout & aliis é regnis, exulare jussa.

tus, ultra prædictas pœnas, eo ipso privatus existat. Clericus vero, qui nefandæ fraudis, & usurpationis hujusmodi fabricator, seu consentiens fuerit, eisdem pœnis subjaceat; nec non quibuscumque beneficiis privatus sit, & ad quæcumque alia beneficia inhabilis efficiatur; & à suorum ordinum executione, etiam post integram satisfactionem, & absolutionem, sui ordinarii arbitrio suspendatur.

Decretum super petitione concessionis calicis.

Insuper, (*a*) cum eadem sacrosancta synodus superiori sessione duos articulos, alias propositos, & tum nondum discussos, videlicet: An rationes, quibus sancta catholica ecclesia adducta fuit, ut communicaret laicos atque etiam non celebrantes sacerdotes, sub (21) una panis specie, ita sint retinendæ, ut nulla ratione calicis usus cuiquam sit permittendus: &, an si honestis, & Christianæ caritati consentaneis rationibus concedendus alicui, vel nationi, vel regno calicis usus videatur, sub aliquibus conditionibus concedendus sit, & quænam illæ sint; in aliud tempus, oblata sibi occasione, examinandos, atque definiendos reservaverit: nunc eorum, pro quibus petitur, saluti optime consultum volens, decrevit, integrum negotium ad sanctissimum dominum nostrum esse referendum, prout præsenti decreto refert: qui pro sua singulari prudentia id efficiat, quod utile reipublicæ Christianæ, & salutare petentibus usum calicis fore judicaverit.

n-

VARIANTES.

(21) Una tantum *edit. Brix. Lov-Bog. Ubd. Rhem. Antv. & Col.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Session 21. post can. 4. & sess. 13. in decret. prorog.

rir en las dichas penas, quede privado tambien por el mismo hecho del derecho de Patronato (693). El Clérigo que fuere autor de este fraude detestable y usurpacion, ó consintiere en ella sea castigado con las mismas penas; y asimismo privado de qualesquier Beneficios; y quede inhabil para poder obtener otro ninguno; y su Ordinario suspendale á su arbitrio del exercicio de sus Ordenes, aun despues que haya satisfecho plenamente y sido absuelto (694).

Decreto sobre la peticion de que se conceda el caliz.

Además, habiendo el mismo Sacrosanto Concilio en la Sesion antecedente reservado para otro tiempo, quando se le presentase ocasion, el exámen y determinacion de dos artículos propuestos en otra parte, y no ventilados entónces, á saber: Si las razones que movieron á la Santa Iglesia Católica para dar la comunion á los legos, y aun á los Sacerdotes que no celebran, baxo sola la especie de pan, han de subsistir, de suerte, que por ninguu motivo se permita á nadie el uso del caliz: y, si pareciendo por causas racionales y conformes á la caridad christiana, que deba conceder el uso del caliz á alguna Nacion ó Reyno, haya de ser esta concesion baxo de algunas condiciones, y quales sean éstas: ahora mirando con sumo cuidado por la salvacion de aquellos para quienes se pide, ha decretado que todo este asunto se remita, como lo remite por el presente decreto al Sumo Romano Pontífice señor nuestro: quien con su singular prudencia determine lo que juzgare útil á la República christiana, y saludable á los que piden el uso del caliz.

Indictio futuræ sessionis.

Insuper eadem sacrosancta Tridentina synodus diem futuræ sessionis ad ferlam quintam, post octavam festivitatis omnium sanctorum, qui erit dies XII. mensis Novemb. indicit; & in ea decernetur de sacramento ordinis, & de sacramento matrimonii &c.

Prorogata fuit sessio usque ad diem XV. *Julii* M. D. LXIII.

SESSIO XXIII.

QUÆ EST SEPTIMA

SUB PIO IV. PONT. MAX.

CELEBRATA DIE XV. JULII. M. D. LXIII.

Vera & catholica doctrina de sacramento ordinis, ad condemnandos errores nostri temporis, à sancta synodo Tridentina decreta, & publicata sessione septima.

CAPUT I.

De institutione sacerdotii novæ legis.

Sacrificium, & sacerdotium ita Dei ordinatione conjuncta sunt, (a) ut utrumque in omni lege extiterit. Cum igitur in novo testamento sanctum Eucharistiæ sacrificium visibile ex Domini institutione catho-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Cyprian. lib. 1. adv. Judæos.

Señalamiento de la Sesion futura.

Además el mismo Sacrosanto Concilio de Trento señala para la próxîma Sesion el Juéves posterior á la octava de la festividad de todos los Santos, que será el dia 12 del mes de Noviembre ; y en ella se decidirá acerca del Sacramento del Orden y del Sacramento del Matrimonio &c.

Esta Sesion se prorogó hasta el dia 15 de Julio de 1563.

SESION XXIII.

QUE ES LA SEPTIMA

CELEBRADA

EN TIEMPO DEL SUMO PONTIFICE PIO IV.

EL DIA 15 DE JULIO DE 1563.

Doctrina verdadera y católica, acerca del Sacramento del Orden, decretada y publicada en la Sesion septima por el Santo Concilio de Trento para condenar los errores de nuestro tiempo.

CAPITULO I.

De la institucion del Sacerdocio de la nueva ley.

El Sacrificio y el Sacerdocio están de tal manera unidos por disposicion de Dios, que uno y otro ha exîstido en ambas leyes (695). Habiendo pues recibido la Iglesia católica en el nuevo Testamento el santo Sacri-

tholica ecclesia acceperit; (a) fateri etiam oportet, in ea novum esse visibile, & externum sacerdotium, in quod vetus translatum est. Hoc autem ab eodem Domino salvatore nostro institutum esse; atque Apostolis, eorumque successoribus in sacerdotio, potestatem traditam consecrandi, offerendi, (b) & ministrandi corpus, & sanguinem ejus, necnon & peccata dimittendi, & retinendi, sacræ litteræ ostendunt, & catholicæ ecclesiæ traditio semper docuit.

CAPUT II.

De septem ordinibus.

Cum autem divina res sit tam sancti sacerdotii ministerium; consentaneum fuit, quod dignius, & majori cum veneratione exerceri posset, ut in ecclesiæ ordinatissima dispositione (c) plures & diversi essent ministrorum ordines, qui sacerdotio ex officio deservirent; ita distributi, ut, qui jam clericali tonsura insigniti essent, per minores ad majores adscenderent. Nam non solum de sacerdotibus, (d) sed & de diaconis sacræ litteræ apertam mentionem faciunt; & quæ maxime in illorum ordinatione attendenda sunt, gravissimis verbis docent; & ab ipso ecclesiæ initio sequentium ordinum nomina, atque uniuscujusque eorum propria ministeria, subdiaconi scilicet, acolythi, exorcistæ, lectoris, & ostiarii in usu fuisse cognoscuntur; quamvis

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Ad Hebr. 7. ℣. 12. & sqq. (b) Matth. 16. ℣. 22. 23. & 24. Luc. 22. ℣. 19. & 20. Joan. 20. ℣. 22. & 23. (c) Hui. sess. can. 2. & cap. 17. de ref. (d) 1. ad Timoth. 3. ℣. 8. 9. & 10. Act. 6. ℣. 5. Act. 21. ℣. 8.

crificio visible de la santa Eucaristía, instituido por el mismo Señor (696); es preciso tambien confesar, que en la misma Iglesia hay un nuevo Sacerdocio visible y externo en que se transfirió el antiguo. Las sagradas Letras manifiestan, y la tradicion de la Iglesia católica ha enseñado en todos tiempos que este nuevo Sacerdocio fué instituido por el mismo Señor y Salvador nuestro; y que á los Apóstoles y á sus sucesores en el Sacerdocio les dió la potestad de consagrar, ofrecer, y administrar su Cuerpo y Sangre, y tambien de perdonar y retener los pecados (697).

CAPITULO II.

De las siete Ordenes.

Siendo el ministerio de tan santo Sacerdocio una cosa divina; fué conveniente para que se pudiese exercer mas dignamente y con mayor veneracion, que para el buen arreglo de la Iglesia tan sábia en sus disposiciones, hubiese muchas y varias clases de Ministros destinados por su oficio al Sacerdocio; distribuidos de manera que los que estuviesen condecorados con la tonsura Clerical, ascendiesen por las Ordenes menores á las mayores (698), pues las sagradas Letras hacen clara mencion, no solo de los Sacerdotes, sino tambien de los Diáconos, y enseñan con palabras de mucha gravedad (699) lo que se ha de observar principalmente en su ordenacion, y aun desde el mismo principio de la Iglesia se vé estuvieron en uso los nombres de las Ordenes siguientes, y los ministerios propios de cada una de ellas, es á saber, del Subdiácono, Acolito, Exôrcista, Lector y Ostiario; aunque no en igual grado (700), por-

vis non pari gradu. Nam subdiaconatus ad majores ordines (*a*) à patribus, & (*b*) sacris conciliis refertur, in quibus & de aliis inferioribus frequentissime legimus.

CAPUT III.

Ordinem vere & proprie esse sacramentum.

Cum scripturæ testimonio, apostolica traditione, & patrum unanimi consensu perspicuum sit, per sacram ordinationem, quæ verbis & signis exterioribus perficitur, gratiam conferri; dubitare nemo debet, ordinem esse vere, & proprie unum ex septem sanctæ ecclesiæ sacramentis. Inquit enim Apostolus: (*c*) *Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.* (*d*) *Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) * Ignatii epist. ad Antioch. Tertull. de præscript. lib. 1. cap. 41. Cyprian epist. 55. (*b*) * Conc. Rom. 3. sub Sylvest. (*2) Conc. Eliberit. c. 33. (*3) Conc. Carth. 4. c. 5. & sqq. (*4) Dist. 60. c. *Nullus* 4. (*5) Dist. 32. c. *Si quis eorum* 7. (*6) c. *Erubescat* 11. & c. *Nemo* 12. Cap. *A nullis* 9. ℣ de ætat. & qualit. & ord. præfic. Cap. *Miramur* 7. ℣ de serv. non ordin. (*c*) 2. ad Timoth. 1. ℣. 6. 1. ad Timoth. 4. ℣. 14. (*d*) 2. ad Timoth. 1. ℣. 7.

CA-

porque el Subdiaconado lo cuentan entre las Ordenes mayores los Santos Padres, y los Sagrados Concilios, los que hablan tambien con mucha freqüencia de las otras Ordenes inferiores (701).

CAPITULO III.

Que el Orden es un verdadero y propio Sacramento.

Siendo manifiesto segun el testimonio de la Escritura, la tradicion Apostólica y el unánime sentir de los Padres, que por la Sagrada Ordenacion, la qual se perfecciona con palabras y señales exteriores, se confiere la gracia (702); nadie debe dudar que el Orden es verdadera, y propiamente uno de los siete Sacramentos de la Santa Iglesia. Pues el Apostol dice: *te amonesto que resucites la gracia de Dios, que está en tí por la imposicion de mis manos: porque Dios no nos dió el espíritu de temor, sino el de la fortaleza, amor, y sobriedad* (703).

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(*a*) *Epist. Ignatii ad Antioch. est spuria. (*b*) * Conc. Rom. 3. sub sylvest. est supposit. (*2) Conc. Eliberit. videtur supposit. (*3) Conc. Carth. 4. est supposit. (*4) Can. *Nullus* 4. Dist. 60., quem Gratianus retulerat sub nomine Urbani 1., Innocentius 3., Gratianum secutus, eidem Urbano 1. adscribit in cap. *A nullis* 9. ℣ de ætat. & qualit. & ord. præfic. Perperam: nam pertinet ad can. 1. conc. Beneventani ann. 1091. sub Urbano 2. (*5) Can. *Si quis eorum* 7. dist. 32., laudatus apud Gratianum sub nomine sextæ synodi, exhibet can. 6. synodi Trullanæ. (*6) Can. *Erubescant.* 11. dist. 32. apud Gratianum attribuitur Urbano 2. Non recte: pertinet ad fragmenta Alexandri 2. circa ann. 1065. Vide Labb. tom. 9. concil. pag. 1151.

CA-

CAPUT IV.

De ecclesiastica hierarchia & ordinatione.

Quoniam vero in sacramento (*a*) ordinis, sicut & in baptismo, & confirmatione character imprimitur, qui nec deleri, nec auferri potest; merito sancta synodus damnat eorum sententiam, qui asserunt novi testamenti sacerdotes temporariam tantummodo potestatem habere; & semel rite ordinatos, iterum laicos effici posse, si verbi Dei ministerium non exerceant. Quod si quis omnes Christianos promiscue novi testamenti sacerdotes esse, aut omnes pari inter se potestate spirituali præditos affirmet; nihil aliud facere videtur, quam ecclesiasticam hierarchiam, quæ (*b*) est *ut castrorum acies ordinata*, confundere; perinde ac si contra beati Pauli (*c*) doctrinam omnes Apostoli, omnes prophetæ, omnes evangelistæ, omnes pastores, omnes sint doctores. Proinde sacrosancta synodus declarat, præter ceteros ecclesiasticos gradus, episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt, ad hunc hierarchicum ordinem præcipue pertinere, & *positos* (*d*) sicut idem Apostolus ait, *à Spiritu sancto regere ecclesiam Dei* (*e*) eosque presbyteris superiores esse; ac (*f*) sacramentum confirmationis conferre; ministros ecclesiæ ordinare; atque alia pleraque peragere ipsos posse; quarum functionum potestatem reliqui inferioris ordinis nullam habent.

Doc-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 7. de sacram. in genere can. 9. Hui. sess. 23. can. 4. (*b*) Huj. sess. 23. can. 6. (*c*) 1. ad Cor. 12. ℣. 28. &. seq. Ad Ephes. 4. ℣. 11. Cap. *Cum ex injuncto* 12. ℣ de hæret. (*d*) Act. 20. ℣. 28. (*e*) Cœlest. 1. epist. 1. ad episc. Galliæ cap. 1. (*f*) Sess. 7. de confirm. can. 3. Conc. Hispal. 2. cap. 5. & 7., & alibi.

CAPITULO IV.

De la gerarquía eclesiástica y de la ordenacion.

Pero como en el Sacramento del Orden, así como en los de Bautismo y Confirmacion, se imprime un caracter que no puede borrarse ni quitarse (704); con razon condena el Santo Concilio la opinion de aquellos que aseguran que los Sacerdotes del nuevo Testamento solo obtienen una potestad temporal; y que despues de haber una vez sido legitimamente ordenados, pueden volver al estado de legos, si no exercen el ministerio de la palabra de Dios (705). Pero si alguno afirmase que todos los Christianos son indistintamente Sacerdotes del nuevo Testamento, ó que todos son iguales en potestad espiritual; parece que no hace otra cosa que confundir la gerarquía eclesiástica, que es como un exército ordenado en su campamento; lo mismo que si contra lo que enseña San Pablo todos fuesen Apóstoles, todos Profetas, todos Evangelistas, todos Pastores, y todos Doctores (706). Por tanto el Sacrosanto Concilio declara que además de los otros grados eclesiásticos, los Obispos que sucedieron en lugar de los Apóstoles (707), pertenecen principalmente á este Orden gerarquico; y *fueron puestos*, como dice el Apóstol, *por el Espíritu Santo, para gobernar la Iglesia de Dios* (708); que son superiores á los Presbíteros (709); que confieren el Sacramento de la Confirmacion (710); que ordenan los Ministros de la Iglesia; y que pueden exercer los mismos otras muchas funciones; todo lo qual no pueden los demás Eclesiásticos inferiores en Orden (711). Enseña además el Santo Concilio, que en la ordenacion de los Obispos, Sacerdotes, y de

Docet insuper sacrosancta synodus, in ordinatione episcoporum, sacerdotum, & ceterorum ordinum (*a*) nec populi, nec cujusvis sæcularis potestatis, & magistratus consensum, sive vocationem, sive auctoritatem ita requiri, ut sine ea irrita sit ordinatio: quin potius decernit, eos, qui tantummodo à populo, aut sæculari potestate, ac magistratu vocati, & instituti, ad hæc ministeria exercenda ascendunt; & qui ea propria temeritate sibi sumunt; omnes non ecclesiæ ministros, (*b*) sed fures, & latrones, per ostium non ingresos, habendos esse. Hæc sunt, quæ generatim sacræ synodo visum est Christi fideles de sacramento ordinis docere. His autem contraria, certis, & propriis canonibus in hunc, qui sequitur, modum damnare constituit; ut omnes, adjuvante Christo, fidei regula utentes, in tot errorum tenebris, catholicam veritatem facilius agnoscere, & tenere possint.

De sacramento ordinis.

CANON I.

Si quis dixerit, (*c*) non ese in novo testamento sacerdotium visibile, & externum; vel non esse potestatem aliquam consecrandi, & offerendi verum corpus, & sanguinem Domini, (*d*) & peccata remittendi, & retinendi; sed officium tantum, & nudum ministerium prædicandi evangelium; vel eos, qui non prædicant, prorsus non esse sacerdotes; anathema sit.

CA-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Conc. Laodicen. c. 13. (*b*) Joan. 10. ℣. 1. Caus. 1. q. 1. c. *Ordinationes* 113. Cap. *Relatum* 21. ℣ de jur. patron. (*c*) Huj. sess. 23. c. 1. (*d*) Matth. 16. ℣. 19. Luc. 22. ℣. 19. & 20. Caus. 24. q. 1. c. *Manet* 5.

más Ordenes, no es tan necesario el consentimiento, citacion, ú autoridad del Pueblo, ni de qualquier potestad secular y Magistrado, que sin estas circunstancias se anule la Ordenacion: ántes bien determina que aquellos que llamados é instruidos solamente por el Pueblo ó potestad secular y el Magistrado, ascienden al exercicio de estos Ministerios; y los que por propia osadía los usurpan; se han de considerar todos, no como Ministros de la Iglesia, sino como ladrones y salteadores que no han entrado por la puerta (712). Esto es lo que en general ha parecido al Santo Concilio enseñar á los fieles de Christo acerca del Sacramento del Orden; y ha decretado condenar del modo que sigue en ciertos y expresos Cánones las opiniones opuestas á ello; para que todos con la ayuda de nuestro Señor Jesu-Christo, usando de la regla de la fé, puedan con mas facilidad conocer y creer la verdad católica en medio de las tinieblas de tantos errores.

Del Sacramento del Orden.

CANON I.

Si alguno dixere que en el nuevo Testamento no hay un Sacerdocio visible y externo; ó que no hay potestad alguna de consagrar y ofrecer el verdadero Cuerpo y Sangre del Señor, y de remitir y retener los pecados (713); sino solo el oficio y mero ministerio de predicar el Evangelio; ó que aquellos que no predican no son en modo alguno Sacerdotes; sea anatematizado (714).

ESCUELA DE ESTUDIOS HISPANO AMERICANOS
BIBLIOTECA

CANON II.

Si quis dixerit, præter sacerdotium (*a*) non esse in ecclesia catholica alios ordines, & majores, & minores, per quos, velut per gradus quosdam, in sacerdotium (*b*) tendatur; anathema sit.

CANON III.

(*c*)) Si quis dixerit, ordinem, sive sacram ordinationem non esse vere & propie sacramentum, à Christo Domino institutum, vel esse figmentum quoddam humanum, excogitatum à viris rerum ecclesiasticarum imperitis; aut esse tantum ritum quendam eligendi ministros verbi Dei, & sacramentorum; anathema sit.

CANON IV.

Si quis dixerit, per sacram ordinationem non dari Spiritum sanctum; ac proinde, frustra episcopos dicere; *Accipe Spiritum sanctum*; aut per eam non imprimi characterem; vel eum, qui sacerdos semel fuit, (*d*) laicum rursus fieri posse; anathema sit.

CANON V.

Si quis dixerit, sacram unctionem, qua ecclesia in sancta ordinatione utitur, non tantum non requiri, sed contemnendam & perniciosam esse; similiter & alias ordinis cæremonias; anathema sit.

CA-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Huj. sess. 23. cap. 2. Dist. 77. *In singulis* 2. & c. *Quicumque* 3. (*b*) Huj. sess. 23. cap. 13. de ref. (c) Huj. sess. 23. cap. 3. (*d*) Conc. Tolet. 8. cap. 7.

CANON II.

Si alguno dixere que en la Iglesia Católica además del Sacerdocio no hay otras Ordenes mayores y menores, por las quales como por ciertos grados se asciende al Sacerdocio; sea anatematizado (715).

CANON III.

Si alguno dixere que el Orden ó la Sagrada Ordenacion no es verdadera, y propiamente Sacramento instituido por nuestro Señor Jesu-Christo, ó que es una ficcion humana imaginada por personas ignorantes (716) de las materias eclesiásticas; ó que solo es un cierto rito con que se eligen los Ministros de la palabra de Dios y de los Sacramentos; sea anatematizado.

CANON IV.

Si alguno dixere que por la Sagrada Ordenacion no se confiere el Espíritu Santo; y que por esta razon en vano dicen los Obispos: *recibe el Espíritu Santo*; (717), ó que no imprime caracter (718); ó que el que una vez fué Sacerdote puede volver al estado de lego; sea anatematizado (719).

CANON V.

Si alguno dixere que la Sagrada Uncion de que usa la Iglesia en la Santa Ordenacion no solo no se requiere, sino que se debe despreciar, y que es perniciosa; como igualmente las demás ceremonias del Orden; sea anatematizado (720).

CA-

CANON VI.

Si quis dixerit, in ecclesia catholica non esse hierarchiam divina ordinatione institutam, quæ constat ex episcopis, presbyteris, & ministris; anathema sit.

CANON VII.

Si quis dixerit, episcopos non esse presbyteris superiores; vel non habere potestatem confirmandi, ordinandi; vel eam, quam habent, illis esse cum presbyteris communem; vel ordines ab ipsis collatos sine populi, vel potestatis sæcularis consensu, aut vocatione irritos esse; aut eos, qui nec ab ecclesiastica & canonica potestate rite ordinati, nec missi sunt, sed aliunde veniunt, legitimos esse verbi & sacramentorum ministros; anathema sit.

CANON VIII.

Si quis dixerit, episcopos, qui auctoritate Romani pontificis assumuntur, non esse legitimos, & veros episcopos, sed figmentum humanum; anathema sit.

Decretum de reformatione.

Eadem sacrosancta Tridentina synodus reformationis materiam prosequens, hæc, quæ sequuntur, in præsenti decernenda esse statuit, & decernit.

CA-

CANON VI.

Si alguno dixere que en la Iglesia Católica no hay gerarquía establecida por disposicion de Dios, la qual se compone de Obispos, Presbíteros y Ministros; sea anatematizado (721).

CANON VII.

Si alguno dixere que los Obispos no son superiores á los Presbíteros (722), ó que no tienen potestad de confirmar y ordenar (723); ó que la que tienen les es comun con los Presbíteros (724); ó que son nulas las Ordenes, que confieren los mismos sin consentimiento ó citacion del Pueblo, ó de la potestad secular; ó que aquellos que no están legitimamente ordenados, ni enviados por la potestad eclesiástica y canónica, sino que vienen de otra parte, son verdaderos Ministros de la palabra de Dios y de los Sacramentos; sea anatematizado (725).

CANON VIII.

Si alguno dixere que los Obispos que son elevados por la autoridad del Romano Pontífice no son legítimos y verdaderos Obispos, sino una invencion humana; sea anatematizado (726).

Decreto de reforma.

Continuando el mismo Sacrosanto Concilio de Trento la materia de la reforma, establece y decreta al presente lo que sigue.

CA-

CAPUT I.

Rectorum ecclesiarum in residendo negligentia varie coercetur; animarum curæ providetur.

Cum (*a*) præcepto divino mandatum sit omnibus quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere; pro his sacrificium offerre; verbique divini prædicatione, sacramentorum administratione, ac (*b*) bonorum omnium operum exemplo pascere; pauperum, aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere; & in cetera munia pastoralia incumbere; quæ omnia nequaquam ab iis præstari, & impleri possunt, qui gregi suo non invigilant, neque assistunt, sed (*c*) mercenariorum more deserunt: sacrosancta synodus eos admonet, & hortatur, ut divinorum præceptorum memores, factique (*d*) forma gregis, in judicio, & veritate pascant, & regant. Ne vero ea, quæ de residentia sancte, & utiliter jam (*e*) antea sub fel. rec. Paulo III. sancita fuerunt, in sensus à sacrosanctæ synodi mente alienos trahantur, ac si vigore illius decreti quinque mensibus continuis abesse liceat; illis in hærendo, declarat sacrosancta synodus, (*f*) omnes patriarchalibus, primatialibus, metropolitanis, ac cathedralibus ecclesiis quibuscumque, quocumque nomine, & titulo præfectos, etiam si sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales sint, obli-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Joan. 21. ℣. 15. 16. & 17. Joan. 10. ℣. 14. Act. 20. ℣. 28. (*b*) Dist. 43. c. *Ephesiis* 4. Caus. 8. q. 1. c. *Qui episcopatum* 11. Caus. 11. q. 3. c. *Præcipue* 3. Caus. 12. q. 2. c. *Gloria episcopi* 17. * Caus. 7. q. 1. c. *Sicut* 39. (*c*) Joan. 10. ℣. 12. & 13. (*d*) 1. Pet. 5. ℣. 2. & 3. (*e*) Sess. 6. cap. 1. de ref. (*f*) Vide bullam Pii IV. ann. 1564. *In suprema.*

CAPITULO I.

Se corrige con varias penas la negligencia de los que no residen en las Iglesias; y se provee al cuidado de las almas.

Estando mandado por precepto Divino á todos los que tienen á su cargo el cuidado de las almas que conozcan sus ovejas; que ofrezcan por ellas el Sacrificio (727); que las apacienten con la predicacion de la Divina palabra, administracion de los Sacramentos (728), y con el exemplo de todas las buenas obras (729); que tengan un cuidado paternal de los pobres, y de las otras personas miserables; y que se empleen en los demás ministerios pastorales; lo que de ningun modo pueden executar ni desempeñar los que no vigilan sobre su rebaño ni le asisten, sino que le desamparan á manera de mercenarios (730). El Sacrosanto Concilio les amonesta y exhorta á que acordandose de los divinos preceptos, y sirviendo de dechado á sus ovejas, las apacienten, y gobiernen con justicia y verdad (732). Y para que las disposiciones que se dieron ántes santa y utilmente acerca de la residencia en tiempo del Pontífice Paulo III. de feliz memoria, no se tuerzan á sentidos agenos de la mente del Sacrosanto Concilio, como si en virtud de aquel decreto fuese licito estar ausentes cinco meses continuos; insistiendo el Sacrosanto Concilio en lo ya dispuesto, declara que todos los que gobiernan las Iglesias, Patriarcales, Primadas, Metropolitanas, y qua-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(b) * Can. *Sicut* 39. caus. 7. q. 1. est spurius.

obligari ad personalem in sua ecclesia vel diœcesi residentiam, ubi injuncto sibi officio defungi teneantur; neque abesse posse, nisi ex causis, & modis infrascriptis. (*a*) Nam cum Christiana caritas, urgens necessitas, debita obedientia, ac evidens ecclesiæ, vel reipublicæ utilitas aliquos nonnumquam abesse postulent, & exigant; decernit eadem sacrosanta synodus, has legitimæ absentiæ causas à beatissimo Romano pontifice, aut à Metropolitano, vel, eo absente, saffraganeo episcopo antiquiori residente, qui idem metropolitani absentiam probare debebit, in scriptis esse approbandas; nisi cum absentia inciderit propter aliquod munus, & reipublicæ officium, episcopatibus adjunctum: cujus quoniam causæ sunt notoriæ, & interdum repentinæ, ne eas quidem significari metropolitano necesse erit; ad eundem tamen cum concilio provinciali spectavit judicare de licentiis à se, vel à suffraganeo datis; & videre, ne quis eo jure abutatur; & ut pœnis canonicis errantes puniantur. (*b*) Interea meminerint discessuri, ita ovibus suis providendum, ut, quantum fieri poterit, ex ipsorum absentia nullum damnum accipiant. Quoniam autem qui aliquantisper tantum absunt, ex veterum canonum sententia non videntur abesse, quia statim reversuri sunt; sacrosancta synodus vult, illud absentiæ spatium singulis annis sive continuum, sive interruptum, extra prædictas causas, nullo pacto

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Dist. 74. c. *Quorumdam* 6. * Caus. 7. q. 1. c. *Præsentium* 3. Cap. *Ad supplicationem* 9. ℣ de renunt. Cap. *De cætero* 7. Cap. *Inter* 10. Cap. *Tuæ* 12. & cap. *Relatum* 4. ℣ de cleric. non resid. Cap. *Postulasti* 11. ℣ de vot. & vot. redempt. (*b*) Cap. *Cum ex eo* 34. de elect. in 6. Cap. *Beneficium* 4. de regular. in 6. Sess. cap. 6. 2. in fin. de ref. Conc. Sardic. c. 14. & 15.

qualesquier otras Iglesias Catedrales, con qualquier nombre y título, aun quando sean Cardenales de la S. R. I. están obligados á residir personalmente en su Iglesia ó Diócesis en donde cumplan con el ministerio de su cargo (733); y que no pueden ausentarse sino por las causas y con las condiciones siguientes. Porque como la caridad christiana, una urgente necesidad, la debida obediencia, y la evidente utilidad de la Iglesia ó del Estado, pidan y exíjan (734) en ciertas ocasiones que algunos se ausenten; decreta el mismo Sacrosanto Concilio que se hayan de aprobar por escrito estas causas de legítima ausencia, por el Beatísimo Romano Pontífice, ó el Metropolitano, ó ausente éste, el Obispo sufraganeo mas antiguo que allí se encontrase, el qual deberá aprobar tambien la ausencia del Metropolitano; á no ser que ocurriese el ausentarse con motivo de algun cargo y empleo del Estado, anexo á los mismos Obispados: en cuyo caso siendo notorias, y á veces repentinas las causas, no será necesario dar parte de ellas al Metropolitano: al que no obstante le corresponderá juzgar con el Concilio Provincial de las licencias dadas por sí ó por el Sufraganeo; y cuidar de que nadie abuse de este derecho; y que los contraventores sean castigados con las penas canónicas (735): entretanto los que hayan de ausentarse tengan presente el mirar de tal modo por sus ovejas, que estas en quanto sea posible, no experimenten ningun daño por su ausencia (736). Pero como á los que se ausentan solo por poco tiempo no los con-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(a) * Can. *Præsentium* 3. caus. 7. q. 1. mendose adscribitur epistolæ Gregorii ad Maximianum Syracusanum, cum pertineat ad epist. Gregorii ad Clementium primatem Byzacenum.

to debere duos, aut ad summum tres menses excedere; & haberi rationem, ut id æqua ex causa fiat, & absque ullo gregis detrimento: quod an ita sit, abscedentium conscientiæ relinquit, quam sperat religiosam, & timoratam fore; (*a*) cum Deo corda pateant; (*b*) cujus opus non fraudulenter agere, suo periculo tenentur. Eosdem interim admonet, & in Domino hortatur, (*c*) ne per illius temporis spatium, Dominici adventus, quadragesimæ, nativitatis, resurrectionis Domini, pentecostes item, & corporis Christi diebus, quibus refici maxime, & in Domino gaudere pastoris præsentia oves debeant, ipsi ab ecclesia sua cathedrali ullo pacto absint, nisi episcopalia munia in sua diœcesi eos alio vocent.

Si quis autem, quod utinam nunquam eveniat, contra hujus decreti dispositionem abfuerit; statuit sacrosancta synodus præter alias pœnas adversus non residentes, sub (*d*) Paulo III. impositas, & innovatas, ac mortalis peccati reatum, quem incurrit; eum, pro rata temporis absentiæ fructus suos non facere, nec tuta conscientia, alia etiam declaratione non secuta, illos sibi detinere posse; sed teneri aut, ipso cessante, per superiorem ecclesiasticum illos fabricæ ecclesiarum, aut pauperibus loci erogare: prohibita quacumque conventione, vel compositione; quæ pro fructibus male perceptis appellatur; ex qua etiam prædicti fructus in totum, aut pro parte ei remitteren-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Psalm. 7. ℣. 10. (*b*) Jerem. 48. ℣. 10. (*c*) * Caus. 7. q. 1. c. *Si quis in clero* 29. (*d*) Sess. 6. cap. 1. de ref. Cap. *Ex gestis*. 2. Cap. *Quia nonnulli* 3. Cap. *Relatum* 4. Cap. *Conquerente* 6. Cap. *Ex parte* 8. Cap. *Qualiter* 9. Cap. *Inter quatuor* 10. Cap. *Ex tuæ* 11. & cap. *Clericos* 17. ⁂ de cleric. non resid.

consideran por ausentes los antiguos Cánones mediante que han de volver pronto; quiere el Sacrosanto Concilio, que fuera de las causas señaladas arriba no pase por ningun motivo esta ausencia cada año de dos meses (737) ó tres á lo mas, sean seguidos ó interrumpidos; y que se cuide de que esto sea por una causa justa, y sin que padezca detrimento alguno (738) el rebaño: en lo que se remite el Santo Concilio á la conciencia de los que se ausenten, la que espera será religiosa y timorata; pues Dios vé los corazones; y están obligados por el peligro que corren ellos mismos á desempeñar su cargo sin fraude alguno. Entretanto les amonesta y exhorta en el Señor, que á no llamarles las obligaciones episcopales á otro lugar de su Diócesis, no se ausenten por ningun motivo de su Iglesia Catedral, durante el Adviento y la Quaresma, ni tampoco en los dias de Navidad, Resurreccion del Señor, Pentecostes, y de Corpus Christi, en los quales las ovejas deben principalmente restablecerse y regocijarse en el Señor con la presencia de su Pastor (739).

No obstante, si alguno, lo que ojalá nunca suceda, se ausentare contra lo dispuesto en este decreto; establece el Sacrosanto Concilio, que además de las penas impuestas y renovadas (740) en tiempo de Paulo III. contra los no residentes, y del pecado mortal en que incurre; no hace suyos los frutos correspondien-

ANIMAD. IN NOT. CHIFFLET.

(e) * Can. *Si quis in clero* 29. caus. 7. q. 1. apud Gratianum laudatur sub nomine can. 64. conc. Agatensis. At hoc concilium non nisi 47. canones edidit, & reliqui omnes recentiori manu ex conciliis posterioribus adjecti sunt. Præsens textus referendus est ad can. 15. conc. Arvernensis ann. 535.

rentur: non obstantibus quibuscumque privilegiis cuicumque collegio, aut fabricæ concessis.

(22) Eadem omnino, etiam quo ad culpam, amissionem fructuum, & pœnas, de curatis inferioribus, (a) & aliis quibuscumque, qui beneficium aliquod ecclesiasticum, curam animarum habens, obtinent, sacrosancta synodus declarat, & decernit; ita tamen, ut, quandocumque eos, causa prius per episcopum cognita, & probata abesse contigerit; vicarium idoneum, ab ipso ordinario approbandum, cum debita mercedis assignatione relinquant. Discedendi autem licentiam in scriptis gratisque concedendam ultra bimestre tempus, nisi ex gravi causa, non obtineant. Quod si per edictum citati, etiam non personaliter, contumaces fuerint; liberum esse vult ordinariis, per censuras ecclesiasticas, & sequestrationem, & subtractionem fructuum, aliaque juris remedia, etiam usque ad privationem, compellere; nec executionem hanc, quolibet privilegio, licentia; familiaritate, exemptione, etiam ratione cujuscumque beneficii, pactione, statuto, etiam juramento, vel quacumque auctoritate confirmato, consuetudine etiam immemorabili, quæ potius corruptela censenda est, sive appellatione, aut inhibitione, etiam in Romana curia, vel vigore (b) Eugenianæ constitu-

VARIANTES.

(22) *In edit. Vird. & Rhem. legitur hoc modo*: Eadem omnino quæ de prælatorum superiorum residentia dicta sunt, canone secundo capitis de residentia (etiam quoad culpam & amissionem fructuum & pœnas.) de curatis.

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Sess. 6. cap. 2. de ref. Cap. *Beneficium* 4. de regular. in 6. (b) Extrav. *Divina* 3. de privil. int. comm.

dientes al tiempo de su ausencia, ni puede retenerlos con seguridad de conciencia (741) sin otra declaracion que la presente; ántes bien está obligado ó en su defecto se le obligará por el Superior Eclesiástico á darlos á la fabrica de las Iglesias ó á los pobres del lugar; y se prohibe qualquier convenio ó composicion que llaman *por frutos mal cobrados*, por la qual se le perdonase la restitucion de todos los frutos ó parte de ellos: no obstante qualesquier privilegios concedidos á qualquiera Colegio ó fabrica (742). El Sacrosanto Concilio declara y decreta que todo lo referido relativamente á la culpa, pérdida de los frutos y á las penas se deberá entender con los Pastores inferiores, y otros qualesquiera que gozen de algun beneficio eclesiástico con cura de almas (743). De manera no obstante, que quando se ausenten por algun motivo conocido y aprobado ántes por el Obispo, dexen en su lugar un Teniente idoneo (que deberá aprobar el mismo Ordinario), y con la competente asignacion de renta; y este permiso de ausentarse deseles por escrito y gratuitamente, el que no exceda de dos meses, sino mediando causa grave (744). Pero si citados por edicto á comparecer, aunque no sea en persona, fueren contumaces, dá facultad el Santo Concilio á los Ordinarios para que les apremien con censuras eclesiásticas y con seqüestro (745), y privacion de los frutos, y por otros remedios de derecho, aun con la privacion de sus Beneficios; sin que pueda suspenderse la execucion del presente decreto por ningun privilegio, permiso, derecho de domesticidad ni exéncion, ni aun por la causa de la calidad de qualquier Beneficio que sea, ni asimismo por ningun pacto ni estatuto, aunque esté confirmado con juramento ó por qualquie-

tutionis suspendi posse. Postremo, tam decretum illud sub (*a*) Paulo III., quam hoc ipsum in conciliis provincialibus, & episcopalibus publicari, sancta synodus præcipit. Cupit enim, quæ adeo ex pastorum munere animarumque salute sunt, frequenter omnium auribus, mentibusque infigi, ut in posterum, Deo juvante, nulla temporum injuria, aut hominum oblivione, aut desuetudine aboleantur.

CAPUT II.

Ecclesiis præfecti consecrationis munus intra tres menses suscipiant; consecratio quo loco peragenda.

Ecclesiis (*b*) cathedralibus seu superioribus, quocumque nomine, ac titulo præfecti, etiam si sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales sint, si munus consecrationis intra tres menses non susceperint, ad fructuum perceptorum restitutionem teneantur. Si intra totidem menses postea id facere neglexerint; ecclesiis ipso jure sint privati. Consecratio vero, si extra curiam Romanam fiat, in ecclesia, ad quam promoti fuerint aut in provincia, si commode fieri poterit, celebretur.

CA-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 6. cap. 1. de ref. (*b*) Sess. 7. cap. 9. de ref. Conc. Chalced. c. 25. Conc. Wormat. ann. 868. cap. 76. Dist. 75. c. *Quoniam*. 2. *Dist. 100. c. *Quoniam quidam*. 1.

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(*b*) * Can. *Quoniam quidam* 1. dist. 100. sub nomine Pelagii papæ à Gratiano laudatus, Pelagio sive 1. sive 2. attribui nequit: referendus videtur ad can. 1. & 2. concilii Ravennatensis ann. 877.

quiera autoridad, ni por ninguna costumbre, aunque sea inmemorial; la qual en estos casos debe mas bien reputarse por corruptela, ni por apelacion ó inhibicion, aunque sea en la Curia Romana, ó en virtud de la constitucion del Pontífice Eugenio (746).

Finalmente, el Santo Concilio manda que así el decretó expedido en tiempo de Paulo III. como este mismo se publique en los Concilios Provinciales y Diocesanos; pues desea se repitan muchas veces, y se graben profundamente en los oidos y ánimos de todos las cosas que son tan propias á la obligacion de los Pastores, y contribuyen tanto á la salvacion de las almas, á fin de que en lo sucesivo, con el auxilio de Dios, no las borre en modo alguno la injuria de los tiempos, el olvido de los hombres ó el no uso.

CAPITULO II.

Los Obispos electos para las Iglesias consagrense dentro de tres meses: donde se ha de celebrar la consagracion.

Los electos con qualquier nombre y título para las Iglesias Catedrales ó Superiores, aunque sean Cardenales de la S. R. I. si no recibieren en el término de tres meses la consagracion (747), estén obligados á restituir los frutos percibidos (748); y si dentro de otros tantos meses despues omitieren executarlo; sean privados *ipso jure* (749) de las Iglesias. Pero si la consagracion se hace fuera de la Curia Romana, celebrese en la Iglesia á que fueren promovidos, ó bien en la Provincia si hubiere comodidad para ello (750).

CAPUT III.

Episcopi per se ordines conferant.

Episcopi per semetipsos ordines conferant. Quod si ægritudine fuerint impediti; (*a*) subditos suos non aliter, quam jam probatos & examinatos, ad alium episcopum ordinandos dimittant.

CAPUT IV.

Qui prima tonsura initiandi sint.

Prima tonsura (*b*) non initientur, qui sacramentum confirmationis non susceperint; & fidei rudimenta edocti non fuerint; quique legere, & scribere nesciant; & de quibus probabilis conjectura non sit, eos non sæcularis judicii fugiendi fraude, sed ut Deo fidelem cultum præstent, hoc vitæ genus elegisse.

CAPUT V.

Ordinandi, quibus conditionibus instructi esse debeant.

Ad (23) minores ordines promovendi bonum à parocho, & à magistro scholæ, in qua educantur, testimonium habeant. Hi vero, qui ad singulos majores erunt as-

VARIANTES.

(23) Majores ordines *edit. Rom.* 1763.

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Huj. sess. 23. cap. 8. & 10. de ref. Conc. Carth. 3. c. 22. (*b*) Cap. *Nullus episcopus* ult. de temp. ordin. in 6.

CAPITULO III.

Los Obispos confieran por sí las Ordenes.

Los Obispos confieran (751) por sí mismos las Ordenes; y si estuvieren impedidos por enfermedad; no dén dimisorias á sus súbitos para que los ordene otro Obispo, sin haberlos ántes exâminado y aprobado (752).

CAPITULO IV.

Quienes han de ser admitidos á recibir la primera tonsura.

No sean iniciados con la primera tonsura los que no hubieren recibido el Sacramento de la Confirmacion (753); y aprendido los rudimentos de la fé (754); los que no sepan leer ni escribir (755); ni aquellos de quienes no haya una congetura probable de que no han elegido este género de vida (756), para substraerse fraudulentamente de la jurisdiccion secular, sino para tributar culto fiel á Dios.

CAPITULO V.

Que condiciones han de tener los Ordenandos.

Los que han de ser promovidos á las Ordenes menores presenten un testimonio (757) dado á su favor por su Cura Párroco, y por el Maestro de escuela que los enseña; y los que han de ascender á las demás Ordenes mayores acudan un mes ántes de la ordenacion al Obispo, quien dé comision al Párroco, ú á otro á quien mas tenga por conveniente, para que publicando en la Iglesia los nombres y deseo de

assumendi, per mensem ante ordinationem episcopum adeant, qui parocho, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, ut nominibus, ac desiderio eorum, qui volent promoveri, publice in ecclesia propositis, de ipsorum ordinandorum (*a*) natalibus, ætate, moribus, & vita à fide dignis diligenter inquirat; (*b*) & litteras testimoniales, ipsam inquisitionem factam continentes, ad ipsum episcopum quamprimum transmittat.

CAPUT VI.

Ætas quatuordecim annorum ad beneficium ecclesiasticum requiritur: quis privilegio fori gaudere debeat.

Nullus prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordibus constitutus, (*c*) ante decimum quartum annum beneficium possit obtinere. (*d*) Is etiam fori privilegio non gaudeat, nisi beneficium ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, & tonsuram deferens, alicui ecclesiæ ex mandato episcopi inserviat; vel in seminario clericorum, aut in aliqua schola, vel universitate, de licentia episcopi, quasi in via ad majores ordines suscipiendos versetur. In clericis vero conjugatis servetur constitutio Bonifacii VIII., quæ incipit; (*e*) *Clerici qui cum unicis*: modo hi clerici alicujus ecclesiæ servitio, vel ministerio ab episcopo deputati, eidem ecclesiæ serviant, vel ministrent; & clericali habitu, & tonsura utantur: nemini, quo ad hoc,

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Dist. 24. c. *Quanda* 5. (*b*) Conc. Carth. 3. cap. 22. & 4 Carth. 4. cap. 22. Huj. sess. 23. cap. 7. de ref. (*c*) Cap. *Indecorum* 3. & de ætat.

&

los que quieren ser promovidos, se informe diligentemente de personas fidedignas, del nacimiento, edad, vida y costumbres de los mismos ordenandos, y remita quanto ántes al Obispo las letras testimoniales (758), que contienen esta informacion.

CAPITULO VI.

Se requiere la edad de catorce años para obtener Beneficio eclesiástico. Quien debe gozar del privilegio del fuero.

Ninguno ordenado de primera tonsura, ó que esta constituido en las Ordenes menores, pueda obtener ningun Beneficio ántes de la edad de catorce años (759), y tampoco goze del privilegio del fuero si no goza Beneficio eclesiástico, ó llevando el hábito clerical y la tonsura, sirva por mandato del Obispo á alguna Iglesia; ó con licencia del mismo Obispo, esté en algun Seminario de Clérigos, Escuela ó Universidad, como en camino para recibir las Ordenes mayores (760). Pero respecto á los Clérigos casados observese la constitucion de Bonifacio VIII. que empieza: *Clerici qui cum unicis*, con tal que estos Clérigos, destinados por el Obispo al servicio ó ministerio de alguna Iglesia, la sirvan y cumplan con su encargo; usén de habito clerical y de tonsura; sin que

& qual. & ord. præfic. (*d*) Cap. *Joannes* 7. ℣ de cleric. conjug. (*e*) Cap. *Clerici, qui cum uñcis* 1. de cleric. conjug. in 6.

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(*b*) * Conc. Carth. 4. est supposit.

hoc, privilegio, vel consuetudine, etiam immemorabili, suffragante.

CAPUT VII.

De examine ordinandorum.

Sancta synodus, (*a*) antiquorum canonum vestigiis inhærendo, decernit, ut quando episcopus ordinationem facere disposuerit, omnes, qui ad sacrum ministerium accedere voluerint, feria quarta ante ipsam ordinationem, vel quando episcopo videbitur, ad civitatem evocentur. Episcopus autem, sacerdotibus, & aliis prudentibus viris, peritis divinæ legis, ac in ecclesiasticis sanctionibus exercitatis, sibi ascitis, ordinandorum genus, personam, ætatem, institutionem, mores, doctrinam, & fidem (*b*) diligenter investiget, & examinet.

CAPUT VIII.

Quomodo & à quo unusquisque promoveri debeat.

Ordinationes (*c*) sacrorum ordinum, statutis à jure temporibus, ac in cathedrali ecclesia, vocatis (24) præsentibusque ad id ecclesiæ canonicis, publice celebrentur. Si autem in alio diœcesis loco, præsente clero loci; dignior, quantum fieri poterit, ecclesia semper adeatur. Unusquisque autem à (*d*) proprio epis-

VARIANTES.

(24) Præsidentibus *edit. Lov-Bog. & Col.* præcedentibus *edit. Antv.* præsentibus *edit. Rom. in 4. Lov. Brix. Dil. Vird. Rhem Antv-Nut. & Antv-Sylv.*

que á nadie le valga sobre este particular, ningun privilegio ó costumbre, aunque sea inmemorial (761).

CAPITULO VII.

Del exámen de los Ordenandos.

Insistiendo el Santo Concilio en la doctrina de los antiguos Cánones, decreta que siempre que el Obispo determinare dar Ordenes, se convoque á la Ciudad (762) el Miércoles ántes de dicha ordenacion, ó quando al Obispo le parezca, á todos los que quisieren ascender al sagrado ministerio. Y el Obispo tomando consigo Sacerdotes, y otros sugetos prudentes, instruidos en la Sagrada Teología, y versados en el Derecho Canonico (763), averigüe cuidadosamente y exâmine (764) el nacimiento, persona, edad, crianza, costumbres, instruccion y fé de los Ordenandos.

CAPITULO VIII.

De que modo y por quien ha de ser promovido el ordenado.

Celebrense publicamente las Ordenes sagradas en los tiempos establecidos por derecho (765) y en la Iglesia Catedral, en presencia de los Canonigos de la Iglesia convocados para ello (766); y si se confiriesen en otro lugar de la Diócesis, se escoge-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Dist. 24. c. *Quando* 5. (b) Hist. sess. 23. cap. 5. de ref. (c) Gelasius 1. epist. 9. ad episcop. Lucaniæ cap. 11. Dist. 75. c. *Ordinationes* 7. Cap. *Subdiaconos* 1. Cap. *Sane* 2. & cap. *De eo autem* 3. de temp. ordinat. (d) Conc. Carthag. 3. c. 21.

episcopo ordinetur. Quod si (a) quis ab alio promoveri petat, nullatenus id ei, etiam cujusvis generalis, aut specialis rescripti, vel privilegii prætextu, etiam statutis temporibus permittatur; nisi ejus probitas, ac mores (b) ordinarii sui testimonio commendentur. Si secus fiat; ordinans à collatione ordinum per annum, & ordinatus à susceptorum ordinum executione, quandiu proprio ordinario videbitur expedire, sit suspensus.

CAPUT IX.

Episcopus familiarem ordinans, conferat ei statim beneficium.

Episcopus familiarem suum non subditum ordinare non possit, nisi per triennium secum fuerit commoratus; (c) & beneficium, quacumque fraude cessante, statim re ipsa illi conferat: consuetudine quacumque, etiam immemorabili, in contrarium non obstante.

CA-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Sess. 14. cap. 2. & 3. de ref. (b) Hui. sess. 23. cap. 3. de ref. Conc. Aurelian. 5. c. 5. * Caus. 21. q. 2. c. *Quoniam* 1. (*2) Caus. 9. q. 2. c. *Nullus alterius* 1. (*3) Can. *Placuit* 2. (*4) Can. *Nullus primas.* 3. Can. *In dominicis* 4. Can. *Nullus* 5. Can. *Nullum* 6. Can. *Episcopum* 7. Can. *Non licuit* 9. & can. *Lugdunensis* 10. Cap. *Sæpe contingit* 1. & cap. *Eos qui* 2. de tempor. ordinat. in 6. (c) Cap. *Non liceat* 2. ✠ de præb.

gerá siempre en quanto se pueda la Iglesia principal, y asistirá el Clero del Pueblo (767). Cada uno sea ordenado por su propio Obispo (768); pero si alguno quisiere serlo por otro, no se le conceda de ninguna manera ni en los tiempos establecidos para las ordenes, aun con pretexto de qualquier rescripto ó privilegio general ó especial, á no ser que recomiende su Ordinario con testimoniales (769) su honradez y buenas costumbres. De lo contrario, el Ordinario quede suspenso (770) por un año de conferir Ordenes, y el ordenado del exercicio de las que ha recibido, durante el tiempo que tenga por conveniente su propio Ordinario.

CAPITULO IX.

El Obispo que ordene á un familiar confierale inmediatamente un Beneficio.

El Obispo no pueda ordenar á ningun familiar suyo que no sea su subdito, á no ser que hubiere vivido en su compañía tres años; é inmediatamente por el mismo hecho confierale un Beneficio (771), sin que intervenga ningun fraude; no obstante (772) qualquier costumbre contraria, aunque sea inmemorial.

CA-

ADDIT. AD NOT. CHIFFLET.

(*i*) * Can. *Quoniam* 1. caus. 21. q. 2. laudatus sub nomine sextæ synodi, exhibet can. 17. synodi Trullanæ. (*2) Can. *Nullas alterius* 1. caus. 9. q. 2. est spur. (*3) Can. *Placuit* 2. caus. 9. q. 2., quem Urbano papæ adscribit Falearum auctor, per injuriam Urbano 1. vel 2. adfictus est circa finem seculi 11., ab iis forte, qui laicos à proprio parochio, prætextu ignorantiæ parochorum, ad monasterium oratoria trahere studebant. (*4) Can. *Nullus primas* 3. caus. 9. q. 2. est spurius.

CAPUT X.

Episcopis inferiores prælati tonsuram vel minores ordines ne conferant, nisi regularibus sibi subditis: nec ipsi, aut capitula quæcumque dimissorias concedant: contra facientes plectuntur.

Abbatibus, ac aliis quibuscumque, quantumvis exemptis, non liceat in posterum, intra fines alicujus diœcesis consistentibus, etiam si nullius diœcesis, vel (25) exempta esse dicantur, cuiquam, qui regularis subditus sibi non sit, tonsuram, vel minores ordines conferre: nec ipsi abbates, & alii exempti, aut collegia, vel capitula quæcumque, etiam ecclesiarum cathedralium, litteras dimissorias aliquibus clericis sæcularibus, ut ab aliis ordinentur, concedant. Sed horum omnium ordinatio servatis omnibus, (*a*) quæ in hujus sanctæ synodi decretis continentur, ad episcopos, intra quorum diœcesis fines existant, pertineat: non obstantibus quibusvis privilegiis, præscriptionibus, aut consuetudinibus etiam immemorabilibus. Pœnam quoque impositam his, qui contra hujus sanctæ synodi (*b*) sub Paulo III. decretum, à capitulo episcopali, sede vacante, litteras dimissorias impetrant; ad illos, qui easdem litteras non à capitulo, sed ab aliis quibusvis in jurisdictione episcopi loco capituli, sede vacante, succedentibus, obtinerent, mandat extendi. Concedentes autem dimissorias contra

VARIANTES.

(25) Exempti esse dicantur, *edit. Rom. 2. Rom. 3. Rom. in 4. Rom. Vat. Rom. 1763. Antv-Sylv. Antv-Nut. & Ven.*

CAPITULO X.

Los Prelados inferiores á los Obispos no confieran la Tonsura ó las Ordenes menores, sino á los Regulares sus súbditos; ni ellos ó qualesquiera Cabildos concedan dimisorias: establecense penas contra los que no obedecen.

No sea licito en adelante á los Abades ni á otros qualesquiera, aunque sean exêntos, que residan en el territorio de algun Obispado, aunque digan son de ninguna Diócesis, ó estar exêntos el conferir la Tonsura ó las Ordenes menores (773) á ninguno que no sea Regular súbdito suyo: ni los mismos Abades y otros exêntos, Colegios ó Cabildos qualesquiera aun de las Iglesias Catedrales concedan dimisorias (774) á ningunos Clérigos Seculares para que otros los ordenen. Sino que la ordenacion de todos estos corresponda, guardados todos los requisitos que en los decretos de este Santo Concilio se contienen, á los Obispos en cuya Diócesis existan (775): no obstante qualesquiera privilegios, prescripciones ó costumbres, aun inmemoriales (776). Manda asimismo el Concilio se extienda (777) la pena impuesta á los que impetran dimisorias del Cabildo Episcopal en Sede vacante, contra lo decretado por este Santo Concilio en tiempo de Paulo III., y á los que obtuviesen las mismas letras no del Cabildo, sino de qualesquier otros que sucedan en Sede vacante, en la jurisdicion del Obispo en lugar del Cabildo. Pero los que concedan dimisorias contra la forma del decreto

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Huj. sess. 23. cap. 5. 6. cap. 11. & 12. de ref. (b) Sess. 7. cap. 10. de ref.

tra formam decreti, ab officio, & beneficio per annum sint ipso jure suspensi.

CAPUT XI.

Interstitia in susceptione minorum ordinum, & certa alia præcepta servanda.

Minores ordines iis, qui saltem (*a*) Latinam linguam intelligant, per temporum interstitia, nisi aliud episcopo expedire magis videretur, conferantur; ut eo accuratius, quantum sit hujus disciplinæ pondus, possint edoceri; (*b*) ac in unoquoque munere, juxta præscriptum episcopi, se exerceant; idque in ea, cui adscripti erunt, ecclesia; nisi forte ex causa studiorum absint; atque ita de gradu in gradu adscendant; ut in eis cum ætate vitæ meritum, & doctrina major accrescat. Quod & bonorum morum exemplum & assiduum in ecclesia ministerium, atque major erga presbyteros, & superiores ordines reverentia, & crebrior, quam antea, corporis Christi communio maxime comprobabunt. Cumque hinc ad altiores gradus, & sacratissima mysteria sit ingressus; nemo iis initietur, (*c*) quem non scientiæ spes majoribus ordinibus dignum ostendat. Hi vero non nisi post annum à susceptione postremi gradus minorum ordinum ad

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Huj. sess. 23. cap. 14. de ref. Dist. 77. c. *In singulis* 2. (*b*) Hujsess. cap. 17. de ref. Dist. 25. c. *Prælectis* 1. Dist. 61. c. *Osius episcopus* 10. Conc. Nicæn. 1. c. 2. Conc. Bracar. 2. cap. 20. Conc. Sardic. c. 13. alibi 10. (*c*) Conc. Tolet. 8. cap. 8. Dist. 59. c. *Qui ecclesiasticis* 1. cum seq.

to sean suspensos (778) *ipso jure* de Oficio y Beneficio durante un año.

CAPITULO XI.

De los intersticios y otros preceptos que se han de guardar en la recepcion de las Ordenes menores.

Confieranse las Ordenes menores á los que á lo menos entiendan la lengua latina (779), guardandose entre una y otra el intervalo de las temporas (780), á no parecerle mas conveniente otra cosa al Obispo (781); para que de este modo puedan instruirse mejor (782) de las graves obligaciones que impone esta disciplina; y exercitense en cada ministerio segun lo determinase el Obispo; y esto en la Iglesia á que sean destinados (783); como no estén ausentes casualmente por causa de estudios; y asciendan así de grado en grado; á fin de que con la edad crezcan en el merito de la vida y en la ciencia (784); lo que acreditarán en gran manera con el exemplo de sus buenas costumbres, asistencia freqüente al servicio de la Iglesia, y mayor respeto á los Presbiteros y á los que les son superiores en órden, y recibiendo con mas freqüencia que ántes el Sacramento de la Eucaristía. Y como estas Ordenes menores encaminan á grados mas altos, y á los mas sagrados misterios, nadie sea admitido á ellos que no dé esperanzas de que por su capacidad se haga digno de ascender á las Ordenes mayores (785). Pero estos no sean promovidos á las

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(b) * Epist. Isidori Hispalensis ad Ludifredum, unde desumptus est can. *Perlectis* 1. dist. 25., videtur esse supposititia.

ad sacros ordines promoveantur: nisi necessitas aut ecclesiæ utilitas, judicio episcopi, aliud exposcat.

CAPUT XII.

Ætas ad majores ordines requisita: digni dumtaxat assumendi.

Nullus in posterum ad subdiaconatus ordinem ante vigesimum secundum, ad diaconatus ante (*a*) vigesimum tertium, (*b*) ad presbyteratus (*c*) ante vigesimum quintum ætatis suæ annum promoveatur. Sciant tamen episcopi, non singulos, in ea ætate constitutos, debere ad hos ordines assumi, sed dignos dumtaxat, & quorum probata vita senectus sit. Regulares quoque nec in minori ætate, nec sine diligenti (*d*) episcopi examine ordinentur: privilegiis quibuscumque, quoad hoc, penitus exclusis.

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Conc. Tolet. 2. cap. 1. Conc. Carthag. 3. cap. 4. & Agath. c. 16. annos 25. requirebant. (*b*) Annos 30. requirunt conc. Tolet. 4. cap. 19. & 20. * Dist. 78. c. *Si quis* 1. & c. *Presbyter* 4. (*c*) Clement. *Generalem* 3. de ætat. & qual. & ord. præfic. (*d*) Ordinarium loci debere esse decrevit Clemens 8. 1596.

CA-

las Ordenes sagradas, sino un año despues de haberles conferido el último grado de las Ordenes menores (786): si la necesidad ó utilidad de la Iglesia no requiere otra cosa á juicio del Obispo (787).

CAPITULO XII.

Edad necesaria para recibir las Ordenes mayores, admítanse á ellas solo los que sean dignos.

Ninguno sea promovido en adelante al órden del Subdiaconado sin que tenga veinte y dos años (788), al de Diaconado veinte y tres (789), y al Presbiterado veinte y cinco (790). Con todo tengan entendido los Obispos que no deben admitir á estas Ordenes á todos los que hayan llegado á esta edad, sino solo á los que sean dignos, y cuya vida arreglada equivalga á la edad madura (791). Tampoco los Regulares sean ordenados en menor edad (792), y sin que preceda un diligente exámen del Obispo (793): aboliendose enteramente en este punto qualesquier privilegios (794).

ANIMADVERS. IN NOT. CHIFFLET.

(b) * Can. *Si quis* 1. dist. 78. á Gratiano adscriptus Bonifacio papæ, desumptus est ex cap. 20. collectionis Martini Bracarensis, & pertinet ad can. 11. concilii Neo-cæsariensis.

CA-

CAPUT XIII.

De conditionibus initiandorum subdiaconatu & diaconatu. Nulli ordines sacri duo conferantur eodem die.

Subdiaconi & diaconi ordinentur, (*a*) habentes bonum testimonium, & (*b*) in minoribus ordinibus jam probati, ac litteris, & iis, quæ ad ordinem exercendum pertinent, instructi. Qui sperent, Deo auctore, (*c*) se continere posse; ecclesiis, quibus ascribentur, inserviant; sciantque maxime decere, si saltem diebus Dominicis, & solemnibus, cum altari ministraverint, sacram communionem perceperint. Promoti ad sacrum subdiaconatus ordinem, (*d*) si per annum saltem in eo non sint versati, ad altiorem gradum, nisi aliud episcopo videatur, ascendere non permittantur. Duo sacri ordines (*e*) non eodem die, etiam regularibus, conferantur: privilegiis, ac indultis quibusvis concessis non obstantibus quibuscumque.

CAPUT XIV.

Quinam ad presbyteratum assumendi sint.

Qui pie & fideliter in ministeriis ante actis se gesserint, & ad presbyteratus ordinem assumuntur, (*f*) bonum habeant testimonium, & hi sint, qui non modo in diaconatu ad minus annum integrum, nisi ob ecclesiæ utilitatem, ac necessitatem aliud episcopo

po

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) 1. ad Tim. 3. v. 7. & 8. (*b*) Conc. Tolet. 4. cap. 19. Dist. 77. c. *Quicumque* 3. (*c*) Cap. *A multis* 9. X. de ætat. & qual. & ord. præfic.

CAPITULO XIII.

De las condiciones de los que se han de ordenar de Subdiácono y Diácono. No se confieran á ninguno dos Ordenes Sagradas en un mismo dia.

Ordenese de Subdiáconos y Diáconos á los que tengan buena fama, hayan dado ya pruebas (795) de ella en el exercicio de las Ordenes menores, y estén instruidos (796) en las letras, y en lo perteneciente al exercicio de la Orden que reciben. Los que esperen que con el auxilio de Dios podrán vivir en continencia (797); sirvan á las Iglesias á que hayan sido destinados; y sepan que será de grande edificacion, si á lo menos en los Domingos y en los dias solemnes quando sirvieren al altar, recibieren la sagrada comunion (798). A los promovidos á la sagrada Orden del Subdiaconado si no la hubieren exercido á lo menos por un año, no se les permita ascender á mayor grado (799), á no ser que estime el Obispo otra cosa (800). No se confieran en un mismo dia dos Ordenes Sagradas (801) aun á los Regulares (802); sin que obsten ningunos privilegios ó indultos concedidos.

CAPITULO XIV.

Quienes han de ser admitidos al Sacerdocio.

Los que hubieren procedido devota y fielmente en el exercicio de los ministerios antecedentes y son

(d) Hal. sess. 23. cap. 11. de ref. (e) Cap. *Litteras* 13. & cap. *Dilectus* 14. de temp. ordin. (f) 1. ad Tim. 3. ℣. 7. Conc. Tolet. 4. cap. 19.

po videretur, ministraverint; sed etiam ad populum docendum ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem; ac ministrandi sacramenta, diligenti examine præcedente, (26) comprobentur: atque ita pietate, ac castis moribus conspicui, ut præclarum bonorum operum exemplum, & vitæ monita ab eis possint expectari. Curet episcopus, ut ii saltem diebus Dominicis, & festis solemnibus, si autem curam habuerint animarum, tam frequenter, ut suo muneri satisfaciant, missas celebrent. (*a*) Cum promotis per saltum, si non ministraverint, episcopus ex legitima causa possit dispensare.

CAPUT XV.

Nullus confessiones audiat, nisi ab ordinario approbatus.

Quamvis presbyteri in sua ordinatione à peccatis absolvendi potestatem accipiant; decernit tamen sancta synodus, nullum, (*b*) etiam regularem, posse confessiones sæcularium, etiam sacerdotum, audire; nec ad id idoneum reputari; nisi aut parochiale beneficium,

VARIANTES.

(26) Idonei comprobentur: *edit. Rom.* 2. *Rom.* 3. *Rom-Vat. Rom.* 1763. *& Ven.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Dist. 52. c. *Sollicitudo* 1. Dist. 59. c. *Si officia* 2. (*b*) Clement. *Dudum* 2. §. *Ac deinde præfati* de sepultur. Confirmatur bulla Pii V. *Romani Pontificis* 6. Augusti 1571. Cap. *Si episcopus* 2. de pœnit. & remiss. in 6. *

ADDIT. IN NOTAS CHIFFLET.

(*b*) * Consule pro Belgio synod. Camerac. ann. 1586. tit. 8. & tit. 20. cap. 19. Item Mechlin. ann. 1607. tit. 5. & tit. 24. cap. 6.

son recibidos al Orden del Sacerdocio, tengan buena opinion (803), y no solo hayan exercido las funciones de Diácono, á lo menos por un año entero (804), á no ser, que por la utilidad y necesidad de la Iglesia dispusiese otra cosa el Obispo (805); sino tambien se vea: que son capaces de enseñar al pueblo las cosas necesarias á todos para la salvacion; y de administrar los Sacramentos (806), precediendo un diligente exámen: y tambien (807), deben ser tan recomendables por su piedad y pureza de costumbres que pueda esperarse de ellos (808), darán un exemplo señalado de buenas obras é instrucciones para vivir bien. Cuide el Obispo de que celebren Misa á lo ménos en los Domingos y fiestas solemnes (809), y si tuvieren Cura de almas con aquella freqüencia que sea necesaria para cumplir con su ministerio (810). El Obispo pueda habiendo causa legítima dispensar (811) con los que se hubieren ordenado *per saltum*, con tal que no hubieren exercido sus funciones.

CAPITULO XV.

Ninguno pueda confesar á otro sin estar aprobado por el Ordinario.

Aunque los Presbíteros reciben en su ordenacion la potestad de absolver de los pecados; sin embargo determina el Santo Concilio, que ninguno, comprehendiendo á los Regulares, puede oir la confesion de los Seglares, ni aun de los Sacerdotes; ni considerarse idoneo para ello; á no ser que goce de un Beneficio Parroquial (812); ó los Obispos, por medio de exámen (813), si les pareciere necesario (814), ó de otro modo le juzgaren idoneo (815); y

cium; aut ab episcopis per examen, si illis videbitur esse neccessarium, aut alias idoneus judicetur; & approbationem, quæ gratis detur, obtineat: privilegiis, & consuetudine quacumque, etiam immemorabili, non obstantibus.

CAPUT XVI.

Qui ordinantur, certæ ecclesiæ adscribantur.

Cum nullus debeat ordinari, qui judicio sui episcopi non sit utilis, aut necessarius suis ecclesiis; sancta synodus, vestigiis sexti canonis (*a*) concilii Chalcedonensis inhærendo, statuit, ut nullus in posterum ordinetur, qui illi ecclesiæ, aut pio loco, pro cujus necessitate, aut utilitate assumitur, non adscribatur, ubi suis fungatur muneribus; nec incertis vagetur sedibus (*b*) Quod si locum inconsulto (27) episcopo deseruerit; ei (28) sacrorum exercitium interdicatur. Nullus præterea clericus peregrinus (*c*) sine commendatitiis sui ordinarii litteris ab ullo episcopo ad divina celebranda, & sacramenta administranda admittatur.

VARIANTES.

(27) Episcopo *abest ab edit. Antv-Nut.*
(28) Sacrorum ordinum exercitium *edit. Vird. & Rhem.*

CA-

obtenga la aprobacion que deberá darsele gratis ; sin que á esto obste ningun privilegio y costumbre aun inmorial (816).

CAPITULO XVI.

Asignense los que se ordenan á determinada Iglesia.

No debiendo ordenarse ninguno que á juicio de su Obispo no sea útil ó necesario á sus Iglesias (817); siguiendo el Santo Concilio lo dispuesto por el sexto Cánon del Concilio Calcedonense, establece que en adelante no se ordene á ninguno, á quien no se destine á aquella Iglesia ó lugar pio, por cuya necesidad ó utilidad se recibe en donde exerza sus funciones (818); y no ande vagando sin tener residencia fija (819). Si desamparare sin dar noticia al Obispo el lugar que se le ha señalado, prohibasele el exercicio de las funciones sagradas (820). Además ningun Clérigo de fuera de la Diócesis sea admitido (821) por ningun Obispo á celebrar los divinos Oficios, ni administrar los Sacramentos sin cartas de recomendacion de su Ordinario.

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Dist. 70. c. *Neminem* 1. (*b*) Conc. Nicæn. 1. c. 15. & 16. Conc. Antioch. 1. sub Julio 1. c. 5. Conc. Chalcedon. c. 20. Conc. Aquisgran. sub Stephano 4. passim Conc. Epaon. c. 5. Conc. Aurelian. 5. c. 5. Dist. 70. c. *Sanctorum* 2. cap. *Tuæ* 3. ℣ de cleric. peregr. (*c*) Conc. Laodic. c. 41. & 42. Conc. Carth. 3. c. 28.

CA-

ESCUELA DE ESTUDIOS HISPANO-AMERICANOS
BIBLIOTECA

CAPUT XVII.

Ordinum minorum functiones exerceantur à constitutis in illis.

Ut sanctorum ordinum à diaconatu ad ostiariatum functiones ab Apostolorum temporibus in ecclesia laudabiliter receptæ; & pluribus in locis aliquandiu intermissæ, in usum juxta sacros (*a*) canones revocentur; nec ab hæreticis, tamquam otiosæ, traducantur; illius pristini moris restituendi desiderio flagrans sancta synodus decernit, ut in posterum hujuscemodi ministeria non nisi per constitutos in dictis ordinibus exerceantur; omnesque & singulos prælatos ecclesiarum in Domino hortatur, & illis præcipit, ut quantum fieri commode poterit, in ecclesiis cathedralibus, collegiatis, & parochialibus suæ diœcesis, si populus frequens, & ecclesiæ proventus id ferre queant, hujusmodi functiones curent restituendas, & ex aliqua parte reddituum aliquorum simplicium beneficiorum, vel fabricæ ecclesiæ, si proventus suppetant, aut utriusque illorum eas functiones exercentibus stipendia assignent: quibus, si negligentes fuerint, ordinarii judicio, aut ex parte multari, aut in totum privari possint. Quod si ministeriis quatuor minorum ordinum exercendis clerici cælibes præsto non erunt: suffici possint etiam conjugati, vitæ probatæ (*b*) dummodo non bigami, ad ea munia obeunda

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) * Dist. 25. can. *Perlecta* 1. (*2) Dist. 23. can. *Acolythus* 16. can. *Exorcista* 17. can. *Lector* 18. can. *Ostiarius* 19. & can. *Psalmista* 20. Innocentius 1. epist. 4. cap. 5. Huj. sess. 23. cap. 11. de ref. (*b*) Cap. *Ut bigami* 1. cum sqq. ☞ de bigam. non ordin.

CAPITULO XVII.

Exerzan las funciones de las Ordenes menores los constituidos en ellas.

Para que segun los sagrados Cánones se restablezca el uso de las funciones de las santas Ordenes desde el Diaconado hasta el Ostiariato, las quales se han recibido loablemente en la Iglesia desde el tiempo de los Apostoles (822), y se han interrumpido algun tiempo en muchos lugares; á fin de que los hereges no tengan motivo de tratarlas de ociosas; deseando eficazmente el Santo Concilio restituir aquella primitiva costumbre, determina que en adelante no se exerzan semejantes ministerios (823), sino por los que esten constituidos en dichas Ordenes; y exhorta en nombre del Señor á todos y á cada uno de los Prelados de las Iglesias, y les manda que en quanto pueda hacerse cómodamente cuiden de restituir estas funciones en las Iglesias Catedrales, Colegiatas y Parroquiales de su Diócesis, en que el número del pueblo y las rentas de la Iglesia lo permitan (824), asignando de alguna parte del producto de algunos Beneficios simples, ó de la fábrica de la Iglesia, si sus rentas alcanzasen para ello, ó de uno y otro ciertos estipendios (825) para los que exerzan estas funciones: de los que si fueren negligentes, podrán ser privados en parte ó en todo á juicio del Ordinario (726). Si no hubiese en el lugar Clérigos celibata-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(a) * Can. *Perlectis* 1. dist. 25. desumptus est ex supposititia epist. Isidori Hispalensis ad Ludifredum. (*2) Dist. 23. can. *Acolythus* 16. can. *Exorcista* 17. can. *Lector.* 18. can. *Ostiarius* 19. & can. *Psalmista* 20. hausti sunt ex supposititio conc. Carthag. 4.

da idonei; & qui tonsuram, & habitum clericalem in ecclesia gestent.

CAPUT XVIII.

Norma instituendi seminarium clericorum, eosque in ipso educandi.

Cum adolescentium ætas, (a) nisi recte instituatur, prona sit ad mundi voluptates sequendas; & nisi á teneris annis ad pietatem & religionem informetur, antequam vitiorum habitus totos homines possideat, numquam perfecte, ac sine maximo, ac singulari propemodum Dei omnipotentis auxilio in disciplina ecclesiastica perseveret: sancta synodus statuit, (b) ut singulæ cathedrales, metropolitanæ, atque his majores ecclesiæ pro modo facultatum, & diœcesis amplitudine certum puerorum ipsius civitatis, & diœcesis, vel ejus provinciæ, si ibi non reperiantur, numerum in collegio ad hoc prope ipsas ecclesias, vel alio in loco convenienti ab episcopo eligendo, alere, ac religiose educare, & ecclesiasticis disciplinis instituere teneantur. In hoc vero collegio recipiantur, qui ad minimum duodecim annos & ex legitimo matrimonio nati sint; ac legere, & scribere competenter noverint; & quorum indoles, & voluntas spem afferat, eos ecclesiasticis ministeriis perpe-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Gen. 8. ℣. 21. Conc. Tolet. 4. c. 24. Conc. Aquisgran. ann. 816. cap. 135. Conc. Latevan. sub Leone 10. sess. 9. de ref. curiæ, Caus. 12. q. 1. c. *Omnis ætas* 1. (b) Conc. Lat. sub Alexandro 3. part. 1. cap. 18. Conc. Lateran. sub Innocentio 3. cap. 11. Cap. *Quia nonnullis* 4. ✠ de magist. Sess. 5. cap. 1. de ref. *

tarios para exercer las funciones de las quatro Ordenes menores, podrán suplir el defecto de ellos otros casados, de buena vida y capaces de servir, con tal que no sean bígamos, estén tonsurados y lleven habito clerical en la Iglesia (827).

CAPITULO XVIII.

Norma de erigir Seminario de Clérigos y de educarlos en el mismo.

Siendo la adolescencia, no estando bien enseñada, propensa á seguir los deleytes mundanos; y no perseverando jamás perfectamente (828) y sin un grande y muy singular auxilio de Dios Omnipotente en la disciplina eclesiástica, á no ser que se la forme á la piedad y religion desde los tiernos años ántes que los hábitos de los vicios se apoderen de ellos enteramente: establece el Santo Concilio que todas las Iglesias Catedrales, Metropolitanas y otras mayores que estas, tengan obligacion con arreglo á sus facultades y á la extension de la Diócesis, de sustentar, educar (829) en la piedad, y á enseñar las ciencias eclesiásticas á un cierto número de niños de la misma Ciudad y Diócesis, ó de su Provincia, si allí no los hubiese, en un Colegio que á este efecto elegirá el Obispo cerca de las mismas Iglesias, ó en otro lugar á proposito. Pero en este Colegio recibanse los que á lo ménos tengan doce años, hayan nacido de legitimo matri-

ADDIT. AD NOT. CHIFFLET.

(b) * Vide pro Belgio relat. gest. circa conc. Trid. promulgat. & recept.

petuo inservituros. Pauperum autem filios præcipue eligi vult ; nec tamen ditiorum excludit ; modo suo sumptu alantur , & studium præ se ferant Deo & ecclesiæ inserviendi. Hos pueros episcopus in tot clases, quot ei videbitur , divisos juxta eorum numerum, ætatem , ac in disciplina ecclesiastica progressum, partim cum ei opportunum videvitur , ecclesiarum ministerio addicet ; partim in collegio erudiendos retinebit ; aliosque in locum eductorum sufficiet : ita ut hoc collegium Dei ministrorum perpetuum seminarium sit. Ut vero in eadem disciplina ecclesiastica commodius instituantur ; tonsura statim , atque habitu clericali semper utentur ; grammatices , cantus, computi ecclesiastici (*a*) aliarumque bonarum artium disciplinam discent ; sacram scripturam , libros ecclesiasticos , homilias sanctorum , atque sacramentorum tradendorum , maxime quæ ad confessiones audiendas videbuntur opportuna , & ritum , ac cæremoniarum formas ediscent. Curet episcopus , ut singulis diebus missæ sacrificio intersint ; ac saltem singulis mensibus confiteantur peccata ; & juxta confessoris judicium sumant corpus Domini nostri Jesu Christi ; cathedrali , & aliis loci ecclesiis diebus festis inserviant. Quæ omnia, atque alia ad hanc rem opportuna, & necessaria episcopi singuli cum consilio duorum canonicorum seniorum , & graviorum , quos ipsi elegerint, prout

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) * Dist. 38. c. *Quæ ipsis* 5.

ANIMADV. IN NOTAS CHIFFLET.

(*a*) Can. *Quæ ipsis* 5. dist. 38. male apud Gratianum attributus est Augustino , pertinet ad cap. 6. Capitularis Abytonis Basileensis , qui vixit circa sæculum 9.

trimonio (830), y sepan leer y escribir suficientemente (831); y cuya índole y voluntad dé esperanzas de que servirán perpetuamente en los ministerios eclesiásticos (832). El Santo Concilio quiere que se elijan principalmente los hijos de los pobres (833); mas no por eso excluye á mas los ricos; con tal que se mantengan á sus expensas y muestren voluntad de servir á Dios y á la Iglesia (834). El Obispo despues que divida á estos niños en quantas clases le parezca, atendido su número, edad y adelantamiento en la disciplina eclesiástica, aplicará parte de ellos, quando lo tenga por oportuno, al servicio de las Iglesias; dexará parte en el Colegio para su enseñanza; y pondrá otros en lugar de los que hubieren salido; para que asi sea este Colegio un Seminario perpetuo de Ministros de Dios (835). Y para que se les instruya con mas facilidad en la disciplina eclesiástica, recibirán inmediatamente la tonsura, y siempre usarán del vestido clerical (836); aprenderán la gramatica, el canto, el computo eclesiástico, y quanto corresponde á las demás buenas letras; aprenderán la Sagrada Escritura, las obras que tratan de materias eclesiásticas, las Homilias de los Santos, y lo que parezca conveniente, y las formulas de administrar los Sacramentos, especialmente lo relativo al oir las confesiones y de los ritos y ceremonias (837). Cuide el Obispo de que asistan todos los dias al Sacrificio de la Misa (838); y se confiesen á lo ménos una vez al mes; y segun el juicio del Confesor reciban el Cuerpo de nuestro Señor Jesu-Christo (839); sirvan los dias de fiesta á la Iglesia Catedral, y otras Iglesias del pueblo (840). Todas estas cosas y otras que sean convenientes y necesarias para este fin, las arreglarán los Obispos con consejo de dos Canónigos de los mas ancianos y graves

prout Spiritus sanctus suggesserit, constituent; eaque ut semper observentur, sæpius visitando operam dabunt. Discolos, & incorrigibiles, ac malorum morum seminatores acriter punient; eos etiam, si opus fuerit, expellendo: omniaque impedimenta auferentes, quæcumque ad conservandum, & augendum tam pium, & sanctum institutum pertinere videbuntur, diligenter curabunt. Et quia ad collegii fabricam instituendam, & ad mercedem præceptoribus & ministris solvendam, & ad alendam juventutem, & ad alios sumptus certi redditus erunt necessarii; ultra ea, quæ ad instituendos vel alendos pueros sunt in aliquibus ecclesiis, & locis destinata, quæ eo ipso huic seminario sub eadem episcopi cura applicata censeantur: iidem episcopi cum consilio duorum de capitulo, quorum alter ab episcopo, alter ab ipso capitulo eligatur, itemque duorum de clero civitatis, quorum quidem alterius electio similiter ad episcopum, alterius vero ad clerum pertineat; ex fructibus integris mensæ episcopalis, & capituli, & quarumcumque dignitatum, personatuum, officiorum, præbendarum, portionum, abbatiarum, & prioratuum, (*a*) cujuscumque ordinis, etiam regularis, aut qualitatis, vel conditionis fuerint, & hospitalium, quæ dantur in titulum, vel administrationem, juxta constitutionem concilii Viennensis, quæ incipit, (*b*) *Quia contingit*: & beneficiorum quorumcumque, etiam regularium, etiam si juris patronatus cujuscumque fuerint, etiam si exempta, etiam si nullius diœcesis, vel aliis

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Qui excipiantur, vide in bullis Pii 5. *Apostolicæ* 1567. *Romanus* 1567. *Romanus* 1568. *Dum indefessæ* 1571. & Clementis 8. *Romanum* 1603. (*b*) Clement. *Quia contingit* 2. de relig. domib. Sess. 7. cap. 15. de ref.

que los mismos Obispos hubieren elegido, segun les inspire el Espiritu Santo, y procurarán con sus freqüentes visitas (841) que se guarde constantemente lo establecido por ellos en esta parte. Castigarán severamente á los discoles é incorregibles, y á los que siembren malas costumbres; expeliendolos tambien si fuese necesario: finalmente, removiendo todos los impedimentos, cuidarán con esmero establecer en todo lo que conozcan conduce para conservar y acrecentar un establecimiento tan piadoso y santo (842). Y como para construir el edificio del Colegio, pagar el estipendio á los Preceptores y familiares, sustentar los jóvenes, y para sufragar los demás gastos serán necesarias ciertas rentas; además de aquellas que en algunas Iglesias y Lugares están destinadas para la enseñanza y mantenimiento de los jóvenes, las quales se entiendan por esto mismo aplicadas á este Seminario, baxo la misma direccion del Obispo: los mismos Obispos ayudados del consejo de dos del Cabildo, uno de los quales elegirá el Obispo, y el otro el referido Cabildo, y tambien de otros dos Eclesiásticos del Clero de la Ciudad, de los que uno igualmente será electo por el Obispo, y el otro por el Clero (843), separarán cierta parte ó porcion del total de los frutos de la mensa Episcopal y del Cabildo, y de qualesquier Dignidades, Personados, Oficios, Prebendas, Raciones, Abadías, y Prioratos de qualquier Orden aun regular, y de qualquier naturaleza y condicion que fueren, de los Hospitales que se confieren en título ó en administracion, segun la constitucion del Concilio de Viena del Delfinado, la qual empieza: *Quia contingit*, y de todos los Beneficios inclusos los de los Regulares de qualquier Patronato que fueren (844), aun los exêntos (845) de

los

aliis (29) ecclesiis, monasteriis, & hospitalibus, & aliis quibusvis locis piis, etiam exemptis, annexa, & ex fabricis ecclesiarum, & aliorum locorum, etiam ex quibuscumque aliis ecclesiasticis redditibus, seu proventibus, etiam aliorum collegiorum: in quibus tamen seminaria discentium, vel docentium, (a) ad commune ecclesiæ bonum promovendum actu non habentur: hæc enim exempta esse voluit: præterquam ratione reddituum, qui superflui essent ultra convenientem ipsorum seminariorum sustentationem; seu corporum, vel confraternitatum, quæ in nonnullis locis scholæ appellantur, & omnium monasteriorum, non tamen mendicantium, etiam ex decimis quacumque ratione ad laicos, ex quibus subsidia ecclesiastica solvi solent, & milites cujuscumque militiæ, aut ordinis, pertinentibus, fratribus S. Joannis Hierosolymitani dumtaxat exceptis, partem aliquam, vel portionem detrahent: & eam portionem sic detractam, nec non beneficia aliquot simplicia cujuscumque qualitatis, & dignitatis fuerint, vel etiam præstimonia, vel præstimoniales portiones, etiam ante vacationem nuncupatæ, sine cultus divini, & illa obtinentium præjudicio, huic collegio applicabunt, & incorporabunt. Quod locum habeat, etiam si beneficia sint reservata, vel affecta; nec per resignationem ipsorum beneficiorum, uniones & (30) applicationes suspendi, vel ullo modo impediri possint, sed omnino quacumque vacatione, etiam si in curia, effectum suum sortiantur, quacumque constitutione non obstan-

VARIANTES.

(29) *Verba*: ecclesiis, monasteriis, & hospitalibus, & aliis *absunt ab edit. Rom.* 1763.

(30) Appellationes *edit. Antv-Nut.*

los que no correspondan á ninguna Diocesis (846), ó que estén anexos á otras Iglesias, Monasterios, Hospitales y otros lugares pios, aunque sean exéntos, y de las fábricas de las Iglesias (847) y otros lugares, y de otras qualesquiera rentas ó reditos eclesiasticos, y tambien de los demás Colegios; en los que no haya actualmente Seminarios de Estudiantes ó de Maestros para promover el comun bien de la Iglesia; pues quiso el Concilio que estos estuviesen exéntos (848); excepto en quanto á las rentas que quedasen sobrantes despues de la decente manutencion (449) de los dichos Seminarios, ó Cuerpos ó Cofradías, que en algunas partes se llaman Escuelas (850), y de todos los Monasterios (851) no siendo de Religiosos mendicantes (852), y tambien de las décimas que por algun título poseen los legos, de los quales acostumbran pagar subsidios eclesiásticos, y los Caballeros de qualquier Milicia ú Orden (853), exceptuando únicamente á los de San Juan de Jerusalen (854): y separada asi la dicha parte y porcion, la aplicarán é incorporarán y agregarán al Colegio, como igualmente algunos Beneficios simples de qualquier naturaleza y dignidad que fueren, ó tambien prestamos ó lo que se llama porciones prestimoniales aun ántes de que vaquen (855), sin perjuicio no obstante del servicio Divino y de los que las obtienen (856). Todo lo qual tenga lugar aun en el caso de que los Beneficios sean reservados ó afectos (857) á otros destinos; sin que por la resignacion de los mismos Beneficios se puedan suspender ó impedir de nin-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Dist. 37. c. *De quibusdam* 12. Cap. *Super specula* 5. & de magist. Cap. *Cum ex eo* 34. de elect. in 6.

tante. Ad hanc autem portionem solvendam, beneficiorum, dignitatum, personatuum, & omnium, & singulorum supra commemoratorum possessores, non modo pro se, sed pro pensionibus, quas aliis forsan ex dictis fructibus solverent; retinendo tamen pro rata, quidquid pro dictis pensionibus, illis erit solvendum, ab episcopo loci per censuras ecclesiasticas, ac alia juris remedia compellantur; etiam vocato ad hoc, si videbitur, auxilio brachii sæcularis: (31) quibusvis, quoad omnia & singula supradicta, privilegiis, exemptionibus, etiam si specialem derogationem requirerent, consuetudine, etiam immemorabili, & quavis (32) appellatione, & allegatione, quæ executionem impediat, non obstantibus. Succedente vero casu, quo per uniones effectum suum sortientes, vel aliter seminarium ipsum in totum, vel in partem dotatum reperiatur; tunc portio ex singulis beneficiis, ut supra, detracta, & incorporata ab episcopo, prout res ipsa exegerit, in totum vel pro parte remittatur. Quod si cathedralium, & aliarum majorum ecclesiarum prælati in hac seminarii erectione, ejusque conservatione negligentes fuerint, ac suam portionem solvere detrectaverint; episcopum archiepiscopus, archiepiscopum & superiores synodus provincialis acriter corripere, eosque ad omnia supradicta cogere debeat; & ut quamprimum hoc sanctum, & pium opus, ubicumque fieri poterit, promoveatur, studiose curabit. Rationes autem reddituum hujus seminarii episcopus an-

VARIANTES.

(31) *Verba*: quibusvis, quoad omnia & singula supradicta, privilegiis, exemptionibus, etiam si specialem derogationem requirerent, consuetudine, etiam immemorabili, *absunt ab edit. Antv-Nat.*

(32) Appellatione, inhibitione & allegatione, *edit. Brix. Lov-Bog. Vird. Rhem. Antv-Nat. Antv-Sylv. Antv. & Col.*

ninguna manera las uniones y aplicaciones, sino que enterámente surtan su efecto de qualquiera manera que vaquen los Beneficios, aunque sea en la Curia Romana, y sin que obste ninguna constitucion (858). El Obispo local apremie con censuras eclesiásticas y otros medios (860) de derecho, aun implorando el auxìlio del brazo seglar si fuere necesario, á los poseedores de los Beneficios, Dignidades, Personados, y de todas y cada una de las cosas arriba expresadas, á que paguen esta porcion, no solo por lo que á ellos toca, sino por las pensiones que tal vez pagarian de los dichos frutos, reteniendo no obstante á prorrata todo lo que por dichas pensiones se les hubiere de pagar (859); no obstante qualesquiera privilegios, exênciones, aunque requieran especial derogacion, costumbre, aun inmemorial, y qualesquiera apelacion ó alegacion que impida la execucion. Y si sucediese el caso que en virtud de estas uniones ya executadas, ó por otro medio el mismo Seminario se halle dotado en todo ó en parte (861), entónces la porcion que se haya deducido de cada Beneficio, y agregado por el Obispo, como arriba se ha dicho, perdonese toda ó parte de ella segun lo exigieren las circunstancias.

Pero si los Prelados de las otras Iglesias Catedrales y de otras mayores fuesen negligentes en erigir y conservar el referido Seminario, y rehusaren pagar su parte; deba apremiar y corregir severamente, y obligar al cumplimiento de todo lo expresado, el Arzobispo al Obispo, y al Arzobispo ú otros Superiores el Synodo Provincial: procurando con todo cuidado que esta obra santa y piadosa se promuéva (862) quanto ántes en aquellos parages donde pueda establecerse. El Obispo reciba todos los años las cuentas

annis singulis accipiat, presentibus duobus à capitulo, & totidem á clero civitatis deputatis.

(*a*) Deinde, ut cum minori impensa hujusmodi scholis instituendis provideatur; statuit sancta synodus, ut episcopi, archiepiscopi, primates, & alii locorum ordinarii scholasterias obtinentes, & alios, quibus est lectionis, vel doctrinæ munus annexum, ad docendum in ipsis scholis instituendos, per seipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneos substitutos, ab eisdem scholasticis eligendos, & ab ordinariis approbandos, (33) etiam per subtractionem fructuum, cogant, & compellant. Quod si judicio episcopi digni non fuerint; alium, qui dignus sit, (34) nominent, omni appellatione remota. Quod si (35) neglexerit; episcopus ipse deputet. Docebunt autem prædicti, quæ videbuntur episcopo expedire. De cetero vero officia, vel dignitates illæ, quæ scholasteriæ dicuntur, non nisi doctoribus, vel magistris, aut licentiatis in sacra pagina, aut in jure canonico, & alias personis idoneis, & qui per se ipsos id munus explere possint, conferantur: & aliter facta provisio nulla sit, & invalida: non obstantibus quibusvis privilegiis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

Si vero in aliqua provincia ecclesiæ tanta paupertate laborent, ut collegium in aliquibus erigi non possit; synodus provincialis, vel (36) metropolitana cum duobus antiquioribus suffraganeis in ecclesia metropoli-

VARIANTES.

(33) Etiam *abest ab edit. Brix. Lov-Bog. Antv-Nut. & Antv-Sylv.*

(34) Nominet *edit. Brix. Lov-Bog. Antv-Nut. Antv-Sylv. Antv. & Col.*

(35) Neglexerint, *edit. Rom. 2. Rom. 3. Rom. in 4. Rom-Vat. Rom. 1763. Dil. Lov. Vind. & Rhem.*

(36) Metropolitanus *edit. Rom. 2. Rom. 3. Rom-Vat. Rom. 1763. & Ven.*

de las rentas de este Seminario en presencia de dos personas del Cabildo y otras dos nombradas por el Clero de la Ciudad (863).

Además para que con menor gasto se puedan sostener estas Escuelas; establece el Santo Concilio que los Obispos, Arzobispos, Primados, y otros Ordinarios locales apremien (864) y obliguen aun con privacion de rentas á todos los que tienen Prebendas de enseñanza, y á otros que tienen obligacion de leer ó enseñar á que enseñen los jóvenes que se han de instruir en las mismas Escuelas para que por sí mismos si fuesen capaces, y no siendolo por sobstitutos idoneos que elegirán los mismos estudiantes y oprobarán los Ordinarios; y si los que nombrasen no fueren dignos á juicio del Obispo; nombren á otro que lo sea, sin que haya lugar á apelacion, y si fuesen negligentes en hacerlo, elija el mismo Obispo.

Los referidos nombrados enseñarán lo que al Obispo le parezca conveniente. Y en adelante aquellos Oficios ó Dignidades que se llaman Escolastrias no se confieran sino á Doctores ó Maestros ó Licenciados en las sagradas letras ó en derecho canónico, y en su defecto á personas idoneas, y que por sí mismas puedan desempeñar este ministerio, de lo contrario sea nula é inválida la provision hecha: no obstante qualesquier privilegios y costumbres aun inmemoriales (865).

Pe-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Sess. 5. cap. 1. de ref. *

ADDIT. AD NOT. CHIFFLET.

(a) * De seminariis Belgicis, qui iis sint præficiendi, qui admittendi, quomodo instituendi, &c. consule synod. Camerac ann. 1586. tit. 21. & Mechlin. ann. 1607. tit. 21.

litana, vel alia provinciæ ecclesia commodiori unum aut plura collegia, prout opportunum judicabit, ex fructibus duarum, aut plurimum ecclesiarum, in quibus singulis collegium commode institui non potest, (37) erigenda curabit, ubi pueri illarum ecclesiarum educentur.

In ecclesiis autem, amplas diœceses habentibus, possit episcopus unum, vel plura in diœcesi, prout sibi opportunum videbitur, habere seminaria: quæ tamen ab illo uno, quod in civitate erectum, & constitutum fuerit, in omnibus dependeant.

Postremo si vel pro unionibus, seu pro portionum taxatione, vel assignatione, & incorporatione, aut qualibet alia ratione difficultatem aliquam oriri contigerit, ob quam hujus seminarii institutio, vel conservatio impediretur, aut perturbaretur: episcopus cum supra deputatis, vel synodus provincialis pro regionis more, pro ecclesiarum, & beneficiorum qualitate, etiam suprascripta, si opus fuerit, (38) moderando, aut augendo, omnia & singula, quæ ad felicem hujus seminarii profectum necessaria & opportuna videbuntur, decernere, ac providere valeat.

Indictio futuræ sessionis.

Insuper, eadem sacrosancta Tridentina Synodus proximam futuram sessionem in diem decimam sextam mensis Septembris indicit: in qua agetur de sacramento matrimonii, & de aliis, si qua erunt ad doctrinam fidei pertinentia, quæ expediri possint: item

VARIANTES.

(37) Erigendum *edit. Brix. Lov-Bog. Antv-Nut- Antv-Sylv. Antv. & Col.*
(38) Mutando, *edit. Antv-Nut.*

Pero si en alguna Provincia estuvieren tan pobres las Iglesias, que en algunas no pueda erigirse el Colegio; el Synodo Provincial, ó el Metropolitano, acompañado de los dos Obispos sufraganeos mas antiguos, cuidará de establecer en su Iglesia Metropolitana ú en alguna otra Iglesia de la Provincia que sea mas cómoda uno ó muchos Colegios, segun juzgase oportuno, de la renta de dos ó de muchas Iglesias que no tienen medios suficientes para mantener un Colegio, en donde sean educados los jóvenes de aquellas Iglesias (866).

Pero en las Iglesias que tengan grandes Diócesis pueda el Obispo erigir uno ó muchos Seminarios en el Obispado, segun lo tenga por conveniente, los quales sin embargo, dependan enteramente del establecido y fundado en la Ciudad Episcopal (867).

Finalmente, si acerca de las uniones, tasa de porciones, ó asignacion é incorporacion ó por qualquier otro motivo se suscitare alguna dificultad que impidiese ó turbase la fundacion ó conservacion de este Seminario: el Obispo con los Diputados arriba expresados ó el Synodo Provincial segun la costumbre del país pueda, conforme á la calidad de las Iglesias y Beneficios determinar y proveer (868) lo que juzgue necesario y oportuno para el feliz aprovechamiento del expresado Seminario, aun moderando, si fuere necesario, ó aumentando lo que se ha dicho antecedentemente.

Señalamiento de la futura Sesion.

Además de eso el mismo Sacrosanto Concilio de Trento señala para el dia 16 de Septiembre la próxima Sesion, en que se tratará del Sacramento del Matrimonio y de otros puntos si ocurrieren concernientes á la fé,

item de provisionibus episcopatuum, dignitatum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum, ac de diversis reformationis articulis.

Prorogata fuit sessio ad diem XI. Nov. M. D. LXIII.

SESSIO XXIV.

QUÆ EST OCTAVA

SUB PIO IV. PONT. MAX.

CELEBRATA DIE XI. NOV. M. D. LXIII.

Doctrina de sacramento matrimonii.

Matrimonii perpetuum, indissolubilemque nexum primus humani generis parens divini Spiritus instinctu pronuntiavit, cum dixit: (a) *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Quamobrem (b) relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una.*

Hoc autem vinculo duos tantummodo copulari, & conjungi, Christus Dominus apertius docuit, cum postrema illa verba, tamquam à Deo prolata, referens

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Genes. 2. ℣. 23. & 24. Ad Ephes. 5. ℣. 29. 30. & 31. (b) Matth. 19. ℣. 5. * Caus. 35. q. 10. can. *Fraternitatis* 1. Cap. *Debitum* 5. ℣ de bigam. non ordin.

ANIMAVD. IN NOTAS CHIFFLET.

(b) * Can. *Fraternitatis* 1. caus. 35. q. 10. est spurius, Gregorio perperam attributus.

fé, que puedan despacharse; tambien tratará de las provisiones de los Obispados, Dignidades, y de otros Beneficios eclesiásticos y de varios artículos de reforma.

Se prorogó esta Sesion para el dia 11 de Noviembre de 1563.

SESION XXIV.

QUE ES LA OCTAVA

CELEBRADA

EN TIEMPO DEL SUMO PONTIFICE PIO IV.

EL DIA 11 DE NOVIEMBRE DE 1563.

Doctrina del Sacramento del Matrimonio.

El primer padre del linage humano declaró, inspirado por el Espiritu Santo, que el vínculo del matrimonio es perpetuo é indisoluble quando dixo: *Este es ahora un hueso de mis huesos y carne de mi carne. Por lo que el hombre dexará á su padre y á su madre y se unirá con su muger, y serán dos en una misma carne.* Pero Christo nuestro Señor nos enseñó mas claramente que con este vínculo se juntan y unen dos personas solamente, quando refiriendo estas últimas palabras como pronunciadas por Dios dixo: *y asi ya no son dos, sino una sola carne* (869); é inmediatamente confirmó la firmeza del mismo vínculo, declarada tanto tiempo habia por Adan, diciendo; *el hombre, pues, no separe lo que Dios unió.*

Tam-

rens dixit : (*a*) *Itaque jam non sunt duo, sed una caro:* statimque ejusdem nexus firmitatem, ab Adamo tanto ante pronuntiatam, his verbis confirmavit : (*b*) *Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.*

Gratiam vero, quæ naturalem illum amorem perficeret, & indissolubilem unitatem confirmaret, conjugesque sanctificaret, ipse Christus, venerabilium sacramentorum institutor, atque perfector, sua nobis passione promeruit. Quod (*c*) Paulus Apostolus innuit dicens : *Viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea:* mox subjungens: *Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo, & in ecclesia.*

Cum igitur matrimonium in lege evangelica veteribus connubiis per Christum (39) gratia præstet; merito inter novæ legis sacramenta annumerandum, sancti patres nostri, (*d*) concilia, & (*e*) universalis ecclesiæ traditio semper docuerunt: adversus quam impii homines hujus sæculi insanientes non solum perperam de hoc venerabili sacramento senserunt, sed de more suo prætextu evangelii libertatem carnis introducentes, multa ab ecclesiæ catholicæ sensu, & ab Apostolorum temporibus probata consuetudine aliena, scripto, & verbo asseruerunt, non sine magna Christi fidelium jactura : quorum temeritati sancta, & universalis synodus cupiens occurrere, insigniores prædictorum schismaticorum hæreses, & errores, ne plures ad se trahat pernitiosa eorum contagio, exter-

VARIANTES.

(39) Gratiam *edit. Rom. in 4. Lov. Dil. Lov-Bog. Antv-Sylv. Antv. 2. Col.*

El mismo Jesu-Christo, autor y consumador de los venerables augustos Sacramentos, fué quien con su pasion nos mereció la gracia necesaria para perfeccionar aquel amor natural, confirmar la union indisoluble, y santificar á los conyuges: lo que dá á entender el Apostol San Pablo quando dice: *Maridos, amad á vuestras mugeres asi como Christo amó á la Iglesia, y por ella se entregó á la muerte*: añadiendo poco despues: *este Sacramento es grande: quiero decir en Jesu-Christo y en la Iglesia.*

Pues, como el matrimonio en la ley evangélica se aventaje á los matrimonios antiguos á causa de la gracia que confiere por Jesu-Christo; por esto con razon nuestros Santos Padres, los Concilios, y la tradicion de la Iglesia universal enseñaron siempre que se debe contar entre los Sacramentos de la nueva ley: contra esta tradicion se levantaron en este siglo ciertos hombres impios y locos, que no solo sintieron mal acerca de este venerable Sacramento, sino que con pretexto del Evangelio como acostumbran, introduciendo la libertad de la carne, aseguraron por escrito y de palabra con gran daño de los fieles de Christo muchas cosas muy agenas del sentido de la Iglesia católica, y de la costumbre aprobada desde el tiempo de los Apóstoles; á cuya temeridad deseando poner remedio el santo y universal Concilio para que no se apodere de otros muchos su pernicioso contagio,

ha

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Matth. 19. ℣. 6. Marc. 10. ℣. 7. 8. & 9. Cap. *Martinus* 4. ⁂ de cognat. spirit. (b) Caus. 27. q. 2. c. *Sunt qui* 19. Cap. *De infidelibus* 4. ⁂ de consang. & affin. (c) Ad Ephes. 5. ℣. 25. & 32. Caus. 32. q. 4. c. *Nemo* 4. Cap. *Debitum* 5. ⁂ de bigam. non ordin. (d) Decret. Eugenii in Conc. Florent. (e) Cap. *Ad abolendam* 9. ⁂ de hæret.

terminandos duxit, hos in ipsos hæreticos, eorumque errores decernens anathematismos.

De Sacramento matrimonii.

CANON I.

Si quis dixerit, matrimonium non esse vere, & proprie unum ex septem legis evangelicæ sacramentis (*a*) à Christo Domino institutum, sed ab hominibus in (40) ecclesia inventum; neque gratiam conferre; anathema sit.

CANON II.

Si quis dixerit, (*b*) licere Christianis plures simul habere uxores, & hoc nulla lege divina esse prohibitum; anathema sit.

VARIANTES.

(40) In ecclesiam invectum *edit. Rom. in 4. Lov-Bog. Dil. Lov. Vivd. Rhem. Antv-Sylv. Antv. & Col.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Matth. 19. ℣. 4. & sqq. Marc. 10. ℣. 6. & sqq. Ad Ephes. 5. ℣. 30. & seqq. Cap. *Ad abolendam* 9. ✠ de hæret. (*b*) Matth. 19. ℣. 4. 5. 6. & 9. * Caus. 32. q. 7. c. *Si quis* 9. Tit. ✠ de spons. duor. Cap. *Gaudemus* 8. ✠ de divort.

ha determinado exterminar las heregías y errores mas notables de dichos cismáticos, pronunciando contra los mismos hereges y sus errores los anatemas siguientes (870).

Del Sacramento del Matrimonio.

CANON I.

Si alguno dixere (871) que el matrimonio no es verdadera y propiamente uno de los siete Sacramentos de la Ley Evangélica, instituido por nuestro Señor Jesu-Christo, sino que lo inventaron en la Iglesia los hombres; y que no confiere gracia; sea anatematizado.

CANON II.

Si alguno dixere (872) que es lícito á los christianos tener muchas mugeres á un mismo tiempo, y que esto ninguna ley divina lo prohibe; sea anatematizado.

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(b) * Can. *Si quis* 9. cau. 32. q. 7. perperam à Gratiano descriptus est ex cap. 80. collect. Martini Bracarensis. Referendus est ad can. 3. conc. Neocæsariensis.

CANON III.

Si quis dixerit, (*a*) eos tantum consanguinitatis, & affinitatis gradus, qui Levitico exprimuntur, posse impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractum; nec posse ecclesiam in nonnullis illorum dispensare, aut constituere, ut plures impediant, & dirimant; anathema sit.

CANON IV.

Si quis dixerit, (*b*) ecclesiam non potuisse constituere impedimenta, matrimonium dirimentia, vel in iis constituendis errasse; anathema sit.

CA-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Levit. 18. ℣. 6. & sqq. Caus. 30. q. 3. c. *Pitaclum* 2. * Caus. 35. q. 2. & 3. c. *De affinitate* 1. (*2) c. *Conjunctiones* 2. (*3) c. *De propinquis* 3. (*4) c. *Qui propinquam* 4. (*5) c. *Si quis* 5. (*6) c. *Si homo* 6. (*7) c. *Nullum* 7. (*8) c. *De incestis* 8. c. *De his qui* 9. (*9) c. *Nec eam* 10. c. *Extraordinaria* 11. (*10) c. *Et hoc quoque* 12. (*11.) c. *Æqualiter* 13. (*12) c. *Sane* 14. c. *Si vir* 15. (*13) c. *Progeniem* 16. c. *De consanguinitate* 17. c. *In copulatione* 18. (*14) c. *Nulli* 19. (*15) c. *Quædam* 20. (*16) c. *Contradicimus* 21. & c. *Porro* 22. (*b*) Matth. 6. ℣. 19. 1. ad Corinth. 4. ℣. 1. Sess. 21. cap. 2. de commun.

ANIMAD. IN NOT. CHIFFLET.

(*a*) * Can. *De affinitate* 1. caus. 35. q. 2. & 3. inepte apud Gratianum adscribitur Gregorio papæ in concilio Meldensi, cum hæc tempora minime conveniant. Ceterum textus confictus videtur juxta disciplinam, quæ viguit seculis 9. 10. & 11. (*2) Can. *Conjunctiones* 2. caus. 35. q. 2. & 3. est spur. (*3) Can. *De propinquis* 3. caus. 35. q. 2. & 3. inepte adscribitur Fabiano papæ: referendus est ad cap. 11. pœnitentialis Theodori Cantuariensis, quod Petitus edidit. (*4) Can. *Qui propinquam* 4. caus. 35. q. 2. & 3. exhibet verba non Fabiani papæ, sed ipsius Gratiani (*5) Can. *Si quis* 5. caus. 35. q. 2. & 3. de consecr. male adscribitur conc. Vermeriensi: pertinet ad can. 14. conc. Compendiensis ann. 757. (*6) Can. *Si homo*

CANON III.

Si alguno dixere (873) que solo los grados de consaguinidad y afinidad que expresa el Levítico pueden impedir el matrimonio de los contrayentes, y dirimir el ya contrahido; y que la Iglesia no puede dispensar (874) en ningunos de ellos, ó establecer otros muchos grados impedientes y dirimentes; sea anatematizado.

CANON IV.

Si alguno dixere (875) que la Iglesia no ha podido establecer impedimentos que diriman el matrimonio, ó que erró en establecerlos; sea anatematizado.

CA-

homo 6. caus. 35. q. 2. & 3. perperam attribuitur conc. Vermeriensis: pertinet ad can. 42. conc. Triburiensis ann. 895. (*7) Can. *Nullum* 7. caus. 35. q. 2. & 3 inepte Julio papæ attributus est: pertinere videtur ad can. 10. conc. Aurelianensis 3. (*8) Can. *De incestis* 8. caus. 35. q. 2. & 3. est ex illis, qui canonibus Agathensibus recentiore manu adjecti sunt. Referendus est ad can. 30. conc. Epaonensis. (*9) Can. *Nec eam* 10. caus. 35. q. 2. & 3. est spurius, desumptus ex fictitia epist. Gregorii ad Felicem Messanensem. (*10) Can. *Et hoc quoque* 12. caus. 35. q. 2. & 3. inepte rursus adscribitur Julio papæ: videtur congestus ex variis variorum sententiis. (*11) *Æqualiter* 13. caus. 35. q. 2. & 3. nullatenus Julio papæ atribui potest: pertinet ad cap. 11. pœnitentialis Theodori Cantuariensis. (*12) Can. *Sane* 14. caus. 35. q. 2. & 3. male adscribitur Isidoro: pertinet ad can. 78. conc. Wormatiensis, ann. 868. (*13) Can. *Progeniem* 16. caus. 35. q. 2. & 3. alienus omnino est ab ævo Gregorii. Pertinet ad capitularia regum Francorum *lib.* 6. *cap.* 80. (*14) Can. *Nulli* 19. caus. 35. q. 2. & 3. rursus pertinet ad capitul. reg. Francor. *Lib.* 6. *cap.* 130. (*15) Can. *Quædam* 20. caus. 35. q. 2. & 3. est spur. (*16) Can. *Convalescimus* 21. caus. 35. q. 2. & 3. male adscribitur concilio Cabilonensi. Pertinet ad can. 54. conc. Moguntini ann. 813. in quo tamen non reperiuntur verba: *vel in quinta sextaque*, quæ forte à Gratiano adjecta sunt.

CANON V.

Si quis dixerit, (a) propter hæresim, aut molestam cohabitationem, aut affectatam absentiam à conjuge disolvi posse matrimonii vinculum; anathema sit.

CANON VI.

Si quis dixerit, (b) matrimonium ratum, non consummatum, per solemnem religionis professionem alterius conjugum non dirimi; anathema sit.

CANON VII.

Si quis dixerit, ecclesiam errare, cum docuit & docet, (c) juxta evangelicam & apostolicam doctrinam, propter adulterium alterius conjugum matrimonii vinculum non posse disolvi; & utrumque, vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse, altero conjuge vivente, aliud matrimonium contrahere; mœchariique eum, qui dimissa adultera, aliam duxerit, & eam, quæ, dimisso adultero, alii nupserit; anathema sit.

CA-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Dist. 10. c. *Lege* 1. Cap. *De illa* 6. & cap. *Quanto* 7. ✠ de divort. Cap. *De infidelibus* 4. ✠ de consang. & affin. (b) Cap. *Commissum* 16. ✠ de sponsal. & matrim. (c) Matth. 19. ℣. 9. Luc. 16. ℣. 18. 1. ad Corinth. 7. ℣. 11. * Caus. 32. q. 7. c. *Placuit* 5. c. *Domibus* 6. c. *Omnes* 7. (*2) c. *Fidelis* 8. (*3) c. *Si quis* 9. c. *Quemadmodum* 10. (*4) c. *Hi vero* 22. (*5) c. *Hi qui* 25. & c. *Usque adeo* 28. Cap. *Gaudemus* 8. ✠ de divort.

ANIMAD. IN NOT. CHIFFLET.

(c) * Can. *Placuit* 5. caus. 32. q. 7. minus integer extat apud Gratianum, qui postrema verba; *In qua causa legem imperialem petendam promul-*

CANON V.

Si alguno dixere (876) que el vínculo del matrimonio se puede disolver por causa de heregía, molesta cohabitacion, ó de ausencia afectada por uno de los consortes; sea anatematizado.

CANON VI.

Si alguno dixere (877) que el matrimonio rato y no consumado no se dirime por la profesion solemne de religion hecha por uno de los conyuges; sea anatematizado.

CANON VII.

Si alguno dixere (878) que yerra la Iglesia quando enseñó y enseña, que segun la doctrina del Evangelio y de los Apóstoles, por el adulterio de alguno de los conyuges no se puede disolver el vínculo del matrimonio; y que ambos, ó bien el inocente que no dió causa al adulterio, no pueden viviendo el otro consorte contraer nuevo matrimonio; y que comete adulterio el que habiendose separado de su muger adultera se casare con otra, y la que, dexado el adulterio, contraxere matrimonio con otro; sea anatematizado.

CA-

mulgari, omisit. (*2) Can. *Fidelis* 8. caus. 32. q. 2. videtur supposit. (*3) Can. *Si quis* 9. caus. 32. q. 2. exhibet corruptum cap. 80. collect. Martini Bracarensis. Referri debet ad can. 3. concilii Neocæsariensis. (*4) Can. *Hivero* 22. caus. 32. q. 7. est spur. perperam Gregorio tributus. (*5) Can. *Hi qui* 25. caus. 32. q. 7. non Nicolao papæ, ut vult Gratianus, sed Paulo JCto *lib.* 2. *sentent. tit.* 19. ejusque interpreti Aniano tribuendus est.

CANON VIII.

Si quis dixerit, ecclesiam errare, cum ob multas causas separationem inter conjuges, quoad thorum, seu quo ad cohabitationem, ad certum incertumve tempus, fieri posse decernit; anathema sit.

CANON IX.

Si quis dixerit, (*a*) clericos in sacris ordinibus constitutos, vel regulares, castitatem solemniter professos, posse matrimonium contrahere, contractumque validum esse, non obstante lege ecclesiastica, vel voto: & oppositum nil aliud esse, quam damnare matrimonium; posseque omnes contrahere matrimonium, qui non sentiunt se castitatis, etiam si eam voverint, habere domum; anathema sit; cum Deus id recte petentibus non deneget, nec (*b*) patiatur nos supra id quod possumus, tentari.

CANON X.

Si quis dixerit (*c*) statum conjugalem anteponendum esse statui virginitatis, vel cœlibatus, & non esse melius, (*d*) ac beatius manere in virginitate, aut cœlibatu, quam jungi matrimonio; anathema sit.

CA-

NOTÆ CHIFLETII.

(*a*) Dist. 27. c. *Presbyteris* 8. & c. *Virgines* 9. * Caus. 17. q. 1. c. *Sunt quædam* 1. (*2) c. *Voventibus* 2. c. *Annulas* 3. & c. *Qui bona* 4. Tit. ✠ qui cleric. vel vovent. (*3) Conc. Carthag. 4. c. 104. Conc. Matiscon. 1. c. 12. (*b*) 1. ad Coriuth. 10. ℣. 13. (*c*) Matth. 19. ℣. 11. & 12. 1. ad Corinth 7. ℣. 25. 26. 38. & 40. * Caus. 32. q. 1. c. *Nuptiæ* 12. Caus. 33 q. 5. c. *Qui sitit* 9. Cap. *Commissum* 16. ✠ de sponsal. & matrim. (*d*) Caus. 27. q. 1. c. *Nuptiarum* 41.

CANON VIII.

Si alguno dixere (879) que la Iglesia yerra quando decreta que se puede por muchas causas separar á los conyuges por tiempo determinado ó indeterminado en quanto al lecho ó cohabitacion ; sea anatematizado.

CANON IX.

Si alguno dixere (880) que los Clérigos ordenados *in Sacris*, ó los Regulares que han hecho voto solemne de castidad, pueden contraer matrimonio, y que es valido el que hayan contraido, sin embargo de la ley eclesiástica ó el voto; y que el sostener lo contrario no es mas que condenar el matrimonio ; y que todos los que no se sienten con el don de castidad pueden casarse, aunque no hayan hecho voto de ella; sea anatematizado ; pues Dios no les niega este don á los que se lo piden debidamente, ni permite seamos tentados mas de lo que permiten nuestras fuerzas.

CANON X.

Si alguno dixere (881) que el estado del matrimonio se debe preferir al estado de virginidad ó del celibato, y que no es mejor y mas dichoso mantenerse en la virginidad ó en el celibato, que unirse en matrimonio ; sea anatematizado.

CA-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(a) * Can. *Sunt quædam* 1. caus. 17. q. 1. perperam Augustino fuit adscriptus : desumptus est ex Cassiodoro in psalm. 75. ℣. 12. (*2) Can. *Voventibus* 2. caus. 17. q. 1. non Hieronymo, sed Augustino in *lib. de bono viduit. cap.* 9. est adscribendus. (*3) Conc. Carth. 4. est supposit. (c) * Can. *Nuptiæ* 12. caus. 32. q. 1. perperam adscritus est Ambrosio: adscribendus Hyeronymo *lib.* 1. *cont. Jovinian.*

CANON XI.

Si quis dixerit, prohibitionem solemnitatis nuptiarum (*a*) certis anni temporibus superstitionem esse tyrannicam, ab ethnicorum superstitione profectam; aut benedictiones, & alias cæremonias, quibus ecclesia in illis utitur, damnaverit; anathema sit.

CANON XII.

Si quis dixerit, (*b*) causas matrimoniales non spectare ad judices ecclesiasticos; anathema sit.

Decretum de reformatione matrimonii.

CAPUT I.

Matrimonii solemniter contrahendi forma in concilio Lateranensi præscripta innovatur: quod proclamationes dispensare possint episcopi. Qui aliter, quam præsentibus parocho & duobus vel tribus testibus contrahit, invalide contrahit.

Tametsi dubitandum non est, clandestina matrimonia, libero contrahentium consensu facta, (*c*) rata, & vera esse matrimonia, quandiu ecclesia ea irrita non fecit; & proinde jure damnandi sint illi, ut eos sancta synodus anathemate damnat, qui ea vera, ac rata esse negant; quique falso affirmant, matrimo-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Huj. sess. 24. cap. 10. de ref. matrim. (*b*) Caus. 35. q. 6. c. *Multorum* 10. Cap. *Ex litteris* 1. ⁂ de consang. & affin. Cap. *Accedentibus* 12. ⁂ de excess. prælat. (*c*) Cap. *Quod nobis* 2. ⁂ de clandest. despons. *

CANON XI.

Si alguno dixere (882) que la prohibicion de la solemnidad de las bodas en ciertos tiempos del año, es una supersticion tiránica que proviene de los Gentiles; ó condenase las bendiciones (883), y las demás ceremonias de que usa la Iglesia en su celebracion; sea anatematizado.

CANON XII.

Si alguno dixere (884) que el conocimiento de las causas matrimoniales no corresponde á los Jueces eclesiásticos; sea anatematizado.

Decreto de reforma acerca del matrimonio.

CAPITULO I.

Renuevase la forma prescripta en el Concilio Lateranense, sobre el modo de contraer solemnemente el matrimonio: El Obispo puede dispensar las amonestaciones. Es nulo el matrimonio que se contrae no estando presentes el Párroco y dos ó tres testigos.

Aunque no se debe dudar que los matrimonios clandestinos celebrados con libre consentimiento de los contrayentes son ratos y verdaderos, mientras no los declaró irritos la Iglesia; y por lo mismo con justa razon deben ser condenados aquellos, como en efec-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(e) * Vide pro Belgio relat. gest. circa conc. Trid. promulg. & recept.

monia, à filiis familias sine consensu parentum contracta, irrita esse, & parentes ea rata, vel irrita facere posse: nihilominus sancta Dei ecclesia ex justissimis causis illa semper (*a*) detestata est, atque prohibuit. Verum cum sancta synodus animadvertat, prohibitiones illas propter hominum inobedientiam jam non prodesse; & gravia peccata perpendat, quæ ex eisdem clandestinis conjugiis ortum habent; præsertim vero eorum, qui in statu damnationis permanent, dum priore uxore, cum qua clam contraxerant, relicta, cum alia palam contrahunt, & cum ea in perpetuo adulterio vivunt. Cui malo cum ab ecclesia, (*b*) quæ de occultis non judicat, succurri non possit, nisi efficacius aliquod remedium adhibeatur: (*c*) idcirco sacri Lateranensis concilii, sub Innocentio III. celebrati, vestigiis inhærendo præcipit, ut in posterum, antequam matrimonium contrahatur; ter à proprio contrahentium parocho tribus continuis diebus festivis in ecclesia inter missarum solemnia publice denuntietur, inter quos matrimonium sit contrahendum: quibus denuntiationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonii in facie ecclesiæ procedatur; ubi parochus, vire & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat, *Ego vos in matrimonium conjungo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) * Caus. 30. q. 5. c. *Aliter* 1, & c. *Nostrates* 3. Caus. 32. q. 2. c. *Non omnis* 12. &. c. *Honorantur* 13. Cap. *Videretur* 3. ✠ qui matrim. accus. Conc. Tolet. 3. c. 10. Conc. Bisontin. ann. 1559. art. 6. de spons. & matrim. Conc. Camerac. ann. 1550. tit. 9. de matrim. (*b*) Caus. 2. q. 5. c. *Consuluisti* 20. * Cap. *Ut nostrum* 1. ✠ Ut eccles. benef. sine dimin. conf. (*c*) Conc. Lateran. 4. cap. 51. Cap. *Cum inhibitio* 3. ✠ de clandest. despons.

efecto los anatematiza el Santo Concilio, que niegan ser verdaderos y ratos (885); y que afirman falsamente que los matrimonios contraidos por los hijos de familia (886) sin el consentimiento de los padres son irritos, y que los padres pueden validarlos ó anularlos (887): sin embargo, la Santa Iglesia de Dios, movida de justisimas causas, los ha mirado siempre con horror, y los ha prohibido (888): pero advirtiendo el Santo Concilio que la inobediencia de los hombres ha hecho que no aprovechen estas prohibiciones; y considerando los graves pecados que se originan de los mismos matrimonios clandestinos; y especialmente el infeliz estado de condenacion en que permanecen los que habiendo desamparado la primera muger con que se casaron de secreto, contraen matrimonio en público con otra, y viven con ella en un perpetuo adulterio; cuyo mal, la Iglesia que no juzga de los delitos ocultos, no puede remediar si no emplea alguna medicina eficaz: por tanto, siguiendo lo dispuesto por el Sagrado Concilio Lateranense, celebrado en tiempo de Inocencio III. manda que en lo sucesivo, ántes de pasar á contraer el matrimonio se amoneste públicamente tres veces por el propio Cura Párroco (889) en tres dias de fiesta consecutivos en la Iglesia, mientras se celebrare la Misa, los nombres de las personas que han de contraer matrimonio (890): y hechas así las amonestaciones, si no se opusiese ningun impedimento legítimo, procedase á la celebracion del matrimonio á la faz de la Iglesia (891); en la que el Párroco despues de haber pre-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(a) * Can. *Aliter* 1. caus. 30. q. 5. est spurius. (b) Can. *Consuluisti* 20. caus. 2. q. 5. est spurius.

tus sancti: vel aliis utatur verbis juxta receptum uniuscujusque provinciæ ritum. Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio, matrimonium malitiose impediri posse, si tot præcesserint denuntiationes; tunc vel una tantum denuntiatio fiat, vel saltem parocho, & duobus, vel tribus testibus præsentibus matrimonium celebretur. Deinde ante illius consummationem denuntiationes in ecclesia fiant; ut, si aliqua subsunt impedimenta, facilius detegantur: nisi ordinarius ipse expedire judicaverit, ut prædictæ denuntiationes remittantur: (*) quod illius prudentiæ, & judicio sancta synodus relinquit. Qui aliter, quam præsente parocho, vel alio sacerdote, de ipsius parochi, seu ordinarii licentia, & duobus, vel tribus (41) testibus matrimonium contrahere attentabunt; eos sancta synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit; & (*a*) hujusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit, prout eos præsenti decreto irritos facit, & annullat. Insuper parochum, vel alium sacerdotem, qui cum minore testium numero, & testes, qui sine parocho, vel sacerdote hujusmodi contractui interfuerint, nec non ipos contrahentes graviter arbitrio ordinarii puniri præcipit. Præterea eadem sancta synodus hortatur, ut conjuges ante benedictionem sacerdotalem, in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent; statatuitque (*b*) benedictionem à proprio parocho fieri; neque à quoquam, nisi ab ipso parocho, vel

VARIANTES.

(41) Testibus *abest ab edit. Vird. Rhem. Lov-Bog. Antv. & col.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) * Caus. 35. q. 6. c. *Videtur.* 2. (*b*) * Caus. 30. q. 5. c. *Aliter* 1. (*2) c. *Nullus fidelis* 2. c. *Nostrates* 3. (*3) c. *Qualis* 4. (*4) c. *Sponsus* 5. (*5) c. *Nullum* 6. & c. *Fœminæ* 7. (*6) Caus. 35. q. 2. & 3. c. *Nulli* 19.

ESCUELA DE ESTUDIOS HISPANO-AMERICANOS
BIBLIOTECA

preguntado al varon y á la muger, y entendido su reciproco consentimiento, diga: yo os uno en matrimonio *en nombre del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo*: ó use de otras palabras segun el ritual recibido en cada Provincia (892). Pero si en alguna ocasion hubiere sospecha probable de que se pueda impedir el matrimonio maliciosamente, si se publicaren ántes tantas amonestaciones (893); en tal caso publíquese solo una amonestacion, ó á lo ménos celebrese el matrimonio en presencia del Párroco, y de dos ó tres testigos; y despues, ántes de consumarlo, haganse las proclamas en la Iglesia, para descubrir con mas facilidad (894) si hay algunos impedimentos; á no ser que el mismo Ordinario tuviere por conveniente dispensarlas; lo que el Santo Concilio dexa á su juicio y prudencia (895). A los que se atreviesen á contraer matrimonio sin estar presente el Párroco ú otro Sacerdote con licencia del mismo Párroco ú Ordinario, y de dos ó tres testigos; el Santo Concilio los inhabilita (896) enteramente para que contraigan de este modo, y establece que semejantes contratos sean nulos é invalidos, como el presente Decre-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(*) Consule pro Belgio edit. 9. Octob. 1769. (a) * Can. *Videtur* 2. caus. 35. q. 6. perperam adscriberetur Cælestino 1. Forte adscribendus est Cælestino 2. (b) * Can. *Aliter* 1. caus. 30. q. 5. est spurius (*2) Can. *Nullus fidelis* 2. caus. 30. q. 5. falso attributus est Hormisdæ Papæ. Forte referendus est ad capitularia regum Francorum *lib. 6. cap.* 133. aut *lib. 7. cap.* 179. (*3) Can. *Qualis* 4. caus. 30. q. 5. nomine Leonis Papæ relatus, referendus est vel ad can. 8. conc. Troslejani ann. 909. vel ad capitularia regum Francorum *lib. 7. cap.* 179. (*4) Can. *Sponsus* 5. caus. 30. q. 5. est supposit. (*5) Can. *Nullum* 6. caus. 30. q. 5. male adscriptus est conc. Arelatensi: desumptus est ex capitularibus regum Francorum *lib. 6. cap.* 133. (*6) Can. *Nulli* 19. caus. 35. q. 2. & 3. laudatus sub nomine concilii Lugdunensis, pertinet rursus ad capitularia regum Francorum *lib. 6. cap.* 130.

vel ab ordinario licentiam ad prædictam benedictionem faciendam alii sacerdoti concedi posse, quacumque consuetudine, etiam immemorabili, quæ potius corruptela dicenda est, vel privilegio, non obstante. Quod siquis parochus, vel alius sacerdos sive regularis, sive sæcularis sit, etiam si id sibi ex privilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius parochiæ sponsos sine illorum parochiæ licentia matrimonio conjungere, aut benedicere ausus fuerit, ipso jure tamdiu suspensus maneat, quandiu ab ordinario ejus parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu á quo benedictio suscipienda erat, absolvatur. (*) Habeat parochus librum, in quo conjugum, & testium nomina, diemque & locum contracti matrimonii describat, quem diligenter apud se custodiat. Postremo sancta synodus conjuges hortatur, ut antequam contrahant, vel saltem triduo ante matrimonii consummationem, sua peccata diligenter confiteantur, & ad sanctissimum Eucharistiæ sacramentum pie accedant. (**) Si quæ provinciæ aliis, ultra prædictas, laudabilibus consuetudinibus, & ceremoniis hac in re utuntur, eas omnino retineri sancta synodus vehementer optat. Ne vero hæc tam

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(*) Consule pro Belgio art. 20. edict. perpet. Item edict. 6. Mart. 1754. (**) Pro matrimoniis in Belgio consule synod. Camerac. ann. 1586. tit. 11. & Mechlin. ann. 1607. tit. 10. Item. declarat. Benedict. 14. de matrim. Holland. Quoad matrimonia minorennium in Belgio, consule edict. 4. Octob. 1540. 29. Nov. 1623. & decret. 31. Octob. 1739. Edict. 4. August. 1692. sed huic adde decret. pro Flandria dat. 19. August. 1693. His adde concess. Carolin. pro civit. Gandensi 30. April. 1540. art. 48. 49. & 50. Concess. Carolin. pro civit. Cortrac. 4. Nov. 1540. art. 23. & 24. & ampliat. ejusd. April. 1545. art. 23. & 24. Concess. Carolin. pro civit. Aldenard. 9. Novemb. 1540. art. 21. & 22. Pro matrimoniis militum consule edit. 18. Decemb. 1701. art. 130. 131. 132. & 133.

creto los declara irritos y nulos (897). Además manda que el Ordinario castigue gravemente (898) á su arbitrio al Párroco, ú á otro Sacerdote que con menor número de testigos, y á los testigos que sin estar presente el Párroco ú el Sacerdote asistieren á este contrato, y tambien á los mismos contrayentes. Igualmente, el mismo Santo Concilio exhorta á los conyuges á que no vivan en una misma casa (899) ántes de la bendicion sacerdotal, que han de recibir en el Templo; y establece que esta bendicion la dé el propio Párroco (900); y que solo el mismo Párroco, ú el Ordinario, pueden conceder licencia á otro Sacerdote para darla, sin que obste ninguna costumbre aun inmemorial ó privilegio, que mas bien debe llamarse corruptela (901). Pero si algun Párroco, ú otro Sacerdote, sea Regular ó Secular, se atreviese á unir el matrimonio, ó bendecir á los esposos de otra Parroquia sin licencia de su Párroco, aun quando alegase serle lícito en virtud de algun privilegio ó costumbre inmemorial, permanezca suspenso hasta que le absuelva el Ordinario (902) de aquel Párroco que habia de asistir al matrimonio, ó de quien se habia de recibir la bendicion. Tenga el Párroco un libro que guardará (903) con cuidado en su poder, para sentar en él los nombres de los casados y testigos, como tambien el dia y lugar en que se haya contraido el matrimonio. Finalmente el Santo Concilio exhorta á los conyuges, que ántes de casarse, ó á lo ménos tres dias ántes de consumar el matrimonio, confiesen cuidadosamente sus pecados, y reciban con devocion el Santísimo Sacramento de la Eucaristía (904). Y si en algunas Provincias se usase en este punto de otras loables costumbres y ceremonias fuera de las expresadas,

tam salubria præcepta quemquam lateant, ordinariis omnibus præcipit, ut, quam primum poterint, curent hoc decretum populo publicari, ac explicari in singulis suarum diœcesum parochialibus ecclesiis: idque in primo anno quam sæpissime fiat. Deinde vero quoties expedire viderint. Decernit insuper, ut hujusmodi decretum in unaquaque parochia suum robur post triginta dies habere incipiat à die primæ publicationis, in eadem parochia factæ, numerandos.

CAPUT II.

Inter quos cognatio spiritualis contrahatur.

(a) Docet experientia, propter multitudinem prohibitionum, multoties in casibus prohibitis ignoranter contrahi matrimonia, in quibus vel (42) non sine magno peccato perseveratur; vel ea non sine magno scandalo dirimuntur. Volens itaque sancta synodus huic incomodo providere, & à cognationis spiritualis impedimento incipiens, statuit, ut unus tantum sive vir, sive mulier juxta sacrorum (b) canonum instituta, vel ad summum unus, & una baptizatum de baptismo suscipiant; inter quos ac baptizatum ipsum, & illius patrem, & matrem, nec non inter baptizantem, & baptizatum, baptizatique patrem, ac matrem tantum (c) spiritualis cognatio contrahatur. Parochus, an-

VARIANTES.

(42) Non *adest ab edit. Ven.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Declaratur hoc cap. bulla Pii 5. *Cum illius vicem* 1566. (b) * Dist. 4. de consecr. c. *Non plures* 101. Cap. *Veniens* 6. & de cognat. spirit Cap. *Quam-*

(a) * Vide pro Belgio synod. Camerac. ann. 1586. tit. 2. & 17. Item. Mechlin. ann. 1607. tit. 11. & 16. (b) * Conc. Carth. 4. est supposit. ** Can. *Sacerdote* 63. dist. 1. de consecr. est spur. (c) * Vide pro Belgio synod. Camerac. ann. 1586. tit. 21. & Mechlin. ann. 1607. tit. 11. cap. 4. 5. & 6.; item litteras principis Isabellæ Claræ Eugeniæ 29. Julii 1630.

& , si opus sit , etiam per censuras ecclesiasticas compellent : non obstantibus privilegiis , & consuetudinibus. In reliquis ea , quæ de prædicationis munere (*a*) sub eodem Paulo III. decreta fuerunt suum robur obtineant.

CAPUT V.

Causæ criminales contra episcopos , majores à solo summo pontifice , minores à concilio provinciali cognoscantur.

Causæ criminales (*b*) graviores contra episcopos, etiam hæresis , quod absit , quæ depositione , aut privatione dignæ sunt (*c*) ipso tantum summo Romano pontifice cognoscantur , & terminentur. Quod si ejusmodi sit causa , quæ necessario extra Romanam curiam sit committenda , nemini prorsus ea committatur , nis imetropolitanis , aut episcopis , à beatissimo papa eligendis. Hæc vero commissio & specialis sit, & manu ipsius sanctissimi pontificis signata ; nec umquam plus his tribuat , quam ut solam facti instructionem sumant , processumque conficiant , quem statim ad Romanum pontificem transmittant (*d*) : reservata eidem sanctissimo sententia definitiva. Cetera alias sub fel. rec. Julio III. super his decreta , nec non & constitutio sub Innocentio III. in concilio generali , quæ incipit (*e*) *Qualiter & quando* , quam sancta synodus in præsenti innovat , ab omnibus observetur. Minores vero criminales causæ episcoporum in concilio tantum provinciali cognoscantur , & termi-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 5. cap. 2. de ref. (*b*) Conc. Sardic. c. 3. & 4. Cap. *Ad abolendam* 9. ℣ de hæret. * (*c*) Confirmatur bulla Pii 5. *Si de protegendis* 1569. (*d*) Sess. 13. cap. 6. 7. & 8. de ref. (*e*) Cap. *Qualiter & quando* 17. ℣ de accusat.

gio ó costumbre (995). En todas las demás cosas queden en su fuerza y vigor los decretos que acerca del cargo de la predicacion se dieron en tiempo del mismo Paulo III (996).

CAPITULO V.

Solo el Sumo Pontífice conozca de las causas criminales mayores contra los Obispos, y el Concilio Provincial de las menores.

Solo el Sumo Romano Pontífice conozca y determine las causas criminales (997) mas graves contra los Obispos, aun las de heregía, lo que Dios no quiera suceda, que sean dignas de la pena de deposicion ó privacion. Y si la causa fuere de tal naturaleza, que sea necesario cometerla fuera de la Curia Romana, no se cometa absolutamente sino á los Metropolitanos ú Obispos que elija el mismo Sumo Pontífice (998). Pero esta comision sea especial, y esté firmada de mano del mismo Santísimo Padre; quien nunca les conceda otra cosa que el que reciban la instruccion del hecho, y formen el proceso que remitan inmediatamente al mismo Romano Pontífice (999); quedando reservada la sentencia difinitiva (1000) al mismo Santísimo Padre. Finalmente, observen todos las demás cosas decretadas acerca de este punto en tiempo de Julio III. de feliz memoria, y asimismo la constitucion hecha en el Concilio general en el Pontificado de Inocencio III. la qual empieza: *Qualiter et quando,*

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(*b*) * Consule pro Belgio relation. gest. circa conc. Trid. promulgat. & recept.

minentur, vel à deputandis per concilium provinciale.

CAPUT VI.

Episcopus quando, & quomodo possit absolvere à crimine & dispensare in irregularitate, & suspensione.

Liceat episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus, ex delicto occulto provenientibus (*a*), excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum (*b*), dispensare; & in quibuscumque casibus occultis (*c*), etiam sedi apostolicæ reservatis, delinquentes quoscumque sibi subditos, in diœcesi sua per seipsos, aut vicarium, ad id specialiter deputandum, in foro conscientiæ gratis absolvere, imposita pœnitentia salutari. Idem & in hæresis crimine in eodem foro conscientiæ eis tantum, non eorum vicariis, sit permissum.

CAPUT VII.

Sacramentorum virtus, antequam populo administrentur, ab episcopis & parochis explicetur; inter missarum solemnia sacra eloquia explanentur.

Ut fidelis populus ad suscipienda sacramenta majori cum reverentia, atque animi devotione accedat;

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 14. cap. 7. de ref. Dist. 50. c. *Miror* 2. & c. *Contumaces* 21.
(*b*) Consule Bullam *Cœnæ Domini* * (*c*) De quibus in conc. Lateran. sub Alexandro 3. part. 14.

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(*b*) * Bulla *Cœna Domini* numquam in Belgio fuit admissa aut publicata, sed ex eo, ut & plerisque è regnis, exulare jussa.

do, que el Santo Concilio renueva por el presente Decreto (1001). En quanto á las causas criminales menores de los Obispos, conozca únicamente de ellas el Concilio Provincial, y determinelas, ó bien las personas que depute el mismo Concilio Provincial (1002).

CAPITULO VI.

Quando y de que modo puede el Obispo absolver del crimen, y dispensar en la irregularidad y suspension.

Puedan los Obispos dispensar en qualquier especie de irregularidad y suspension, provenientes (1003) de delito oculto, excepto la que proceda del homicidio voluntario (1004), ó quando hay instancia pendiente en el fuero contencioso (1005); y absolver gratuitamente en su Diócesis en el fuero de la conciencia por sí, ó por el Vicario que comisione, especialmente á este fin, en qualquier casos ocultos, aun los reservados á la Silla Apostólica, á qualesquier delinquentes súbditos suyos, imponiendoles una penitencia saludable (1006). Esto mismo seales lícito (1007) á ellos solos en el crimen de heregía en el fuero de la conciencia; pero no á sus Vicários.

CAPITULO VII.

Los Obispos y Párrocos expliquen la virtud de los Sacramentos antes de administrarlos al pueblo; explíquese la Sagrada Escritura durante la Misa.

A fin de que los fieles lleguen con mas reverencia y devocion á recibir los Sacramentos; manda el San-

dat; præcipit sancta synodus episcopis omnibus, ut non solum cum hæc per seipsos erunt populo administranda, prius illorum vim, & usum pro suscipientium captu explicent, sed etiam idem à singulis parochis pie, prudenterque, etiam lingua vernacula, si opus sit, & commode fieri poterit, servari studeant, juxta formam, à santa synodo in catechesi singulis sacramentis præscribendam; quam episcopi in vulgarem linguam fideliter verti, atque à parochis omnibus populo exponi curabunt: necnon ut (*a*) inter missarum solemnia, aut divinorum celebrationem sacra eloquia, & salutis monita eadem vernacula lingua singulis diebus festis, vel solemnibus explanent; eademque in omnium cordibus, postpositis inutilibus quæstionibus, inserere, atque eos in lege Domini erudire studeant.

CAPUT VIII.

Publicè peccantibus publica pœnitentia injungatur, nisi episcopo aliter videatur. Pœnitenciarius in cathedralibus instituendus.

Apostolus monet, (*b*)) publice peccantes palam esse corripiendos. Quando igitur ab aliquo publice, & in multorum conspectu crimen commissum fuerit, unde alios scandalo offensos, commotosque fuisse, non sit dubitandum; huic condignam pro modo culpæ pœnitentiam (*c*) publice injungi oportet; ut quos

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 22. cap. 8. de sacrif. missæ. (*b*) 1. ad Tim. 5. ℣. 20. Dist. 45. c. *Sed illud* 17. caus. 2. q. 1. c. *Si peccaverit* 19. §. *Ergo* 1. Cap. *Manifesta* 1. ✠ de pœnit. & remiss. (*c*) Dist. 50. c. *Pœnitentes* 63. cum * 4. sqq.

Santo Concilio á todos los Obispos, que no solo quando ellos por sí mismos se los administren al pueblo, expliquen (1008) ántes su eficacia y uso segun la capacidad de los que los reciben, sino tambien procuren observen lo mismo con piedad y prudencia todos los Párrocos, aun usando de la lengua vulgar, si fuere necesario y pudiese practicarse cómodamente, con arreglo á la forma que el Santo Concilio dispondrá en su catecismo, para cada uno de los Sacramentos; el qual cuidarán los Obispos se traduzca fielmente en lengua vulgar, y se explique al pueblo por sus respectivos Párrocos (1009): y que todos los dias de fiestas solemnes se explique durante la Misa, ó mientras se celebren los divinos oficios, en la misma lengua vulgar el texto sagrado, y los documentos saludables que contiene; procurando imprimirlos en los corazones de todos, é instruirles en la ley del Señor dexandose de qüestiones inútiles (1010).

CAPITULO VIII.

A los pecadores públicos impongase penitencia pública, á no ser que disponga otra cosa el Obispo. Establezcase un Penitenciario en las Iglesias Catedrales.

El Apostol amonesta se corrija en público á los que pecan públicamente (1011). Y así quando alguno hubiere cometido públicamente y á vista de muchos un delito que se vea claramente ha ofendido

(c) * Can. *In capite* 64. dist. 50. falso adscribitur concilio Agatensi. Exhibet verba Reginonis Prumiensis, disciplinam suæ provinciæ referentis *lib. 1. de eccles. disc. cap.* 291.

quos exemplo suo ad malos mores provocavit, suæ emendationis testimonio ad rectam revocet vitam. Episcopus tamen publicæ hoc pœnitentiæ genus in aliud secretum poterit commutare, quando ita magis judicaverit expedire. In omnibus etiam cathedralibus ecclesiis, ubi id commode fieri poterit, pœnitentiaribus aliquis cum unione præbendæ, proxime vacaturæ, ab episcopo instituatur, qui magister sit, vel doctor, aut licentiatus in theologia, vel jure canonico, & annorum quadraginta, seu alias qui aptior pro loci qualitate reperiatur; qui dum confessiones in ecclesia audiet, interim præsens in choro censeatur.

CAPUT IX.

A quo visitari debeant ecclesiæ sæculares nulius diœcesis.

Quæ (*a*) alias sub fel. rec. Paulo III., (*b*) & nuper sub beatissimo domino nostro, Pio IV. in hoc eodem concilio de adhibenda ab ordinariis dilegentia in beneficiorum, etiam exemptorum, visitatione constituta sunt; eadem etiam in iis ecclesiis sæcularibus observentur, quæ in nullius diœcesi esse dicuntur; ut ab episcopo, cujus cathedralis ecclesia est proximior, si id (49) possit, alioquin ab eo, qui semel in concilio provinciali à prælato loci illius electus fuerit, tamquam sedis apostolicæ delegato, visiten-

VARIANTES.

(49) Si id constet, *edit. Rom.* 2. *Rom.* 3. *Rom-Vat. Rom.* 1763. & *Ven.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 6. cap. 4. de ref. Sess. 7. cap. 8. de ref. (*b*) Sess. 21. cap. 8. de ref.

do y escandalizado á otros; es preciso imponerle una penitencia pública proporcionada á la gravedad de la culpa; á fin de que con el testimonio de su enmienda convierta á una vida arreglada (1012) á los que excitó con su mal exemplo á malas costumbres. Sin embargo, siempre que el Obispo lo juzgare por mas conveniente podrá conmutar (1013) este genero de penitencia pública en otro secreto. Igualmente en todas las Iglesias Catedrales en que fuere facil, establezca (1014) el Obispo un Penitenciario, agregando á este oficio la primera prebenda que vaque, el qual esté graduado de Maestro ó Doctor, ó Licenciado en Teología ó Derecho Canónico (1015), de edad de quarenta años (1016), ó en su defecto, qualquiera otra persona que halle mas idonea (1017), atendidas las circunstancias del lugar, para desempeñar este ministerio, y mientras esté confesando en la Iglesia, consideresele presente en el coro (1018).

CAPITULO IX.

Quien debe visitar las Iglesias seculares que no son de ninguna Diócesis.

Todas las disposiciones que este Concilio ha dado en tiempo de Paulo III. de feliz memoria, y últimamente, en el de nuestro Beatísimo Padre Pio IV. acerca del cuidado que han de emplear los Ordinarios en la visita de los Beneficios, aunque sean exêntos (1019); observense tambien las mismas en aquellas Iglesias seculares que se dicen de ninguna Diócesi; de suerte que el Obispo cuya Iglesia Catedral este mas inmediata (1020), las visite (si puede) como Delegado de la Silla Apostólica, ó si

tentur: non obstantibus privilegiis, & consuetudinibus quibuscumque, etiam immemorabilibus.

CAPUT X.

Ubi agitur de visitatione, aut morum correctione, nulla decretorum suspensio admittitur.

Episcopi, ut aptius, quem regunt populum, possint in officio, atque obedientia continere, in omnibus iis, quæ ad visitationem, ac morum correctionem subditorum suorum spectant, jus & postestatem habeant, etiam tamquam apostolicæ sedis delegati, ea ordinandi, (*a*) moderandi, puniendi, & exequendi, juxta canonum sanctiones, quæ illis ex prudentia sua pro subditorum emendatione, ac diœcesis suæ utilitate necessaria videbuntur. (*b*) Nec in his, ubi de visitatione, aut morum correctione agitur, exemptio, aut ulla inhibitio, appellatio, seu querela, etiam ad sedem apostolicam interposita, executionem eorum, quæ ab his mandata, decreta, aut judicata fuerint, quoquo modo impediat, aut suspendat.

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Cap. *Transmissam* 15. ℣ de elect. (*b*) Sess. 13. cap. 1. de ref. Sess. 14. cap. 4. de ref. & sess. 22. cap. 1. de ref.

CA-

no, el que fuese electo una vez en el Concilio Provincial por el Prelado de aquel lugar: sin que obsten ningunos privilegios y costumbres aun inmemoriales (1021).

CAPITULO X.

No se admite suspension alguna de los decretos dados con motivo de la visita ó correccion de costumbres.

Para que los Obispos puedan contener mejor en el cumplimiento de su obligacion, y en la obediencia al pueblo que gobiernan, tengan en todas aquellas cosas que pertenecen á la visita y correccion de costumbres de sus súbditos, derecho y potestad, aun como Delegados de la Silla Apostólica, de ordenar, moderar, castigar y executar, con arreglo á lo dispuesto por los Cánones, todo aquello que les dicte su prudencia ser necesario (1022) para la enmienda de los súbditos, y utilidad de su Diócesis. Y en los asuntos correspondientes á la visita y correccion de costumbres, ninguna exêncion, inhibicion, apelacion ó queja, aunque se haya interpuesto para ante la Silla Apostólica, impida ó suspenda (1023) de ningun modo la execucion de lo mandado, decretado ó sentenciado por los Obispos.

CA-

CAPUT XI.

Honorarii tituli, aut privilegia particularia, juri episcoporum nihil detrahant.

(a) Quoniam privilegia, & exemptiones, quæ variis titulis plerisque conceduntur, hodie perturbationem in episcoporum jurisdictionem excitare, & exemptis occasionem laxioris vitæ præbere dignoscuntur; decernit sancta synodus, ut si quando justis, gravibus, & fere necessariis suadentibus causis, aliquos honorariis titulis protonotariatus, acolythatus, (b) comitis palatini, capellani regii, aut aliis hujusmodi in Romana curia, vel extra, insignibus decorandos esse placuerit; necnon alios, cuicumque monasterio oblatos, vel quomodocumque addictos, aut sub nomine servientium militiis, seu monasteriis, hospitalibus, collegiis, aut quocumque alio titulo assumi; nihil ex iis privilegiis detractum esse ordinariis intelligatur; quo minus ii, quibus ea jam concessa sunt, vel in posterum concedi contigerit, ipsis ordinariis, tamquam apostolicæ sedis delegatis, plene in omnibus, & quod ad capellanos regios, juxta constitutionem Innocentii III. quæ incipit, (c) *Cum capella*, subjecti existant: exceptis tamen iis, qui prædictis locis, aut militiis actu serviunt, & intra eorum septa, ac domos resident, subque eorum obedientia vivunt; sive iis, qui legitime, & secundum regulam earundem militiarum profes-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Sess. 6. cap. 3. de ref. Cap. *Cum & plantare* 3. ℣ de privil. Cap. *Venerabili* 22. ℣ de Verb. signif. (b) Horum facultates & indulta adhuc restrinxit Pius 5. in bulla *Quamvis* 1568. (c) Cap. *Cum capella* 16. ℣ de privil.

CAPITULO XI.

Los títulos honorarios ó privilegios particulares nigun perjuicio causen al derecho de los Obispos.

Conociendose que los privilegios y exênciones que con varios títulos se conceden á muchas personas, causan hoy en dia turbacion en la jurisdicion de los Obispos, y dan ocasion á los exêntos á que lleven una vida mas relaxada (1024); decreta el Santo Concilio, que si alguna vez por persuadirlo así causas justas, graves y casi necesarias, se tuviere á bien condecorar á algunas personas con los títulos honorarios de Protonotarios, Acólytos, Condes Palatinos, Capellanes Reales, ú otros semejantes en la Curia Romana ó fuera de ella, ó bien recibir á otros con la calidad de oblatos ó adictos de qualquier modo á algun Monasterio, ó con el nombre de sirvientes de Ordenes Militares, Monasterios, Hospitales, Colegios, ó con qualquier otro título que sea; no por eso con semejantes privilegios se entienda disminuido en cosa alguna el derecho de los Ordinarios; de suerte que las personas á quienes ya se han concedido, ó en adelante se les concedan, dexen de estar sujetos generalmente en todos los casos (1025) á los mismos Ordinarios, como Delegados de la Silla Apostólica, y en quanto á los Capellanes Reales, segun la Constitucion de Inocencio III. que empieza: *Cum Capella* (1026): exceptuando aquellos que sirven actualmente á los dichos lugares ú Ordenes Militares, y residen en sus claustros y casas, y viven baxo de su obediencia (1027); ó á los que hubieren hecho legítimamente profesion, segun la regla de las mismas Ordenes, que deberá constar al Ordinario (1028): no obstante qua-

les-

fessionem fecerint, de qua ordinario constare debeat: non obstantibus privilegiis quibuscumque, etiam religionis sancti Joannis Hierosolymitani, & aliarum militiarum. Quæ vero privilegia residentibus in curia Romana vigore (*a*) Eugenianæ constitutionis, aut familiaritatis cardinalium competere solent; ea in iis, qui beneficia ecclesiastica obtinent, ratione prædictorum beneficiorum minime intelligantur; sed ordinarii jurisdictioni subjecti permaneant: non obstantibus quibuscumque inhibitionibus.

CAPUT XII.

Quales esse debeant promovendi ad dignitates & canonicatus cathedralium ecclesiarum, quidve promoti præstare debeant.

Cum dignitates, in ecclesiis præsertim catedralibus, ad conservandam augendamque ecclesiasticam disciplinam fuerint institutæ: ut qui eas obtinerent, pietate præcellerent, aliisque exemplo essent, atque episcopos opera, & officio juvarent; merito qui ad eas vocantur, tales esse debent, qui suo muneri respondere possint. (*b*) Nemo igitur deinceps ad dignitates quascumque, quibus animarum cura subest, promoveatur, nisi qui saltem XXV. suæ ætatis annum attigerit, & in clericali ordine versatus, doctrina ad suum munus exequendum necessaria, ac morum integritate commendetur, juxta constitutionem Alexandri tertii, in concilio Lateranensi promulgatam, quæ

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Extrav. *Divina* 3. de privil. int. comm. (*b*) Sess. 22. cap. 2. de ref.

lesquier privilegios, aun de la Religion de San Juan de Jerusalen, y de otras Religiones Militares (1029). Respecto á los privilegios que competen á los que residen en la Curia Romana, en virtud de la constitucion del Sumo Pontífice Eugenio, ó á los familiares de los Cardenales; no tengan lugar en aquellos que gozan Beneficios Eclesiásticos por razon de dichos Beneficios; sino que permanezcan sujetos á la jurisdicion del Ordinario: sin embargo de qualesquiera inhibiciones (1030).

CAPITULO XII.

Quienes deban ser promovidos á las Dignidades y Canongías de las Iglesias Catedrales, y que deban hacer despues de promovidos.

Como las Dignidades fueron establecidas (1031) en las Iglesias, especialmente en las Catedrales; para conservar y aumentar la disciplina eclesiástica, para que los que las obtuviesen fuesen eminentes en piedad, y sirviesen de exemplo á los demás, como tambien ayudasen con su trabajo y ministerio á los Obispos; con justa razon los que son nombrados para ellas deben ser tales que puedan desempeñar su obligacion (1032). Ninguno, pues, en adelante sea promovido á Dignidad alguna que tenga anexa cura de almas, sino el que haya llegado á lo menos á la edad de 25 años, y que habiendose exercitado algun tiempo en el orden Clerical, sea recomendable por la ciencia necesaria para el desempeño de su ministerio, y por la integridad de sus costumbres, conforme á la constitucion del Pontífice Alexandro III. promulgada en el Concilio Lateranense, que empieza: *Cum*

quæ incipit, (*a*) *Cum in cunctis.* Archidiaconi etiam, qui (*b*) oculi dicuntur episcopi, sint in omnibus ecclesiis, ubi fieri poterit, magistri in theologia, seu doctores, aut licentiati in jure canonico. Ad ceteras autem dignitates, vel personatus, quibus animarum cura nulla subest, clerici alioquin idonei, & XXII. annis non minores, asciscantur. (50) Provisi etiam de beneficiis quibuscumque, curam animarum habentibus, teneantur à die adeptæ possessionis, ad minus intra duos menses, (*c*) in manibus ipsius episcopi, vel, eo impedito, coram generali ejus vicario, seu officiali, orthodoxæ suæ (*d*) fidei publicam facere professionem, & in Romanæ ecclesiæ obedientia se permansuros spondeant, ac jurent. Provisi autem de canonicatibus, & dignitatibus, in ecclesiis cathedralibus non solum coram episcopo, seu ejus officiali, sed etiam in capitulo idem facere teneantur : alioquin prædicti omnes provisi, ut supra, fructus non faciant suos; nec illis possessio suffragetur. (*e*) Neminem etiam deinceps ad dignitatem, canonicatum, aut portionem recipiant, nisi qui eo ordine sacro aut sit initiatus, quem illa dignitas, præbenda aut portio requirit; aut in

VARIANTES.

(50) Patroni *edit. Lov-Bog. Antv-Sylv. Antv. & Col.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Cap. *Cum in cunctis* 7. ⁂ de elect. (*b*) * Clemens 1. epist. 1. ad Jacobum. (*2) Anacletus epist. 1. (*3) Dist. 93. c. *Diaconi* 6. Cap. *Ad hæc* 7. ⁂ de offic. archidiac. (*c*) Conc. Tolet. 4. c. 27. (*d*) Qui præterea ad professionem fidei teneantur, vide in constit. Pii 4. *In sacrosancta* 1564. * (*e*) Cap. *Ut abbates* 1. cum sqq. ⁂ de ætat. & qual. & ord. præfic. Cap. *Licet canon* 14. & cap. *Cum ex eo* 34. de elect. in 6. Sess. 7. cap. 12. de ref.

in cunctis (1033). Asimismo los Arcedianos, que se llaman los ojos del Obispo, sean en todas las Iglesias en que pudiere ser, Maestros en Teología ó Doctores, ó Licenciados en Derecho canónico (1034). Pero para las demás Dignidades ó Personados que no tienen anexa cura de almas, sean nombrados Clérigos por otra parte idoneos, y no menores de 22 años (1035). Tambien los provistos en qualesquiera Beneficios que tienen cura de almas deban á lo ménos en el término de dos meses despues de tomada la posesion, hacer pública profesion de su fé católica en manos del mismo Obispo, ó estando impedido este, ante su Vicario general ó Provisor, y prometan y juren (1036) que se mantendrán en la obediencia de la Iglesia Romana. Y los provistos en los Canonicatos y Dignidades de las Iglesias Catedrales estén obligados á hacer lo mismo (1037), no solo ante el Obispo ó su Vicario, sino tambien en el Cabildo: de otro modo todos los expresados provistos, como arriba se declara, no hagan suyos los frutos; ni les aproveche la posesion (1038). Igualmente no sea en adelante ninguno admitido á qualquier Dignidad, Canonicato, ó Racion, que no esté constituido en aquella Orden Sagrada (1039), que requiere aquella Dignidad, Prebenda ó Racion; ó en tal edad que pueda ordenarse en el término establecido por el derecho, y por este Santo Concilio. Pero en todas las Iglesias Catedrales ten-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(*b*) * Epist. 1. Clement. 1. ad Jacobum est spuria. (*2) Anacleti epist. 1. est spuria (*3) Can. *Diaconi* 6. dist. 93. est spurius: utcumque ad eum, tamquam genuinum, Innocentius 3. Gratianum secutus, provocet in cap. *Ad hæc* 7. §. *Item* 4. ℣ de offic. archidiac. (*d*) * Consule pro Belgio synod. Camerac ann. 1586. tit. 1. & Mechlin. ann. 1607. tit. 1. & edict. ad har. execut. data.

in tali ætate, ut infra tempus à jure & ab hac sancta synodo statutum, initiari valeat. In omnibus vero ecclesiis cathedralibus omnes canonicatus, ac portiones habeant annexum ordinem presbyterii, diaconatus, vel subdiaconatus. Episcopus autem cum consilio capituli designet, ac distribuat, prout viderit expedire, quibus quisque ordo ex sacris annexus in posterum esse debeat: ita tamen, ut dimidia saltem pars presbyteri sint; ceteri vero diaconi, aut subdiaconi: ubi vero consuetudo laudabilior habet, ut plures, vel omnes sint presbyteri, omnino observetur. Hortatur etiam sancta synodus, ut in provinciis, ubi id commode fieri potest, dignitates omnes, & saltem dimidia pars canonicatuum, in cathedralibus ecclesiis, & collegiatis insignibus conferatur tantum magistris, vel doctoribus, aut etiam licentiatis in theologia, vel jure canonico. Præterea obtinentibus in eisdem cathedralibus, aut collegiatis dignitates, canonicatus, præbendas, aut portiones, (*a*) non liceat vigore cujuslibet statuti, aut consuetudinis, ultra tres menses, ab eisdem ecclesiis quolibet anno abesse: (*b*) salvis nihilhominus earum ecclesiarum constitutionibus, quæ longius servitii tempus requirunt: alioquin primo anno privetur unusquisque dimidia parte fructuum, quos ratione etiam præbendæ, ac residentiæ fecit suos. Quod si iterum eadem fuerint usus negligentia, privetur omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit. Crescente vero contumacia, contra eos, (*c*) juxta sacrorum canonum cons-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Sess. 23. cap. 1. de ref. (*b*) Cap. *Ad audientiam* 15. ✠ de cleric. non resid. (*c*) Cap. *Clericos* ult. ✠ de cleric. non resid.

tengan sus Canonicatos y Raciones anexo el orden del Sacerdocio, Diaconado ó Subdiaconado (1040); y el Obispo, con consejo del Cabildo, señale y distribuya segun le pareciere la orden Sagrada, á que ha de estar en lo sucesivo anexa cada Prebenda; pero de modo que á lo ménos la mitad sean Presbiterales, y las demás Diaconales ó Subdiaconales; pero en los lugares en que una costumbre mas loable pide, que los mas ó todos sean Presbiterales, continuese observandola (1041) exactamente. Exhorta tambien el Santo Concilio, que en las Provincias donde haya proporcion, se confieran todas las Dignidades, y á lo ménos la mitad de los Canonicatos de las Iglesias Catedrales ó Colegiales insignes, solo á los Maestros ó Doctores, y tambien á Licenciados en Teología ó Derecho Canónico (1042). Además de eso los que obtengan en dichas Iglesias Catedrales ó Colegiatas Dignidades, Canonicatos, Prebendas ó Raciones, no puedan en virtud de ningun estatuto ó costumbre estar ausentes de las mismas Iglesias mas de tres meses cada año: excepto no obstante las constituciones de aquellas Iglesias que requieren un tiempo (1043) mas largo de servicio; de lo contrario sea privado el contraventor, en el primer año de la mitad de los frutos que hizo suyos, aun por razon de la Prebenda y residencia. Pero si reincidiere en igual negligencia, privesele de todos los frutos que hubiere adquirido en aquel año, y si creciese su contumacia, procedase (1044) contra ellos segun lo decretado por los Sagrados Canones. Respecto de las distribuciones, dense estas á los que asistieren á las horas señaladas (1045), y de ellas carezcan los demás, sin que en este asunto pueda haber colusion ni remision, con arreglo al Decreto del Papa Bonifacio VIII., que empieza: *Con-*

constitutiones, procedatur. (*a*) Distributiones vero, qui statis horis interfuerint, recipiant: reliqui, quavis collusione, aut remissione exclusa, his careant, juxta Bonifacii VIII. decretum, quod incipit, (*b*) *Consuetudinem*: quod sancta synodus in usum revocat, non obstantibus quibuscumque statutis, & consuetudinibus. (*c*) Omnes vero divina per se, & non per substitutos, compellantur obire officia, & episcopo celebranti, aut alia pontificalia exercenti, adsistere, & inservire; atque in choro, ad psallendum instituto, hymnis, & canticis Dei nomen reverenter, distincte, devoteque laudare. Vestitu insuper decenti tam in ecclesia, quam extra, assiduo utantur; (*d*) ab illicitisque venationibus aucupiis, choreis, tabernis, lusibusque abstineant; atque ea morum integritate polleant, ut merito ecclesiæ senatus dici possit. Cetera, quæ ad debitum in divinis officiis regimen spectant; deque congrua in his canendi, seu modulandi ratione, de certa lege in choro conveniendi, & permanendi, simulque de omnibus ecclesiæ ministris, quæ necessaria erunt, & si qua hujusmodi; synodus provincialis, pro cujusque provinciæ utilitate, & moribus, certam cuique formulam præscribet. Interea vero episcopus non minus, quàm cum duobus canonicis, quorum unus ab episcopo, alter à capitulo eligatur, in iis, quæ expedire videbuntur, poterit providere.

CA-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Cap. *Licet*. 32. ✠ de præb. (*b*) Cap. *Consuetudinem* unic. de cleric. non resid. in 6. (*c*) Cap. *Extirpandæ* 30. §. *Qui vero* 1. ✠ de præb. Cap. *Quia nonnulli* 3. ✠ de cleric. non resid. Sess. 22. cap. 4. de ref. (*c*) Conc. Turon. 3. c. 8. Conc. Agath. c. 65. * Dist. 34. c. *Episcopum* 2. & ** c. *Omnibus* 3. Tit. ✠, in 6. & Clement. de vit. & honest. cleric. per tot. Cap. *Episcopum* 1. ✠ de cleric. venat. Clement. *Gravi* 1. de celebrat. miss.

Consuetudinem : cuya practica renueva el Santo Concilio (1046), no obstante qualesquier estatutos ó costumbres (1047). Obliguese á todos á que hagan los Oficios Divinos (1048) por sí, y no por sobstitutos, y asimismo á que asistan y sirvan al Obispo (1049) quando celebre ó exerza otras funciones Epicopales, y á alabar (1050) con reverencia distinta y devotamente el nombre de Dios con Himnos y Cánticos, en el coro instituido para cantar. Además de esto usen siempre de habito decénte (1051), así en la Iglesia como fuera de ella; y abstenganse de casas ilícitas (1052) mayores y menores, bayles, tabernas y juegos; y finalmente, distinganse con tal integridad de costumbres (1053), que con razon pueda decirse (1054) que forman el Senado de la Iglesia. Todas las demás cosas respectivas al arreglo debido en los Oficios Divinos; al buen modo de cantar ó salmodiar en ellos, á un cierto arreglo para juntarse y permanecer en el coro, y todo quanto sea necesario á todos los Ministros de la Iglesia, y otras semejantes; el synodo provincial prescribirá el método que convenga á la utilidad y costumbre de cada Provincia. Entretanto el Obispo acompañado, no ménos que de dos Canónigos, de los quales el uno elija el Obispo, y el otro el Cabildo, podrá proveer en aquellos asuntos que juzgue convenientes (1055).

ANIMAVD. IN NOTAS CHIFFLET.

(*b*) * Can. *Episcopum* 2. dist. 34. desumptus est non ex conc. Aurelianensi, ut male credidit Pealeaum auctor, sed ex can. 4. conc. Epaonensis ann. 517. ** Can. *Omnibus* 3. dist. 34. referendus est ad synodum Francicam, seu Germanicam, temp. Zachariæ 1. papæ ann. 742. habitam.

CA-

CAPUT XIII.

Quomodo tenuioribus cathedralibus ecclesiis & parochiis consulendum: parochiæ certis finibus distinguendæ.

Quoniam (*a*) pleræque cathedrales ecclesiæ tam tenuis redditus sunt, & angustæ, ut episcopali dignitati nullo modo respondeant, neque ecclesiarum necessitati sufficiunt; examinet concilium provinciale, vocatis iis, quorum interest, & diligenter expendat, quas propter angustias, tenuitatemque vicinis unire, vel novis proventibus augere expediat; (*b*) confectaque de præmissis instrumenta ad summum Romanum pontificem mittat. Quibus instructus summus pontifex ex prudentia sua, prout expedire judicaverit, aut tenues invicem uniat, aut aliqua accessione ex fructibus augeat. Interim vero, donec prædicta effectum sorciantur, hujusmodi episcopis, qui fructuum subventione pro diœcesis suæ tenuitate indigent, poterit de beneficiis aliquibus, dum tamen curata non sint, nec dignitates, seu canonicatus, & præbendæ, nec monasteria, in quibus viget regularis observantia, vel quæ capitulis generalibus, & certis visitatoribus subduntur, à summo pontifice provideri. In parochialibus etiam ecclesiis, quarum fructus æque adeo exigui sunt, ut debitis nequeant oneribus satisfacere; curabit episcopus, si per beneficiorum unionem, non tamen regularium, id fieri non possit, ut primitiarum, vel decimarum assignatione, aut per (51) parochianorum symbola, ac collectas, aut qua commo-

VARIANTES.

(51) Per parochorum *edit. Lov-Bog. Antv-Sylv. Antv. & Col.*

CAPITULO XIII.

Como se ha de socorrer á las Iglesias Catedrales y Parroquias de corta renta. Las Parroquias tengan límites señalados.

Como la mayor parte de las Iglesias Catedrales son de tan cortas rentas, que de ningun modo corresponden á la dignidad Episcopal, ni alcanzan para las necesidades de las Iglesias; el Concilio Provincial, citando ántes á los interesados, exâmine y averigüe con cuidado quales son las que conviene, por la pobreza y escasez que padecen, unir con las inmediatas, ó aumentar con nuevas rentas; y remita al Sumo Romano Pontífice las diligencias practicadas en el asunto, á fin de que enterado por ellas el Santo Padre, ó bien una entre sí las tenues, ó las aumente agregandolas algunos frutos (1056), segun juzgare conveniente. Entretanto esto se verifica, podrá el Sumo Pontífice proveer (1057) á la subsistencia de los dichos Obispos que por la pobreza de su Diócesi necesitan de socorro con algunos Beneficios, no siendo Curados ni Dignidades, Canonicatos, Prebendas ni Monasterios en que se guarda la regular observancia, ó que están sujetos á Capítulos generales, ó á Visitadores determinados. Asimismo en las Iglesias Parroquiales, cuyas rentas son igualmente tan cortas, que no bastan para cumplir las cargas debidas; cuidará el Obispo, si esto no pudiese hacerse por la union

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Sess. 7. cap. 6. & 7. de ref. Sess. 14. cap. 9. de ref. Huj. sess. 24. cap. 15. de ref. (b) Caus. 10. q. 3. c. *Unio* 3. Caus. 16. q. 1. c. *Et temporis* 48. cum. seq.

modiori ei videbitur ratione, tantum redigatur, quod pro rectoris, (52) ac parochiæ necessitate decenter sufficiat. In unionibus vero quibuslibet seu ex supradictis, seu aliis causis faciendis, ecclesiæ parochiales monasteriis quibuscumque, aut abbatiis, seu dignitatibus, sive præbendis ecclesiæ cathedralis, vel collegiatæ, sive aliis beneficiis simplicibus, aut hospitalibus, militisve non uniantur: & quæ unitæ sunt, revideantur ab ordinariis, (*a*) juxta alias decretum in eadem synodo, sub fel. rec. Paulo III. quod etiam in unitis ab eo tempore citra æque observetur: non obstantibus in iis, quibuscumque verborum formis, quæ hic pro sufficienter expressis habeantur. Ad hæc in posterum, omnes hæ cathedrales ecclesiæ, quarum reditus summam ducatorum mille, & parochiales, quæ summam ducatorum centum secundum verum annuum valorem non excedunt, nullis pensionibus, aut reservationibus fructuum graventur. In his quoque civitatibus, ac locis, ubi parochiales ecclesiæ certos non habent fines, nec earum rectores proprium populum, quem regant, sed promiscue petentibus sacramenta administrant; mandat sancta synodus episcopis pro tutiori animarum eis commissarum salute, ut distincto popolo in certas, propriasque parochias, unicuique suum perpetuum, (*b*) peculiaremque parochum assignent, qui eas cognoscere valeat; & à quo

VARIANTES.

(52) Aut parochiæ *edit. Ven.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 7. cap. 6. de ref. (*b*) * Caus. 13. q. 1. c. *Ecclesias* 1. ** Caus. 16. q. 1. c. *Plures* 54. Cap. *Si episcopus* 1. ⁂ de paroch. Sess. 14. cap. 9. de ref.

union de Beneficios, como no sean de Regulares, de juntar con asignacion de primicias ó diezmos, ó mediante contribucion y colectas de los parroquianos, ú otro medio que le parezca mas cómodo, aquella cantidad que sea suficiente (1058) para sufragar decentemente á la necesidad del Cura, y de la Parroquia. Pero en qualesquier uniones que se hagan por razon de los motivos sobredichos, ú otros, las Iglesias Parroquiales no se unan (1059) á ningunos Monasterios, Abadías, Dignidades, Prebendas de Iglesia Catedral ó Colegiata, ú á otros Beneficios simples ú Hospitales, y Ordenes Militares; y los Ordinarios vuelvan á ver las que están unidas, conforme á lo ya decretado en este Concilio en tiempo del Pontifice Paulo III. de feliz memoria, lo que observese (1060) igualmente en las unidas desde entónces acá: no obstante qualesquiera fórmulas de palabras, las quales se dán aquí por suficientemente declaradas (1061). Finalmente, en lo sucesivo no se grave (1062) con pension ó reserva de frutos á ninguna de estas Iglesias Catedrales, cuyas rentas, segun su verdadero valor anual, no exceden de la suma de mil ducados, ni á las Parroquiales que no pasan de la de cien ducados. Manda tambien el Santo Concilio á los Obispos, que en aquellas Ciudades y Lugares donde las Parroquias no tienen territorio determinado, ni sus Curas feligreses propios á quien gobiernen, sino que administran los Sacramentos indistintamente á los que los pi-

ANIMAD. IN NOT. CHIFFLET.

(b) * Can. *Ecclesias* 1. caus. 13. q. 1. est spurius ** Can. *Plures* 54. caus. 16. q. 1. nec inter Tolet., nec inter Aquisgranensia concilia reperitur. Forte referendus est vel ad quoddam Gallicanum concilium sæc. 7. vel 8. vel 9. forte ad quoddam concilium Aquisgranense, cujus acta & canones ad nostram ætatem non pervenerunt.

quo solo licite sacramenta suscipiant; aut alio utiliori modo, prout loci qualitas exegerit, provideant. Idemque in iis civitatibus, ac locis, ubi nullæ sunt parochiales, quamprimum fieri curent: non obstantibus quibuscumque privilegiis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

CAPUT XIV.

In provisione beneficiorum, aut admissione ad possessionem, fructuum deductiones, quæ in usus pios non convertuntur, prohibentur.

In pluribus ecclesiis, tam cathedralibus, quam collegiatis, & parochialibus, ex earum constitutionibus, aut ex prava consuetudine observari intelligitur, ut in electione, præsentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione, vel alia provisione, sive admissione ad possessionem alicujus cathedralis ecclesiæ, vel beneficii, canonicatuum, aut præbendarum, vel partem proventuum, seu ad distributiones quotidianas certe conditiones, seu deductiones ex fructibus, solutiones, promissiones, compensationesve illicitæ, aut etiam, quæ in aliquibus ecclesiis dicuntur turnorum lucra, interponantur: hæc cum sancta synodus detestetur, mandat episcopis, ut (*a*) quæcumque hujusmodi in usus pios non convertuntur, atque ingressus eos, qui Simoniacæ labis, aut sordidæ avaritiæ suspicionem habent, fieri non permittant; ipsique diligenter de eorum consti-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Confirmatur bulla Pii 5. *Durum* 1570. novis pœnis adjectis.

piden, que para mayor seguridad de la salvacion de las almas que les están encargadas, dividiendo el pueblo en ciertas y propias Parroquias, señalen à cada una su Párroco perpetuo y peculiar que pueda conocerlas, y de quien solo reciban lícitamente los Sacramentos; ó bien provean (1063) en esto de otro modo mas útil, segun lo exigiere la qualidad del Lugar: como tambien cuiden se establezca esto quanto ántes en aquellas Ciudades y Pueblos donde no hay Parroquia alguna, sin embargo de qualesquier privilegios y costumbres aun inmemoriales (1064).

CAPITULO XIV.

En la provision de Beneficios ó admision á la posesion se prohiben las deducciones de frutos que no se convierten en usos piadosos.

Teniendo entendido que en muchas Iglesias, asi Catedrales como Colegiatas y Parroquiales, se observa en fuerza de sus constituciones, ó siguiendo una perversa costumbre, que en la eleccion, presentacion, nombramiento, institucion, confirmacion, colacion ú otra provision ó admision á la posesion de alguna Iglesia Catedral ó Beneficio, Canonicatos, Prebendas, de parte de las rentas ó de las distribuciones quotidianas, se imponen ciertas condiciones ó deducciones de los frutos, pagas, promesas ó compensaciones ilícitas, ó tambien lo que en algunas Iglesias se llama ganancias de turnos (1067): y detestando el Santo Concilio todas estas cosas, manda á los Obispos no permitan ningun pacto que no se dirija á usos piadosos (1066), ni tampoco que obtengan los Beneficios los que traigan sospecha de simonía, ó de una sór-

titutionibus, sive consuetudinibus super prædictis cognoscant; & illis tantum, quas ut laudabiles probaverint, exceptis, reliquas, ut pravas, ac scandalosas rejiciant, & aboleant. Eos vero, qui adversus hæc, in præsenti decreto comprehensa, quavis ratione commiserint, pœnis, (a) contra Simoniacos editis, sacris canonibus, & variis summorum pontificum constitutionibus, quas omnes innovat, teneri decernit: non obstantibus quibuscumque statutis, constitutionibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, etiam apostolica auctoritate confirmatis: de quarum subreptione, obreptione, & intentionis defectu, episcopus, tamquam apostolicæ sedis delegatus, cognoscere possit.

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) * Caus. 1. q. 1. sere per tot. Conc. Tolet. 8. cap. *Cum super* 2. ℣ deconfess. Cap. *Sicut Simoniaca* 6. ℣ de Simon. Extrav. *Sane* 1. & extrav. *Cum detestabile* 2. de Simon. int. comm.

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(a) * Textus, qui reperiuntur apud Gratianum caus. 1. q. 1. pro magna parte sunt vel spurii, vel mutilati & in alienum sensum detorti, vel non suis auctoribus adscripti. Sic spurii sunt can. 1. 14. 15. 25. 29. 43. 72. 85. 91. 94. 96. & 104. Can. 3. editus est recentioris collectoris manu, justa Gregorii sententias. Can. 4. referendus est ad can. 13. caus. 1. q. 1. Can. 5. non verbis, sed sententiis Gregorii consonat. Can. 7. pertinet ad can. 3. conc. Tolet. 8. Can. 9. referendus est ad sententias S. Basilii Can. 11. potius ad Gregorium magnum, & ad Tarasium C. P. quam ad Gregorium Nazianzenum est referendus Can. 12. Paschali 2. est adscribendus. Can. 21. à Theodoro Balsamone confictus est. Can. 23. à §. *Un-*

CA-

sórdida avaricia; que los mismos Obispos exâminen con cuidado las constituciones ó costumbres que haya sobre lo arriba dicho; y que aprobando solamente aquellas que juzgaren loables, desechen y abolan (1068) las demás como perversas y escandalosas. Y determina que los que contravinieren de qualquier modo á lo contenido en el presente decreto sean castigados con las penas impuestas contra los simoniacos por los Sagrados Cánones, y varias constituciones de los Sumos Pontífices (1069), las quales todas renueva: no obstante qualesquier estatutos, constituciones, costumbres, aunque sean inmemoriales, y aunque estén tambien confirmadas (1070) por autoridad Apostólica: de cuya subrecion, obrepcion y defecto de intencion pueda conocer (1071) el Obispo como Delegado de la Silla Apostólica.

Unde 4. usque ad fin. Gratiano, vel obscuro scriptori est attribuendus. Can. 47. à ℣. *Ut si cujus manus*, usq. ad ℣. *Sic ergo* non est Augustini, sed Gratiani verba sua miscentis verbis Augustini. Can. 48. est corruptus: aptius describitur in can. 41. §. *Non ob aliud* 2. dist. 4. de consecr. Can. 55. Fulgentio Ruspensi est adcribendus. Can. 59. inter opera Isidori Hispalensis non reperitur. Can. 60. pertinet ad *capitular. lib. 6. cap. 94.* Can. 67. est cap. 70. Martini Bracarensis, & exhibet can. 32. & 33. conc. Laodic. Can. 70. ex variis & male inter se cohærentibus Cypriani monumentis congestus est. Can. 71. pertinet ad epist. Paschalis 1. ad Mediolanenses. Can. 75. à pr. usq. ℣. *Unde orate*, non est Hieronymi, sed Algeri *lib. 3. de sacram. corpor. & sang. Christi.* Can. 76. exhibet partim verba Malach. cap. 2. partim verba glossographi. Can. 77. pertinet ad Paschasium Radbertum *lib. 4. de corp. & sang. Dom.* Can. 82. à ℣. *Proinde* usq. ad fin. Origeni vel Hieronymo debet adscribi. Can. 84. congestus est ex variis Isidori, Gregorii & Hieronymi sententiis. Can. 89. Augustino potius, quam Gregorio est adscribendus. Can. 100. exhibet can. 23. conc. Trullani. Tandem can. 115. referendus est ad conc. Rom. 1. sub Gregorio 7.

CA-

CAPUT XV.

Norma augendi tenues præbendas ecclesiarum cathedralium, & collegiatarum insignium.

In ecclesiis cathedralibus, (*a*) & collegiatis insignibus, ubi frequentes, adeoque tenues sunt præbendæ simul cum distributionibus quotidianis, ut sustinendo decenti canonicorum gradui pro loci, & personarum qualitate non sufficiant; (*b*) liceat episcopis cum consensu capituli vel aliquot simplicia beneficia, non tamen regularia, iis unire; vel, si hac ratione provideri non possit, aliquibus ex iis suppressis, cum patronorum consensu, si de jure patronatus laicorum sint, quarum fructus, & proventus reliquarum præbendarum distributionibus quotidianis applicentur, eas ad pauciorem numerum reducere; ita tamen, ut tot supersint, quæ divino cultui celebrando, ac dignitati (53) ecclesiæ (*c*) (54) commode valeant respondere: non obstantibus quibuscumque constitutionibus, & privilegiis, aut quacumque reservatione generali, vel speciali, aut affectione; neque prædictæ uniones, aut suppressiones tolli, seu impediri possint ex quibuscumque provisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibusvis aliis derogationibus, vel suspensionibus.

VARIANTES.

(53) Ecclesiasticæ *edit. Vird. Rhem. Lov-Bog. Antv. Sylv. Antv. & Col.*
(54) Commode *abest ab edit. Vird. & Rhem.*

CAPITULO XV.

Modo de aumentar las prebendas tenues de las Iglesias Catedrales y de las Colegiatas insignes.

En las Iglesias Catedrales y Colegiatas insignes en que son muchas y tan tenues las prebendas, que no bastan con las distribuciones quotidianas para mantener con la correspondiente decencia á los Canónigos, atendido el lugar y la calidad de las personas; tengan facultad los Obispos, con consentimiento del Cabildo, de unir (1072) á ellas algunos Beneficios simples, pero no regulares; ó si este medio no alcanzase, de reducirlas á menor número, suprimiendo algunas de ellas con consentimiento de los Patronos, si son de Patronato laical, y cuyos frutos y productos apliquense á las distribuciones quotidianas de las demás prebendas, pero de modo que queden para poder celebrar cómodamente el Culto Divino, y corresponder á la dignidad de la Iglesia (1073): Sin embargo de qualesquier constituciones y privilegios, reserva general ó especial, ó afectacion; y las dichas uniones ó supresiones no puedan anularse ó impedirse por ninguna provision, ni aun en virtud de resignacion, ó por qualesquiera otras derogaciones ó suspensiones (1074).

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Huj. sess. 24. cap. 13. de ref. (b) Sess. 5. can. 1. de ref. (c) Cap. *In ecclesia* 2. ✠ de institut.

ESCUELA DE ESTUDIOS HISPANO-AMERICANOS
BIBLIOTECA

CAPUT XVI.

Quid muneris incumbat capitulo sede vacante.

Capitulum, (*a*) sede vacante, ubi fructuum percipiendorum ei munus incumbit, œconomum unum, vel plures fideles, ac diligentes decernat, qui rerum ecclesiasticarum, & proventuum curam gerant; quorum rationem ei, ad quem pertinebit, sint reddituri. Item officialem, seu vicarium infra octo dies post mortem episcopi constituere, vel existentem confirmare omnino teneatur; qui saltem in jure canonico sit doctor, vel licentiatus, vel alias, quantum fieri poterit, idoneus: si secus factum fuerit, (*b*) ad metropolitanum deputatio hujusmodi devolvatur. Et si ecclesia ipsa metropolitana fuerit, aut exempta, capitulumque, ut præfertur, negligens fuerit; tunc antiquior episcopus ex suffraganeis in metropolitana, & propinquor episcopus in exempta œconomum, & vicarium idoneos possit constituere. Episcopus vero ad eadem ecclesiam vacantem promotus ex iis, quæ ad eum spectant, ab eisdem œconomo, vicario, & aliis quibuscumque officialibus, & administratoribus, qui, sede vacante, fuerunt à capitulo, vel ab aliis in ejus locum constituti, etiam si fuerint ex eodem capitulo, rationem exigant officiorum, jurisdictionis, administrationis, aut cujuscumque eorum muneris; possitque eos punire, qui in eorum officio, seu administratione deliquerint: etiam si prædicti officiales, redditis rationibus, à capitulo, vel à depu-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Conc. Calched. c. 25. Conc. Wormat. anni 868. c. 76. (*b*) * Caus. 12. q. 2. c. *Non licet* 48. Cap. *Ecclesiæ* ult. de suppl. neglig. prælat. in 6.

CAPITULO XVI.

De las obligaciones del Cabildo en Sede vacante.

En aquellas partes en que el Cabildo en Sede vacante tiene la obligacion de percibir los frutos, nombre uno ó muchos Ecónomos fieles y diligentes, que cuiden de los asuntos de la Iglesia y de sus rentas; de lo que darán cuenta á la persona á quien corresponda (1075). Asimismo esté obligado absolutamente á nombrar en el término de ocho dias despues de la muerte del Obispo un Oficial ó Vicario, ó confirmar (1076) al que exîsta; el qual ha de ser á lo menos Doctor ó Licenciado en Derecho Canónico (1077), ó si no otro que sea capaz (1078) de desempeñar este encargo en quanto sea posible; de lo contrario devuelvase al Metropolitano (1079 la facultad de nombrar. Y si la Iglesia fuere la misma Metropolitana ó exênta, y el Cabildo, como se acaba de decir, fuere negligente, en tal caso el Obispo sufraganeo mas antiguo pueda establecer (1080) Ecónomo y Vicario idoneos en la Metropolitana, y el Obispo mas cercano en la exênta. El Obispo que sea promovido á la referida Iglesia vacante podrá pedir cuenta, por lo que á él corresponde, á los dichos Ecónomo, Vicario, y otros qualesquier Oficiales y Administradores que el Cabildo ú otros, en sede vacante, hayan puesto en su lugar, aunque fueren individuos del mismo Cabildo, de sus oficios, jurisdicion, administracion, ó de qualquier encargo que hayan tenido; y castigar á

ADDIT. AD NOT. CHIFFLET.

(*b*) * Can. *Non licet* 48. caus. 12. q. 2. à Gratiano laudatus sub specioso nomine synodi sextæ, exhibet can. 35. conc. Trullani.

putatis ab eodem, absolutionem, aut liberationem obtinuerint. Eidem quoque episcopo teneatur capitulum de scripturis ad ecclesiam pertinentibus, si quæ ad capitulum pervenerunt, rationem reddere.

CAPUT XVII.

Plura beneficia uni conferre, eaque retinere, quandonam liceat.

Imagen alguna no acostumbrada, no estando aprobada por el Obispo (1170). Que tampoco se admitan nuevos milagros, ni se reciban nuevas reliquias sin conocimiento y aprobacion del mismo Obispo; el qual inmediatamente que tuviere noticia de esto, tomando consejo de Teólogos y otros sugetos piadosos, execute aquello que juzgare (1171) conforme á la verdad y piedad. Y si hubiere que extirpar algun abuso dudoso y dificil de corregir; ó se suscitase alguna qüestion grave acerca de estas materias; el Obispo ántes de decidir la controversia aguarde (1172) la sentencia del Metropolitano y de los Obispos Comprovinciales en el Concilio Provincial; de manera que no se determine cosa alguna nueva, ó inusitada hasta ahora en la Iglesia sin haber consultado (1173) al Santísimo Romano Pontifice.

De los Regulares y de las Monjas.

Prosiguiendo el mismo Sacrosanto Concilio la materia de la reforma, ha determinado establecer lo siguiente.

CAPITULO I.

Todos los Regulares vivan segun manda la regla que han profesado: cuiden con vigilancia los Superiores de que así se haga.

No ignorando el Santo Concilio quanto esplendor y utilidad resulta á la Iglesia de Dios de los Monasterios piadosamente fundados, y bien administrados; ha tenido por necesario mandar, como efectivamente manda por este Decreto, para que con mas facilidad y madurez se restablezca la antigua y re-

omnes regulares, tam viri, quam mulieres, ad regulæ, quam professi sunt, præscriptum vitam instituant, & componant, atque in primis, quæ ad suæ professionis perfectionem, (a) ut obedientiæ, paupertatis, & castitatis, ac si quæ alia sunt alicujus regulæ, & ordinis peculiaria vota, & præcepta, ad eorum respective essentiam, nec non ad communem vitam, victum, & vestitum conservanda pertinentia fideliter observent. Omnisque cura, & diligentia à superioribus adhibeatur tam in capitulis generalibus, & provincialibus, quam in eorum visitationibus, quæ suis temporibus facere non prætermittant, ut ab illis non recedatur; (b) cum compertum sit, ab eis non posse ea, quæ ad substantiam regularis vitæ pertinent, relaxari. Si enim illa, quæ bases sunt, & (c) fundamenta totius regularis disciplinæ, exacte non fuerint conservata; totum corruat ædificium necesse est.

CAPUT II.

Proprietas regularibus omnino prohibetur.

Nemini igitur regularium, tam virorum, quam mulierum, liceat bona immobilia, vel mobilia, cujuscumque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis ac-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Clement. *Exivi* 1. de verb. signif. * (b) Cap. *Cum ad monasterium* 6. de statu monach. (c) Caus. 1. q. 1. c. *Cum Paulus* 26.

ANIMADV. IN NOTAS CHIFFLET. ET ADDIT.

(a) * Consule pro Belgio synod. Camerac. ann. 1586. tit. 20.

regular disciplina en aquellos en que se ha relaxado, y se mantenga con mayor firmeza en los que se ha conservado; que todos los regulares de uno y otro sexô observen una vida conforme á lo que prescribe la regla que profesaron (1174), y en primer lugar que guarden (1175) exâctamente lo que mira á la perfeccion de su profesion, como son los votos de obediencia, pobreza y castidad, ú otros votos peculiares y preceptos de alguna regla, ú órden pertenecientes respectivamente á su esencia, y tambien á conservar la vida comun, sustento y vestido: y que los Superiores pongan todo cuidado y diligencia, así en los Capítulos Generales y Provinciales, como en sus visitas, las que no omitan hacer en los tiempos debidos, para que no se aparten (1176) de dichas reglas: por ser cierto que ellos no pueden dispensar nada de lo tocante á lo esencial de la vida regular, pues á la verdad si no se mantienen firmemente las basas y fundamentos de toda la disciplina regular, es preciso que todo el edificio se arruine.

CAPITULO II.

Prohíbese absolutamente á los Regulares la propiedad.

Ningun Regular, pues, de uno y otro sexô pueda poseer ó tener (1177) como propios, aun á nombre del Convento, bienes, raices, ó muebles de ninguna especie que sean, y que hayan adquirido de qualquier modo; sino que inmediatamente se entreguen al Superior, y se incorporen al Convento (1178). Ni en adelante tengan facultad los Superiores de conceder á ningun Religioso bienes estables, aunque sea en usufruto, uso, administracion ó encomienda (1179).

Pe-

acquisita, (a) tanquam propria, aut etiam nomine conventus possidere, vel tenere; sed statim ea superiori tradantur, conventuique incorporentur. Nec deinceps liceat superioribus bona stabilia alicui regulari concedere, etiam ad usumfructum, vel usum, administrationem, aut comendam. Administratio autem bonorum, monasteriorum, seu conventuum ad solos officiales eorumdem, ad nutum superiorum amovibiles, pertienat. Mobilium vero usum ita superiores permittant, ut eorum supellex statui paupertatis, quam professi sunt, conveniant; nihilque superflui in ea sit; nihil etiam, quod sit necessarium, eis denegetur. Quod si quis aliter quidquam tenere deprehensus, aut convictus fuerit; is biennio activa & passiva voce privatus sit; atque etiam justa suæ regulæ, & ordinis constitutiones puniatur.

CAPUT III.

Omnia monasteria, præter hic excepta, possunt possidere bona immobilia: numerus personarum in illis pro modo facultatum aut eleemosynarum constituendus: nulla sine licentia episcopi erigenda.

Concedit sancta synodus omnibus monasteriis, & domibus tam virorum, quam mulierum, & mendicantium, (b) exceptis domibus fratrum sancti Francisci capuccinorum, & eorum, qui minorum de observ-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Cap. *Monachi* 2. & cap. *Cum ad monasterium* 6. ℣ de statu monach. Caus. 12. q. 1. c. *Cui portio* 6. * c. *Non dicatis* 11. & ** c. *Expedit.* 13. Conc. Moguntin. 1. sub Leone 4. c. 14. (b) Cap. *Exiit qui seminat* 3. de verb. signif. in 6. *

Pero la administracion de los bienes de los Monasterios, ó Conventos, corresponda (1180) solamente á sus Oficiales, los quales serán amovibles á arbitrio de los Superiores. Respecto al uso de los bienes muebles, los Superiores permitanlo de modo que su ajuar corresponda (1181) al estado de pobreza que profesaron; no tengan nada de superfluo; ni se les niegue nada de lo necesario (1182). Y si á alguno se le hubiere notado ó convencido de que posee alguna cosa de otro modo, quede privado dos años de voto activo y pasivo; y sea además castigado (1183) segun las constituciones de su Regla y Orden.

CAPITULO III.

Todos los Monasterios, á excepcion de los que aquí se expresan, pueden poseer bienes raices: número de las personas que se pueden admitir en ellos con arreglo á sus facultades ó limosnas: No se funde ningun Monasterio sin licencia del Obispo.

El Santo Concilio concede á todos los Monasterios y Conventos, así de hombres como de mugeres, y de Mendicantes, exceptuando los Conventos de los Pa-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(a) * Can. *Non dicatis* 11. caus. 12. q. 1. usque ad §. *Cum hujus* 2. pertinet ad epist. Augustini ad Seleucianam, in qua de monialibus instituendis agitur: & à §. *Cum hujus* 2. usque ad fin. videtur depromptus ex libello cui titulus: *Regula ad servos Dei*, qui libellus non Augustinum, sed ignotum quemdam scriptorem auctorem habet. ** Can. *Expedit* 13. caus. 12. q. 1. apud Gratianum male attribuitur Prospero: adscribendus est Iuliano Pomerio. (b) * Vide pro Belgio edicta 19. Octob. 1520. & 15. Septemb. 1753. cum variis interpretat. Item varia alia adquisitionem rerum immobilium concernentia. Adde relat. gest. circa conc. Trid. promulg. & recept.

servantia vocantur, etiam quibus aut ex constitutionibus suis erat prohibitum, aut ex privilegio apostolico non erat concessum, ut deinceps bona immobilia eis possidere liceat. Quod si aliqua loca ex prædictis, quibus auctoritate apostolica similia bona possidere permissum erat, eis spoliata sint; eadem omnia illis restituenda esse decernit. (*a*) In prædictis autem monasteriis, & domibus tam virorum, quam mulierum, bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus, is tantum numerus constituatur, ac imposterum conservetur, qui vel ex redditibus propriis monasteriorum, vel ex consuetis eleemosynis commode possit sustentari: nec de cetero similia loca erigantur (*b*) sine episcopi, in cujus diœcesi erigenda sunt, licentia prius obtenta.

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Conc. Arelat. 6. ann. 813. c. 8. Cap. *Non amplius* 1. & cap. *Auctoritate* 4. ✠ de instit. Cap. *Quoniam* 9. ✠ de vit. & honest. cleric. Cap. *Periculoso* 1. §. *Sane ut hoc* 1. de statu regular. in 6. Vide const. Pii 5. *Circa* 1566. * (*b*) *Vide constit. Clementis 8. *Quoniam* 1603.

CA-

Padres Capuchinos de San Francisco, y los que se llaman Menores (1184) observantes, y aun aquellos á quienes por sus constituciones les estaba prohibido ó no tenian licencia (1185) por privilegio Apostólico, el que en adelante puedan poseer bienes raices. Y si á alguno de los lugares referidos que tenian permiso de la autoridad Apostólica para poseer semejantes bienes, se les hubiese despojado de ellos; decreta el Santo Concilio se les restituyan íntegramente. Pero en los mencionados Monasterios y Casas de uno y otro sexô que gozan ó no bienes raices establezcase solo y conservese en lo sucesivo aquel número que pueda mantenerse (1186) comodamente, ó de las rentas propias de los Monasterios, ó de las limosnas acostumbradas; y en lo venidero no se erijan semejantes lugares sin obtener licencia (1187) del Obispo en cuya Diócesis se han de erigir.

ADDIT. AD NOT. CHIFFLETII.

(*a*) * Consule pro Belgio synod. Mechlin. ann. 1607. tit. 24. Item edict. 13. Maij 1771. cum ejus interpret. 10. August. 1772. & edict. 18. April. 1772. (*b*) * Vide pro Belgio const. Urbani 8. *Romanus* 1624. & litteras placeti regii 30 Octob. 1624. ad hanc const. Item litteras regias 29. Januar. & 3. Novemb. 1630. Litteras Ferdinandi gubernat. 29. Januar. 1636. & edicta 19. Octob. 1520. & 15. Septemb. 1753. cum variis interpret. quæ reperies part. 5. edictor. Flandriæ pag. 10. & sqq.

CAPUT IV.

Regularis sine superioris licentia nec se obsequio alterius subjiciat; nec à conventu recedat: ad universitatem studiorum missus in conventu habitet.

Prohibet sancta synodus, ne quis regularis, sine sui superioris licentia, prædicationis, vel lectionis, aut cujusvis pii operis prætextu, (a) subjiciat se obsequio alicujus prælati, principis, vel universitatis, vel communitatis, aut alterius cujuscumque personæ, seu loci; neque ei aliquod privilegium, aut facultas, ab aliis superiis obtenta, suffragetur. Quod si contra fecerit; tamquam inobediens arbitrio superioris puniatur. Nec liceat regularibus à suis conventibus recedere, etiam prætextu ad superiores suos accedendi; nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint. Qui vero sine prædicto mandato, in scriptis obtento, repertus fuerit; ab ordinariis locorum tamquam desertor sui instituti puniatur, illi autem, qui studiorum causa ad universitates mittuntur; in conventibus tantum habitent: alioquin ab ordinariis contra eos procedatur.

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Cap. *Quanto* 7. ℣ de offi. jud. ordin. Clement. *Ne in agro* 1. §. *Quia vero* 5. de stat. monach. Cap. *Non magnopere* 3. ℣ ne cleric. vel mon. Caus. 16. q. 1. c. *Placuit* 1. * & c. *Monachi* 35. **

CAPITULO IV.

No se sujete el Regular sin licencia de su Superior al servicio de otra persona, ni dexe el Convento. El ausente por causa de estudios viva en Convento.

El Santo Concilio prohibe que ningun Regular con pretexto de predicar, enseñar, ó de emplearse en alguna otra obra piadosa, se sujete sin permiso de su Superior al servicio de algun Prelado, Principe, Universidad, Comunidad, ú de otra qualquiera persona ó lugar (1188); sin que para esto le sirva (1189) privilegio alguno ó facultad que sobre ello haya obtenido de otros. El que lo contrario hiciere sea castigado (1190) como inobediente á arbitrio del Superior. No sea licito á los regulares salir de sus Conventos, aun con pretexto de ir en busca de sus Superiores; no siendo enviados ó llamados por estos (1191). Y el que fuere hallado sin dicha licencia dada por escrito, sea castigado (1192) por los Ordinarios locales como desertor de su instituto. Pero los que son enviados á estudiar á las Universidades, vivan solo en Conventos: y no haciendolo, procedan contra ellos los Ordinarios (1193).

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(a) * Can. *Placuit* 1. caus. 16. q. 1. est spurius: videtur confictus saecul. 11. vel 12. & inepte conc. Nicæno attributus ** Consule pro Belgio edit. 17. Februar. 1535. & litteras regias 3. Septemb. 1646. Adde relat. gest. circa conc. Trid. promulg. & recept.

CA-

CAPUT V.

Clausuræ & custodiæ monialium providetur.

Bonifacii VIII. constitutionem, quæ incipit, (*a*) *Periculoso*, renovans sancta synodus, universis episcopis sub obtestatione divini judicii, & interminatione maledictionis æternæ, præcipit, ut in omnibus monasteriis, sibi subjectis, ordinaria, in aliis vero sedis apostolicæ auctoritate (*b*) clausuram sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restitui, & ubi inviolata est, conservari maxime procurent: inobedientes, atque contradictores per censuras ecclesiasticas, aliasque pœnas, quacumque appellatione postposita, compescentes, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Quod auxilium ut præbeatur, omne Christianos principes hortatur sancta synodus, & sub excommunicationis pœna, ipso facto incurrenda, omnibus magistratibus sæcularibus injungit. (*c*) Nemini autem sanctimonialium liceat post professionem exire à monasterio, etiam ad breve tempus, quocumque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa, ab episcopo approbanda: indultis quibuscumque & privilegiis non obstantibus. (*d*) Ingredi autem intra septa monasterii nemini liceat, cujuscumque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerit, sine episcopi, vel superioris licentia, in scriptis obtenta, sub excommu-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Cap. *Periculoso* 1. de stat. regular. in 6. * (*b*) Vide const. Pii 5. *Circa* 1566. & *Decori* 1569. Gregorii 13. *Deo sacris* 1572. *Ubi gratiæ* 1575. & *Dubiis* 1581. (*c*) Conc. Cabilon. 2. c. 57. 62. & 63. (*d*) Conc. Matiscan. 1. c. 2. Conc. Hispal. 2. cap. 11. Conc. Cabilon. 2. c. 63. Conc. Arelat. 6. c. 7. Caus. 18. q. 2. c. *Diffinimus* 21. * c. *In nullo* 22. & c. *Monasteria* 23.

CAPITULO V.

Providencias para la clausura y custodia de las Monjas.

Renovando el Santo Concilio la Constitucion de Bonifacio VIII. que empieza : *Periculoso* , manda á todos los Obispos , poniendoles presente la divina justicia , y amenazandoles con la maldicion eterna , se restablezca diligentemente la clausura de las Monjas donde estuviese violada , y se conserve donde se mantuviere , usando de la autoridad ordinaria (1194) en todos los Monasterios á ellos sujetos , y en los otros con la autoridad de la Silla Apostólica (1195), reprimiendo (1196) con censuras Eclesiásticas y otras penas á los desobedientes ó contradictores , sin embargo de qualquiera apelacion , invocando tambien á este fin , en caso necesario , el auxîlio del brazo seglar (1197) : exhortando el Santo Concilio á los Príncipes Christianos á que lo presten , y se lo manda á todos los Magistrados Seculares (1198), só pena de excomunion *ipso facto incurrenda*. No pueda ninguna Religiosa salir del Monasterio despues de la profesion aun por breve tiempo con ningun pretexto , no habiendo alguna causa legítima , que deberá ser aprobada por el Obispo : no obstante qualesquier indultos y privilegios. A nadie de qualquier clase , condicion , sexô ú edad , le sea lícito entrar dentro de los claustros del Monasterio sin li-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(*a*) * Consule pro Belgio relat. gest. circa conc. Trid. promulg. & recept. (*b*) * Consule pro Belgio synod. Camerac. ann. 1586. tit. 20. & Mechlin. ann. 1607. tit. 24. (*d*) * Can. *In nullo* 22. caus. 18. q. 2. quem Gratianus adscribit Gregorio , referendus est ad Justiniani *novell.* 123. *cap.* 36.

municationis pœna, ipso facto incurrenda. Dare autem tantum episcopus, vel superior licentiam debet in casibus necessariis; neque (59) aliis ullo modo possit, etiam vigore cujuscumque facultatis, vel indulti hactenus concessi, vel in posterum concedendi. Et quia monasteria sanctimonialium extra mœnia urbis, vel oppidi constituta, malorum hominum prædæ, & aliis facinoribus sine ulla sæpe custodia sunt exposita; curent episcopi, & alii superiores, si ita videbitur expedire, ut sanctimoniales ex eis ad nova, vel antiqua monasteria intra urbes, vel oppida frequentia reducantur; invocato etiam auxilio, si opus fuerit, brachii sæcularis. Impedientes vero, non obedientes per censuras ecclesiasticas parere compellant.

CAPUT VI.

Norma servanda in electione superiorum regularium.

* In electione quorumcumque superiorum, abbatum temporalium, & aliorum officialium, ac generalium, & abbatissarum, atque aliarum præpositarum, quo omnia recte, & sine ulla fraude fiant, in primis sancta synodus districte præcipit, omnes supradictos eligi debere per vota secreta; ita ut singulorum eligentium nomina nunquam publicentur. Nec in posterum liceat, provinciales, aut abbates, priores, aut alios quos-

VARIANTES.

(59) Alius *legitur in edit. Rom.* 3. *Rom-Vat. & Rom.* 1763.

ANIM AD. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

* Consule pro Belgio relat. gestor. circa conc. Trid. promulg. & recept.

licencia, por escrito, del Obispo ó Superior, só pena de excomunion, *ipso facto incurrenda*. Y esta licencia debe darla solamente el Obispo, ó el Superior en los casos necesarios, y no en otros en modo alguno, aun en virtud de qualquier facultad ó indulto concedido hasta aquí, ó que se conceda en adelante. Y como los Monasterios de las Monjas, sitos extramuros de la Ciudad ó Lugar, están expuestos sin ninguna defensa muchas veces á que los roben los facinerosos, y á otras maldades; cuiden los Obispos y demás Superiores, si así lo tuviesen por conveniente, de transferir á las Religiosas de estos Monasterios á otros nuevos ó antiguos dentro de las Ciudades ó Lugares poblados; invocando tambien, si fuere necesario, el auxilio del brazo seglar. Obligen con censuras Eclesiásticas á los que lo impidan ó no obedezcan.

CAPITULO VI.

Método que se ha de guardar en la eleccion de los Superiores Regulares.

Para que en la eleccion de qualesquier Superiores, Abades temporales, y otros Oficiales y Generales, Abadesas y otras Preladas se haga todo rectamente y sin fraude alguno, manda en primer lugar estrechamente el Santo Concilio, que todas las personas sobredichas se han de elegir por votos secretos (1206); de modo que nunca se publiquen los nombres de ninguno de los que eligen (1207). Ni sea licito en adelante establecer Provinciales, Abades, Priores (1208), ú otros qualesquier titulares, para que concurran á la eleccion que se ha de hacer; ó suplir la voz y votos de los ausentes (1209). Si alguno fuere electo contra lo

quoscumque titulares ad effectum electionis faciendæ constituere; aut voces, & suffragia absentium supplere. * Si vero contra hujus decreti constitutionem aliquis electus fuerit; electio irrita sit; & is qui ad hunc effectum se in provincialem, abbatem, aut priorem creari permiserit; deinceps ad omnia officia, in religione obtinenda, inhabilis existat facultatesque super his concessæ, eo ipso abrogatæ censeantur: & si in posterum aliæ concedantur, tamquam surreptitiæ habeantur.

CAPUT VII.

Quæ, & quomodo in abbatissas, vel alio nomine præfectas eligendæ: duobus monasteriis nulla præficiatur.

Abbatissa, & priorissa, & quocumque alio nomine præfecta, vel præposita appelletur, eligatur (*a*) non minor annis quadraginta, & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit. Quod si his qualitatibus non reperiatur in eodem monasterio; ex alio ejusdem ordinis eligi possit. Si hoc etiam incommodum superiori, qui electioni præest, videatur; ex iis, (*b*) quæ in eodem monasterio annum trigesimum excesserint, & quinque saltem annis post professionem recte vixerint, episcopo, vel alio superiore consentiente, eligatur. (*c*) Duobus vero monasteriis nulla præficiatur. Et, si qua duo, vel plura quo-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Conc. Agath. c. 19. Caus. 20. q. 1. c. *Juvenculas*. 12. & * c. *Sanctimoniales* 13. (*b*) Cap. *Indemnitatibus* 43. de elect. in 6. (*c*) * Conc. Agath. c. 57. Conc. Epaon. c. 9. Conc. Cabilon. 1. c. 12. Caus. 20. q. 4. c. *Monachum* 3. Caus. 21. q. 1. c. *Unum* 4.

que manda este Decreto; sea nula la eleccion (1210); y el que hubiere permitido en que se le cree para este fin, Provincial, Abad ó Prior; quede inhabil para obtener en adelante ningun oficio en la Religion (1211): por lo qual entiendanse abrogadas las facultades concedidas sobre esto; y si se concediesen en lo sucesivo otras, tenganse por subrepticias (1212).

CAPITULO VII.

Quienes y de que modo han de ser electas para Abadesas ó Preladas con qualquier nombre. Ninguna sea electa para gobernar dos Monasterios.

No se elija para Abadesa y Priora, Perfecta ó Prepósita, de qualquier modo que se llame, la menor de quarenta años, y que no haya vivido arregladamente ocho años despues de hecha la profesion (1213). Pero si no se hallase en el mismo Monasterio Religiosa con estas qualidades puedase elegir (1214) de otro Monasterio de la misma Orden. Si en esto hallase inconveniente el Superior que preside la eleccion, elijase (1215) una del mismo Monasterio que pase de trein-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

* Consule pro Belgio decret. 13. Mart. 1749. edit. 17. August. 1752. & decret. 27. Maji 1760. (a) * Can *Sanctimoniales* 13. caus. 20. q. 1. concilio Carthaginensi 3. apud Gratianum adscriptus nulli Carthaginensi concilio attribui potest: immo alia prorsus disciplina præscripta fuit can. 4. conc. Carthaginensis 3. apud Gratianum can. *Placuit* 5. dist. 77. & can. *Placuit* 14. caus. 20. q. 1. Recte ergo observarunt corr. Rom. hunc can. *Sanctimoniales* referendum esse ad can. 19. conc. Agathensis. (c) * Concilium Agathense tantum edidit 47. canones, reliqui recentiore manu, ex canonibus potissimum conc. Epaonensis, adjecti sunt. Præsens textus pertinet ad can. 9. conc. Epaonensis, qui reperitur apud Gratianum can. *Unum* 4. caus. 21. q. 1.

quocumque modo obtinet; cogatur, uno excepto, intra sex menses cetera resignare. Post id vero tempus, nisi resignaverit, omnia ipso jure vacent. Is vero, qui electioni præest, episcopus, sive alius superior claustra monasterii non ingrediatur; sed ante cancellorum fenestellam vota singularum audiat, vel accipiat. In reliquis serventur singulorum ordinum, vel monasteriorum constitutiones.

CAPUT VIII.

Regimen monasteriorum, non habentium ordinarios regulares visitatores, quomodo sit instituendum.

Monasteria omnia, quæ generalibus capitulis, aut episcopis non subsunt, nec suos habent ordinarios regulares visitatores, sed sub immediata sedis apostolicæ protectione, ac directione regi consueverunt; teneantur infra annum à fine præsentis concilii, & deinde quolibet triennio sesse in congregationes redigere, juxta formam constitutionis Innocentii III. in concilio generali, quæ incipit, (*a*) *In singulis*: ibique certas regulares personas deputare, quæ de modo, & ordine, de prædictis congregationibus erigendis, ac statutis in eis exequendis deliberent, & statuant. Quod si in his negligentes fuerint; liceat metropolitano, in cujus provincia prædicta monasteria sunt, tamquam sedis apostolicæ delegato, eos pro prædictis causis convocare. Quod si infra limites unius provinciæ non sit sufficiens talium monasteriorum numerus ad erigendam

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Cap. *In singulis* 7. ✠ de stat. monach.

treinta años, y haya tenido una vida ajustada cinco años á lo ménos despues de haber profesado, consintiendolo el Obispo ú otro Superior. Ninguna sea electa para el gobierno de dos Monasterios (1216): y si alguna estuviese gobernando dos ó mas de qualquier modo que sea; obliguesela á que á excepcion de uno resigne los demás dentro de seis meses (1217), pasados los quales, y no resignando, vaquen todos *ipso jure* (1218). El que preside á la eleccion, ya sea el Obispo, ó ya otro Superior, no entre en la clausura del Monasterio; sino que oiga y reciba (1219) los votos de cada Religiosa por la ventanilla de la reja. En las demás cosas guardense las constituciones de cada Orden ó Monasterio (1220).

CAPITULO VIII.

Como se ha de establecer el gobierno de los Monasterios que no tienen Visitadores Regulares Ordinarios.

Todos los Monasterios que no están sujetos á Capítulos generales ó á los Obispos, ni tienen sus Visitadores Regulares Ordinarios, sino que están acostumbrados á ser gobernados baxo la inmediata proteccion y direccion de la Silla Apostólica; deban dentro de un año despues de concluido el presente Concilio, y despues en cada trienio reducirse á Congregaciones, segun la forma prescripta en la Constitucion del Pontífice Inocencio III. en el Concilio general, la qual empieza, *In singulis*: y nombrar allí ciertos Religiosos que traten y resuelvan (1221) acerca del modo y órden de establecer las dichas Congregaciones, y de los estatutos que en ellas se han de guardar. Y si fueren negligentes en esta parte, pueda el Metropoli-

dam congregationem; possint duarum, vel trium provinciarum monasteria unam facere congregationem. Ipsis autem congregationibus constitutis illarum generalia capitula, & ab illis electi præsides, vel visitatores eandem habeant auctoritatem in suæ congregationis monasteria, ac regulares in eis commorantes, quam alii præsides, ac visitatores in ceteris habent ordinibus: teneanturque suæ congregationis monasteria frecuenter visitare; & illorum reformationi incumbere; & ea observare, quæ (*a*) in sacris canonibus, & in hoc sacro concilio sunt decreta. Quod si etiam, metropolitano instante, prædicta exequi non curaverint: episcopis, in quorum diœcesibus loca prædicta sita sunt, tamquam sedis apostolicæ delegatis, subdantur.

CAPUT IX.

Monasteria monialium immediate subjecta sedi apostolicæ, ab episcopo regantur: alia vero à deputatis in capitulis generalibus, vel ab aliis regularibus.

Monasteria sanctimonialium, sanctæ sedi apostolicæ immediate subjecta, etiam sub nomine capitulorum sancti Petri, vel sancti Joannis, vel alias quomodocumque nuncupentur, (*b*) ab episcopis, tamquam dictæ sedis delegatis, gubernentur, non obs-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Tit. de stat. regular. in 6. Tit. de stat. monacho. in Clement. Cap. *Exiit* 3. de verb. signif. in 6. Clement. *Exivi* 1. de verb. signif. (*b*) Caus. 18. q. 2. c. *Cognovimus* 19.*

ADDIT. AD NOTAS CHIFFLET.

(*b*) * Consule pro Belgio decret. 29. Octobr. 1766.

litano en cuya Provicia se hallen dichos Monasterios, procediendo como Delegado de la Silla Apostólica, convocarlos (1222) por las mencionadas causas. No habiendo en los límites de una Provincia suficiente número de semejantes Monasterios, para componer Congregacion; puedan formar una Congregacion, los Monasterios de dos ó tres Provincias (1223). Establecidas ya estas Congregaciones, sus Capítulos generales, y los que estos eligiesen por Presidentes ó Visitadores tengan la misma autoridad en los Monasterios de su Congregacion, y en los Regulares que en ellos viven, que los otros Presidentes y Visitadores tienen en las demás Ordenes (1224): y deban visitar con freqüencia los Monasterios de su Congregacion, cuidar de su reforma, y observar lo que mandan los Sagrados Cánones y este Sagrado Concilio. Pero si instados por el Metropolitano no cuidaren del cumplimiento de lo que vá prevenido; queden sujetos á los Obispos en cuyas Diócesis estén situados, como Delegados de la Silla Apostólica.

CAPITULO IX.

Gobierne el Obispo los Monasterios de Religiosas sujetas inmediatamente á la Silla Apostólica: y á los demás gobiernenlos los nombrados en los Capítulos generales ú otros Regulares.

Los Obispos en calidad de Delegados de la Silla Apostólica gobiernen, sin que obste cosa en contrario, los Monasterios de Monjas sujetas inmediatamente á la Santa Sede Apostólica (1227), aun baxo el nombre de los Cabildos de San Pedro ó de San Juan, ó de qualquier otro modo que se llamen. Pero los que se gobiernan por Diputados de los Capítulos ge-

obstantibus quibuscumque. Quæ vero à deputatis in capitulis generalibus, vel ab aliis regularibus reguntur; sub eorum cura, & custodia relinquantur.

CAPUT X.

Moniales unoquoque mense peccata confiteantur, & Eucharistiam sumant: confessarius extraordinarius iis ab episcopo assignetur. Intra septa monasterii Eucharistia non conservetur.

Attendant diligenter episcopi, & ceteri superiores monasteriorum sanctimonialium, ut in constitutionibus earum admoneantur sanctimoniales, (a) ut saltem semel singulis mensibus confessionem peccatorum faciant; & sacrosanctam Eucharistiam suscipiant; ut eo se salutari præsidio muniant ad omnes oppugnationes dæmonis fortiter superandas. Præter ordinarium autem confessorem alius extraordinarius ab episcopo, & aliis superioribus bis aut ter in anno offeratur; qui omnium confessiones audire debeat. Quod vero sanctissimum Christi corpus intra chorum, vel septa monasterii, & non in publica ecclesia conservetur, prohibet sancta synodus: non obstante quocumque indulto, aut privilegio.

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Clement. *Ne in agro* 1. §. *Sane* 2. de stat. monach.

CA-

nerales, ó por otros regulares; permanezcan al cargo y cuidado de los mismos (1228).

CAPITULO X.

Confiesen y comulguen las Religiosas una vez cada mes: nombreles el Obispo Confesor extraordinario: no se guarde la Eucaristia dentro del claustro del Monasterio.

Los Obispos y demás Superiores de los Monasterios de Monjas, tengan particular cuidado de que se les advierta en sus constituciones que se confiesen á lo ménos una vez todos los meses; y reciban la comunion; para que con este saludable socorro se fortalezcan para vencer con valor todas las tentaciones del demonio (1229). Además del Confesor ordinario, el Obispo y otros Superiores ofrezcanlas otro extraordinario dos ó tres veces al año; el qual deba confesar á todas (1230). El Santo Concilio prohibe que el Santisimo cuerpo de Christo se guarde dentro del Coro, ó de los claustros del Monasterio, y no en la Iglesia pública: no obstante qualesquier indulto ó privilegio (1231).

ADDIT. AD NOT. CHIFFLET.

(a) * Consule pro Belgio synod. Camerac. ann. 1586. tit. 20. & Mechlin. ann. 1607. tit. 24.

CAPUT XI.

In monasteriis, quibus imminet cura personarum sæcularium, qui eam exercent, subsint episcopo, & ab eo prius examinentur, certis exceptis.

In monasteriis, seu domibus virorum, seu mulierum, quibus imminet animarum cura personarum sæcularium, præter eas, quæ sunt de illorum monasteriorum, seu locorum familia personæ tam regulares, quam sæculares, hujusmodi curam exercentes, subsint immediate in iis, quæ ad dictam curam, & sacramentorum administrationem pertinent, jurisdictioni, visitationi, & correctioni episcopi, in cujus diœcesi sunt (60) sita. (a) Nec ibi aliqui, etiam ad nutum amovibiles, deputentur, nisi de ejusdem consensu, ac prævio examine, per eum, aut ejus vicarium faciendo, excepto monasterio Cluniacensi cum suis limitibus, & exceptis etiam iis monasteriis, seu locis, in quibus abbates, generales, aut capita ordinum sedem ordinariam principalem habent, atque aliis monasteriis, seu domibus, in quibus abbates, aut alii regularium superiores jurisdictionem episcopalem, & temporalem in parochos, & parochianos exercent: salvo tamen eorum episcoporum (61) jure, qui majorem in prædicta loca, vel personas jurisdictionem exercent.

VARIANTES.

(60) Sita *abest ab edit. Vird. & Rhem.*
(61) Judice, *legitur in edit. Ven.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) * Caus. 18. q. 2. c. *Qui religiosis.* 11.

CA-

CAPITULO XI.

En los Monasterios que tienen afecta cura de personas seculares, los que la exercen estén sujetos al Obispo, y sean ántes exáminados por el mismo: exceptuanse algunos.

En los Monasterios ó Casas de hombres ó mugeres á quienes pertenece cura de almas de personas seculares distintas de las familiares, de aquellos Monasterios ó Lugares, así los Regulares, como los Seculares que exerzan esta cura, estén sujetos inmediatamente, en lo que toca á la expresada cura, y á la administracion de los Sacramentos, á la jurisdicion, visita y correccion del Obispo en cuya Diócesis estén (1232) los dichos Lugares. Ni sean nombrados para este encargo ningunos, aunque se les pueda revocar á voluntad, sin que preceda el consentimiento y el exâmen del mismo Obispo, que hará por sí ó su Vicario (1233), exceptuandose el Monasterio de Cluny con sus límites, y asimismo aquellos Monasterios ó Lugares en los quales los Abades, Generales ó Superiores de las Ordenes tienen su residencia ordinaria y principal, como tambien varios Monasterios ó Casas, cuyos Abades ú otros Superiores de los Regulares exercen jurisdicion episcopal y temporal en los Párrocos y parroquianos (1234): salvo no obstante el derecho de aquellos Obispos que gozan de mayor jurisdicion en los enunciados lugares ó personas (1235).

ANIMADV. IN NOTAS CHIFFLET.

(a) * Can. *Qui religiosis* 11. caus. 18. q. 2. est suppositítius.

CAPUT XII.

Censuræ episcopales, & dies festi in diœcesi indicti, serventur etiam à regularibus.

Censuræ, & interdicta, nedum à sede apostolica emanata, sed etiam ab ordinariis promulgata, mandante episcopo, (*a*) à regularibus in eorum ecclesiis publicentur, atque serventur. (*b*) Dies etiam festi, quos in diœcesi sua servandos idem episcopus præceperit, ab exemptis omnibus, etiam regularibus, serventur.

CAPUT XIII.

Controversias de præcedentia componat episcopus. Exempti non in strictiori clausura viventes, ad publicas processiones accedere compellantur.

(*c*) Controversias omnes de præcedentia, quæ persæpe maximo cum scandalo oriuntur inter ecclesiasticas personas tam sæcualres, quam segulares, cum in processionibus publicis, tum in iis, quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus, & in deferenda umbella, & aliis similibus, episcopus, amota omni appellatione, & non obstantibus quibuscumque, componat. Exempti autem omnes, tam clerici sæculares, quam regulares, quicumque, etiam monachi, ad publicas processiones vocati, accedere compellantur; iis tantum exceptis, qui in strictiori clausura perpetuo vivunt.

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Clement. *Ex frequentibus* 1. de sent. excomm. (*b*) Dist. 12. c. *De his* 13. Vide const. Pii 5. *Cum primum* 1566. (*c*) Vide bullam Pii 5. 1568. *Divina*; & Gregorii 13. 1588. *Exposcit.*

CA-

CAPITULO XII.

Guarden tambien los Regulares las censuras episcopales, y las festividades de la Diócesis.

Los Regulares, mandandolo el Obispo, publiquen en sus Iglesias, y observen las censuras y entredichos que dimanen, no solo de la Silla Apostólica, sino los promulgados por los Ordinarios. Guardense tambien por todos los exêntos, aunque sean Regulares, los dias de fiesta que el mismo Obispo mandare observar.

CAPITULO XIII.

Componga el Obispo las disputas sobre precedencia. Los exêntos que no viven en rigurosa clausura sean obligados á asistir á las Procesiones públicas.

El Obispo, sin embargo de qualquiera apelacion ú otro obstaculo, componga todas las disputas sobre precedencia (1238) que con grande escandalo se originan freqüentemente entre personas Eclesiásticas, así Seculares como Regulares, ya sea en las Procesiones públicas, ya en los entierros, en llevar el palio, y ya en otras ocasiones semejantes. Y todos los exêntos, tanto los Clérigos Seculares como qualesquiera Regulares, aunque sean Monges, sean apremiados (1239), siendo convocados, á asistir á las Procesiones públicas; exceptuandose unicamente los que viven siempre en la mas estrechas clausura (1240).

CAPUT XIV.

Regulari publice delinquenti pœna à quo irroganda sit.

(*a*) Regularis, non subditus episcopo, qui intra claustra monasterii degit, & extra ea ita notorie deliquerit, ut populo scandalo sit; episcopo instante, à suo superiore intra tempus, ab episcopo præfigendum, severe puniatur; ac de punitione episcopum certiorem faciat: (*b*) sin minus, à suo superiore officio privetur; & delinquens ab episcopo puniri possit.

CAPUT XV.

Professio non fiat nisi anno probationis exacto, & decimo sexto ætatis expleto.

* In quacumque religione, tam virorum, quam mulierum professio non fiat ante decimum sextum annum expletum; nec qui minori tempore, (*c*) quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit, (62) ad professionem admittatur. (*d*) Professio autem antea facta, sit nulla; nullamque inducat obligationem ad alicujus regulæ, vel religionis, vel ordinis observationem, aut ad alios quoscumque effectus.

CA-

VARIANTES.

(62) *Verba* : ad professionem *absunt ab edit. Vird. & Rhem.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Super hujus decreti executione etat. const. Clementis 8. *Suscepti muneris* 1596. (*b*) Cap. *Ea quo pro* ult. ✠ de stat monach. (*c*) Caus. 17. q. 2. c. *Gonsaldus* 1. Cap. *Ad apostolicam* 16. ✠ de regular. Cap. *Non so-*

CAPITULO XIV.

Quien ha de castigar al Regular que delinque públicamente.

El Regular no sujeto al Obispo que vive dentro de la clausura del Monasterio, si fuera de ella delinquiere tan notoriamente, que cause escandalo al pueblo; sea castigado severamente (1241) por su Superior á instancia del Obispo, y en el tiempo que este señale; y deba el referido Superior dar parte del castigo al Obispo (1242): de lo contrario sea privado de oficio por su Superior (1243); y pueda el Obispo castigar al delinqüente.

CAPITULO XV.

No se haga la profesion sino pasado el año del noviciado, y á los diez y seis años de edad cumplidos.

En qualquier Religion, así de hombres como de mugeres, no se haga la profesion ántes de los diez y seis años cumplidos (1246); ni sea admitido á profesar el que hubiere estado en el noviciado ménos tiempo que el de un año despues de tomado el habito. La profesion hecha ántes sea nula (1247); y no induzca obligacion alguna de observar regla religiosa ú órden ninguna, ni produzca ningun otro efecto.

CA-

solum 2. de regular. in 6. (*d*) Cap. *Ad nostram* 8. cap. *Cum virum* 12. & cap. *Postulasti* 21. ⁂ de regular. Cap. *Is qui monasterium* 1. de regular. in 6.

ADDIT. AD NOT. CHIFFLET.

(*) Vide pro Belgio edict. 18. April. 1772. art. 4. & 5. quod 25. annos expletos requirit.

CAPUT XVI.

Renuntiatio aut obligatio facta ante duos menses proximos professioni, sit nulla. Finita probatione, novitii aut profiteantur, aut ejiciantur. In religione clericorum societatis Jesu nihil innovatur. Ne quid ex bonis novitii monasterio tribuatur ante professionem.

Nulla quoque renuntiatio, aut obligatio, antea facta, etiam cum juramento, vel in favorem cujuscumque causæ piæ, valeat, nisi cum licentia episcopi, sive ejus vicarii, fiat intra duos menses proximos ante professionem; ac non alias intelligatur effectuum suum sortiri, nisi secuta professione: aliter vero facta, etiam si cum hujus favoris expressa renuntiatione, etiam jurata, sit irrita, & nullius effectus. (*a*) Finito tempore novitiatus, superiores novitios, quos habiles invenerint, ad profitendum admittant; aut è monasterio eos ejiciant. Per hæc tamen sancta synodus non intendit aliquid innovare; aut prohibere, quin (*b*) religio clericorum societatis Jesu, juxta pium eorum institutum, (*c*) à sancta sede apostolica approbatum, Domino, & ejus ecclesiæ inservire possint: sed neque ante professionem, excepto victu, & vestitu, novitii, vel novitiæ illius temporis, quo in probatione est, quocumque prætextu, à parentibus, vel propinquis, aut curatoribus ejus monasterio aliquid ex bonis ejusdem tribuatur: ne hac occasione discedere nequeat, quod totam, vel majorem

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Cap. *Cum causam* 27. ℣ de elect. (*b*) Vide const. Gregorii 8. *Ascendente Domino* 1584. (*c*) Vide bullam Paulli 3. *Regimini* 1540. & Julii 3. *Exposcit* 1550.*

CAPITULO XVI.

La renuncia ú obligacion hecha ántes de los dos meses inmediatos á la profesion sea nula. Concluido el noviciado los novicios, ó profesen, ó sean despedidos. Nada se innova en el instituto de los Clérigos de la Compañía de Jesus. Se prohibe dar cosa alguna al Monasterio de los bienes del novicio ántes de la profesion.

Asimismo no valga ninguna renuncia ú obligacion hecha ántes de la profesion, aun con juramento, ú en favor de qualquier causa pia, no haciendose con licencia del Obispo ó su Vicario dentro de los dos meses inmediatos y anteriores á la profesion (1248); y no de otro modo se entienda surtirá su efecto, sino verificada esta (1249): y la que se execute de otro modo, aunque sea renunciando expresamente este beneficio, no obstante que sea jurada, sea irrita (1250) y de ningun efecto. Concluido el tiempo del noviciado, los Superiores admitan á hacer profesion á los novicios en quien vieren las qualidades que se requieren, ó si no despidanlos (1251) del Monasterio. Sin embargo, el Santo Concilio no intenta por este Decreto innovar cosa alguna; ó prohibir en la Religion de los Clérigos de la Compañía de Jesus, que conforme á su piadoso instituto, aprobado por la Silla Apostólica, puedan servir (1252) al Señor y á su Iglesia. Antes de la profesion, los padres, parientes ó curadores del novicio ó novicia no den con ningun pretexto cosa alguna de los bienes de estos al Mo-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(c) * Vide breve Clementis 14. *Dominus ac redemptor* 21. Julii 1773. & in Belgio litter. regias pro ejus execut. 13. Septemb. 1773.

rem partem substantiæ suæ monasterium possiuc..t; nec facile, si discesserit, id recuperare possit: quin potius præcipit sancta synodus sub anathematis pœna dantibus, & recipientibus, ne hoc ullo modo fiat; & ut abeuntibus ante professionem (*a*) omnia restituantur, quæ sua erant. Quod ut recte fiat, episcopus, etiam per censuras ecclesiasticas, si opus fuerit, compellat.

CAPUT XVII.

Puella major duodecim annis, si habitum regularem suscipere voluerit, exploretur ab ordinario, iterumque ante professionem.

(*b*) Libertati professionis virginum Deo dicandarum prospiciens sancta synodus, statuit, atque decernit, ut si puella, quæ habitum regularem suscipere voluerit, major duodecim annis sit; non ante, eum suscipiat, nec postea ipsa, vel alia professionem emittat, quam (*c*) exploraverit episcopus, vel, eo absente, vel impedito, ejus vicarius, aut aliquis eorum sumptibus ab eis deputatus, virginis voluntatem diligenter, (*d*) an coacta, an seducta sit, an sciat, quid agat: & si voluntas ejus pia, ac libera cognita fue-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) * Caus. 17. q. 2. c. *Si quis* 3. (*b*) Cap. *Cum virum* 12. ✠ de regular. (*c*) Caus. 20. q. 1. c. *Illud autem* 10. (*d*) Cap. *Nullus* 1. ✠ de regular. *

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(*a*) * Can. *Si quis* 3. caus. 17. q. 2. perperam apud Gratianum laudatur sub nomine Bonifacii. Desumptus est ex *capitular. lib.* 5. *cap.* 380. Similia reperies in *Novel.* 123. *cap.* 35. (*c*) * Can. *Illud autem* 10. caus. 20. q. 1. nullo modo pertinere potest ad Marcellum papam. Facile tene-

brio

Monasterio, á excepcion del gasto de comida y vestido durante el tiempo que estén en el noviciado: á fin de que el poseer el Monasterio toda ó la mayor parte de su hacienda, no sea motivo para no poder salir, ni de que saliendo no puedan recobrarla facilmente; ántes bien manda el Santo Concilio, só pena de excomunion, á los que dán y reciben, que esto no se haga por ningun término (1253); y que á los que salen ántes de la profesion, se les devuelva todo (1254) lo que era suyo. Y para que esto se cumpla puntualmente, obligue á ello el Obispo, aun con censuras eclesiásticas en caso necesario (1255).

CAPITULO XVII.

El Ordinario explore la doncella mayor de doce años, si quisiere tomar el habito religioso, y segunda vez ántes de que profese.

Mirando el Santo Concilio por la libertad de la profesion de las Vírgenes que se han de consagrar á Dios, establece y decreta, que si la doncella que quisiere tomar el habito religioso es mayor de doce años; no lo reciba (1256) ántes, ni despues la misma ú otra qualquiera haga profesion sin que el Obispo, ó por su ausencia ó impedimento su Vicario, ó alguno que estos nombren á su costa, explore cuidadosamente la voluntad de la doncella, si ha sido violentada, seducida (1257); y si sabe lo que hace: y reconociendo que su intencion es pia-

do-

brio quisquam, ementito Marcelli nomine, quæ de pueris inter clericos adsciscendis legerat in can. 1. conc. Toletani 2. ad monachos producere voluit. (d) * Vide pro Belgio synod. Camerac. ann. 1586. tit. 20. & Mechlin. ann. 1607. tit. 24.

fuerit; haberitque conditiones requisitas juxta monasterii illius, & ordinis regulam; nec non monasterium fuerit idoneum; libere ei profiteri liceat. Cujus professionis tempus ne episcopus ignoret; teneatur præfecta monasterio eum ante mensem certiorem facere. Quod si præfecta certiorem episcopum non fecerit; quamdiu episcopo videbitur, ab officio suspensa sit.

CAPUT XVIII.

Ne quis, præterquam in casibus à jure expressis, cogat mulierem ad ingrediendum monasterium, aut ingredi volentem prohibeat. Pœnitentium, seu convertitarum constitutiones serventur.

Anathemati sancta synodus subjicit omnes, & singulas personas, cujuscumque qualitatis, vel conditionis fuerint, tam clericos, quam laicos, sæculares, vel regulares, atque etiam qualibet dignitate fungentes, si quomodocumque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcumque mulierem invitam, (*a*) præterquam in casibus in jure expressis, ad ingrediendum monasterium, vel ad suscipiendum habitum cujuscumque religionis, vel ad emittendam professionem; quique consilium, auxilium, vel favorem dederint; quique scientes eam non sponte ingredi monasterium, aut habitum suscipere, aut professionem emittere; quoquo modo eidem actui vel præsentiam, vel consensum, vel auctoritatem interpo-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Cap. *Significat* 18, & cap. *Gaudemus* 19. ff de conv. conjung.

dosa y libre; y además de eso, que tiene las condiciones que requiere la regla del Monasterio y Orden; y siendo asimismo Monasterio idoneo; pueda profesar libremente. Y para que el Obispo no ignore el tiempo de la profesion; deba la Prelada del Monasterio ponerlo un mes ántes en su noticia (1258). Pero si la Prelada no se lo avisare al Obispo; suspendala (1259) este de oficio por el tiempo que le pareciere.

CAPITULO XVIII.

Nadie obligue sino en los casos que expresa el derecho á ninguna muger á entrar en Monasterio, ó impida á la que quiera entrar en él. Guardense las constituciones de las penitentes ó arrepentidas.

El Santo Concilio impone la pena de anatema á todas y cada una de las personas, de qualquier calidad ó condicion que fueren, así Clérigos como Legos, Seculares ó Regulares, ó que gozen de qualquier dignidad, que de algun modo obligaren á alguna doncella, viuda, ú otra qualquier muger, á entrar por fuerza en un Monasterio, ó á recibir el habito de qualquier Religion, ó hacer profesion, excepto en los casos que expresa el derecho (1260); y á las que dieren consejo, auxilio ó favor (1261); como tambien á las que sabiendo que no entra voluntariamente en el Monasterio, ó recibe el habito ú hace profesion; concurrieren á aquel acto con su presencia, consentimiento ú autoridad (1262). A este tenor impone tambien la pena de anatema á los que impidieren (1263) de alguna manera y sin justa causa el santo deseo de las Vírgenes, ú otras mugeres, de tomar el habito, ó de hacer los votos. Y todas estas cosas

posuerint. (a) Simili quoque anathemati subjicit eos, qui sanctam virginum, vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi, vel voti emittendi, quoquo modo sine justâ causa impedierint. Eaque omnia, & singula, quæ ante professionem, vel in ipsa professione fieri oportet, serventur non solum in monasteriis subjectis episcopo, sed & in aliis quibuscumque. (b) Ab his tamen excipiuntur mulieres, quæ pœnitentes, aut convertitæ appellantur, in quibus constitutiones earum serventur.

CAPUT XIX.

Quomodo procedendum sit in causis prætensæ invaliditatis professionis.

Quicumque regularis (c) prætendat, se per vim, & metum ingressum esse religionem; aut etiam dicat, ante ætatem debitam professum fuisse; aut quid simile; velitque habitum dimittere quacumque de causa; aut etiam cum habitu discedere sine licentia superiorum; non audiatur, nisi intra quinquennium tantum à die professionis, & tunc non aliter, nisi causas, quas prætenderit, deduxerit coram superiore suo, & ordinario. (d) Quod si ante habitum sponte dimiserit; nullatenus ad allegandum quamcumque causam admittatur; sed ad monasterium redire cogatur, & tamquam apostata puniatur: interim vero nullo privilegio suæ religionis juvetur. (e) Nemo etiam re-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Conc. Tolet. 3. cap. 10. Caus. 20. q. 2. c. *Puella* 2. Caus. 32. q. 2. c. *Hoc sanctum* 16. (b) Conc. Tolet. 4. cap. 55. (c) * Caus. 20. q. 1. c. *Puellæ* 8. Cap. *Cum virum* 12. ✠ de regular. (d) Conc. Arelat. 1. c. 22. Conc. Arelat. 2. c. 25. * (e) Sess. 14. cap. 11. de ref.

y cada una de ellas, que conviene practicar ántes de la profesion, y al tiempo de ella, guardense, no solo en los Monasterios sujetos al Obispo, sino tambien en qualesquiera otros (1264). De esto están exceptuadas sin embargo las mugeres llamadas penitentes ó arrepentidas, en las que guardense sus constituciones.

CAPITULO XIX.

Modo de proceder en las causas en que se intenta nulidad de profesion.

Qualquiera Religioso que pretenda haber entrado obligado de la fuerza y del miedo en la Religion; ó asimismo diga haber profesado ántes de la edad prescripta; ú otra cosa semejante; y quiera dexar el habito por qualquier causa; ó irse con él sin pedir licencia á los Superiores; no sea oido, sino solo dentro de los cinco años despues del dia de la profesion (1265), y aun entonces no de otro modo que deduciendo ante su Superior (1266) y el Ordinario las razones que para ello tuviere. Y si ántes dexare voluntariamente el habito, no sea en ninguna manera admitido á alegar ninguna causa; ántes bien obliguesele á volver al Monasterio, y sea castigado (1267) como apostata; sin que pueda entretanto valerse de privilegio alguno de su Religion (1268). Tampoco pase ningun Regular en virtud de qualquier facultad

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(c) * Can. *Puellæ* 8. caus. 20. q. 1. usque ad ℣. *Ambigi vero* recte adscribitur Leoni magno ad Rusticum Narbonensem scribenti: at à ℣. *Ambigi vero*, usque ad fin. exhibetur glossema quoddam, quod postea in textum irrepsit. (d) * Consule pro Belgio edit. 17. Februar. 1535.

regularis cujuscumque facultatis vigore transferatur ad laxiorem religionem; nec detur licentia cuiquam regulari occulte ferendi habitum suæ religionis.

CAPUT XX.

Superiores ordinum, episcopis non subjecti, inferiora monasteria visitent ac corrigant, etiam commendata.

* Abbates, qui sunt ordinum capita, ac ceteri prædictorum ordinum superiores, episcopis non subjecti, quibus est in alia inferiora monasteria, prioratusve legitima jurisdictio, eadem illa sibi subdita monasteria, & prioratus, suo quisque loco, atque ordine, ex officio visitent, etiam si commendata existant. Quæ cum ordinum suorum capitibus subsint, declarat sancta synodus, in iis, (*a*) quæ alias de visitatione monasteriorum commendatorum definita sunt, non esse comprehensa: teneanturque quicumque prædictorum ordinum monasteriis præsunt, prædictos visitatores recipere, & illorum ordinationes exequi. Ipsa quoque monasteria, quæ sunt ordinum capita, juxta sanctæ sedis apostolicæ, & cujusque ordinis constitutiones visitentur. Et quamdiu durabunt hujusmodi commendæ, priores claustrales, aut in prioratibus conventum habentibus, (63) subpriores, qui correctiones, & spirituale regimen exercent,

VARIANTES.

(63) Superiores, *edit. Antv-Sylv. Lov-Bog. Antv. & Col.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 21. cap. 8. de ref.

tad á otra Religion ménos estrecha, ni se conceda permiso á ningun Regular de llevar oculto el habito de su Religion (1269).

CAPITULO XX.

Los Superiores de las Ordenes no sujetos á los Obispos, visiten y corrijan los Monasterios inferiores, aun los dados en encomienda.

Los Abades que son Prelados de Ordenes, y los demás Superiores de las referidas Ordenes no sujetos á los Obispos, y que tienen jurisdicion legítima en otros Monasterios inferiores ó Prioratos, visiten cada uno por razon de su oficio, y en su correspondiente tiempo y por su órden, los mismos Monasterios y Prioratos que dependen de ellos (1270), aunque sea de los dados en encomienda; los quales por razon de estar sujetos á los Prelados de sus Ordenes, declara el Santo Concilio no están comprehendidos (1271) en lo determinado por él acerca de la visita de los Monasterios encomendados: y estén obligados todos los Prelados de los Monasterios de dichas Ordenes á recibir á los citados Visitadores, y executar sus mandatos (1272). Sean tambien visitados (1273) los mismos Monasterios que son cabezas de Ordenes, con arreglo a las Constituciones de la Santa Sede Apostólica, y de cada Orden. Y mientras duren semejantes encomiendas, los Capítulos generales ó los Visitadores de las mismas Ordenes nombren

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(*) Vide pro Belgio decret. 29. Octob. 1766.

cent, à capitulis generalibus, vel ipsorum ordinum visitatoribus instituantur. In ceteris omnibus præfatorum ordinum privilegia, & facultates, quæ ipsorum personas, loca, & jura concernunt, firma sint, & illæsa.

CAPUT XXI.

Monasteriis præficiantur religiosi ejusdem ordinis.

Cum pleraque monasteria, (a) etiam abbatiæ, prioratus, & preposituræ ex mala eorum, quibus commissa fuerunt, administratione non levia passa fuerint tam in spiritualibus, quam temporalibus, detrimenta; cupit sancta synodus ea ad congruam monasticæ vitæ disciplinam omnino revocare. Verum adeo dura, difficilisque est præsentium temporum conditio, ut nec statim omnibus, nec commune ubique, quod optaret, remedium possit adhiberi: ut tamen nihil prætermittat, unde prædictis salubriter aliquando provideri possit; primum quidem confidit, sanctissimum Romanum pontificem pro sua pietate, & prudentia curaturum, quantum hæc tempora ferre posse viderit, ut iis, quæ nunc commendata reperiuntur, & quæ suos conventus habent, regulares personæ, ejusdem ordinis expresse professæ, & quæ gregi præire, & præesse possint, præficiantur. (b) Quæ vero in posterum vacabunt, non nisi regularibus spectatæ virtutis, & sanctitatis conferantur. Quo ad vero ea monasteria, quæ capita sunt, ac primates ordinum, sive abbatiæ, sive prio-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Conc. Lateran. sub Leone 10. Sess. 9. de ref. curiæ. (b) Sess. 14. cap. 10. de ref. Clement. *Quia regulares* unic. de suppl. neglig. prælat.

bren (1274) Priores Claustrales ó Superiores en los Prioratos que tienen Convento, para la correccion y direccion espiritual. En todas las demás cosas queden firmes é ilesos (1275) los privilegios y facultades de las mismas Ordenes, concernientes á sus personas, lugares y derechos.

CAPITULO XXI.

Nombrense para Superiores de los Monasterios, Religiosos de la misma Orden.

Como los mas de los Monasterios, aun las Abadías, Prioratos y Preposituras, han experimentado graves males, así en lo temporal como en lo espiritual, por la mala administracion de aquellos á quienes se han encargado; por tanto el Santo Concilio desea reducirlos enteramente á la disciplina propia de la vida monástica. Pero la condicion de los tiempos presentes es tan dura y dificil, que no es posible aplicar un remedio pronto á todos, ni establecer como lo desea un Reglamento que pueda practicarse generalmente: sin embargo, á fin de no omitir medio alguno para que en algun tiempo se pueda proveer saludablemente en lo referido; confia en primer lugar en que el Santísimo Romano Pontífice, movido de su piedad y prudencia, cuidará segun viere lo permitan estos tiempos, que en los Monasterios que actualmente están dados en encomienda, y tienen sus Conventos, se pongan Religiosos que hayan profesado expresamente en la misma Orden, y que puedan dirigir (1276) y mandar el rebaño. Y en quanto á los que vaquen en adelante, no se confieran (1277) sino á Religiosos de conocida virtud y santidad. Pero en

prioratus, filiæ illorum capitum nuncupantur; teneantur illi, qui in præsenti ea in commendam obtinent, nisi sit eis de regulari successore provisum, infra sex menses religionem illorum ordinum propriam solemniter profiteri, aut iis cedere: alias commendæ prædictæ ipso jure vacare censeantur. Ne autem in prædictis omnibus, & singulis fraus aliqua adhiberi possit; mandat sancta synodus, ut in provisionibus dictorum monasteriorum qualitas singulorum nominatim exprimatur: aliterque facta provisio subreptitia esse censeatur: nullaque subsequenti possessione, etiam triennali, adjuvetur.

CAPUT XXII.

Decreta de reformatione regularium ab omnibus executioni demandentur.

Hæc omnia, & singula in superioribus decretis contenta, observari sancta synodus præcipit in omnibus cœnobiis, ac monasteriis, collegiis, ac domibus quorumcumque monacorum, ac regularium, nec non quarumcumque sanctimonialium virginum, ac viduarum, etiam si illæ sub gubernio militiarum, etiam Hierosolymitanæ, vivant, & quocumque nomine appellentur, sub quacumque regula, vel constitutionibus, & sub custodia, vel gubernatione, vel quavis subjectione, aut annexione, vel dependentia cujuscumque ordinis, mendicantium, (64) vel non mendicantium, vel aliorum regularium monacho-

VARIANTES.

(64) *Verba*: vel non mendicantium, *absunt ab edit. Vird. & Rhem.*

quanto á aquellos Monasterios que son cabezas ó primados de las Ordenes, ó se llaman Abadías ó Prioratos, hijas de aquellas cabezas; deban los que al presente las obtienen en encomienda, si no se les hubiere provisto de sucesor Religioso, profesar solemnemente en el término de seis meses en la Religion propia de aquellas Ordenes, ó salir de ellas, de lo contrario se entiendan las dichas encomiendas vacantes *ipso jure*. Y para que en todas las cosas expresadas, y cada una de ellas, no pueda cometerse ningun fraude; manda el Santo Concilio que en las provisiones de los dichos Monasterios se exprese particularmente la qualidad del nombrado; y que se tenga por subrepticia la provision hecha de otro modo: sin que pueda validarla ninguna posesion subsiguiente aun la trienal.

CAPITULO XXII.

Observense los antecedentes Decretos dados sobre la reforma de los Regulares.

El Concilio manda que todas y cada una de las disposiciones contenidas en los anteriores Decretos se guarden en todos los Conventos y Monasterios, Colegios, y Casas de qualesquier Monges y Regulares, y asimismo de las Religiosas, Vírgenes y Viudas, aunque estén baxo de la direccion de las Ordenes Militares, comprehendida la de Jerusalen, y se apelliden con qualquier nombre, y sigan qualquier regla ó constituciones que sean, y vivan baxo la custodia ó gobierno, sujecion, union ó dependencia de alguna Orden mendicante, ó de otros Monges Regulares ó Canónigos qualesquiera: no obstante sus privilegios generales ó particulares, concedidos con qualesquier fórmulas ó expre-

chorum, aut canonicorum quorumcumque: non obstantibus eorum omnium, & singulorum (*a*) privilegiis sub quibuscumque formulis verborum conceptis, ac, mare magnum, appellatis, etiam in fundatione obtentis, nec non constitutionibus, & regulis etiam juratis, atque etiam consuetudinibus, vel præscriptionibus, etiam immemorabilibus. Si qui vero regulares tam viri, quam mulieres sunt, qui sub arctiori regula, vel statutis vivunt, excepta facultate habendi bona stabilia in communi, eos ab eorum instituto, & observantia sancta synodus amovere non intendit. Et quia sancta synodus desiderat, ut omnia, & singula supradicta quamprimum executioni demandentur; præcipit omnibus episcopis, in monasteriis sibi subjectis, & in omnibus aliis, ipis in superioribus decretis (65) specialiter commissis, atque (66) omnibus abbatibus, ac generalibus, & aliis superioribus ordinum supradictorum, ut statim prædicta exequantur. Et si quid executioni mandatum non sit, episcoporum negligentiam concilia provincialia suppleant, & coerceant. Regularium vero capitula provincialia, & generalia, & in defectum capitulorum generalium concilia provincialia per deputationem aliquorum ejusdem ordinis provideant. Hortatur etiam sancta synodus omnes reges, principes, respublicas, & magistratus, & in virtute sanctæ obedientiæ præcipit, ut velint prædictis episcopis, abbatibus, ac generalibus, & ceteris præfectis in superius contentæ reformationis executione suum auxilium, & auctoritatem interponere, quoties fuerint requisiti; ut si-

VARIANTES.

(65) Spiritualiter commissis, *legitur in edit. Vlrd. & Rhem.*
(66) Omnibus *abest ab edit. Vlrd. & Rhem.*

presiones, y llamados *mare magnum*, aunque se les hubiese concedido al tiempo de la fundacion, y sin embargo tambien de las constituciones y reglas aun juradas, y asimismo las costumbres ó prescripciones aun inmemoriales (1280). Y si hubiese algunos Regulares de uno y otro sexô que vivan baxo de una Regla ó Estatutos mas estrechos, el Santo Concilio no intenta apartarlos de su instituto y observancia, exceptuando unicamente la facultad de poseer en comun bienes raices. Y deseando el Santo Concilio se pongan en execucion quanto ántes todas y cada una de las determinaciones antedecentes; manda á todos los Obispos que inmediatamente practiquen (1281) lo referido en los Monasterios á ellos sujetos, y en todos los demás cometidos especialmente á ellos, y á todos los Abades y Generales, y demás Superiores de las dichas Ordenes. Y si estuviese sin executar algo de lo mandado, suplan y corrijan (1282) los Concilios Provinciales la negligencia de los Obispos. Los Capitulos Provinciales y Generales de los Regulares, y en defecto de los Capítulos Generales los Concilios Provinciales provean en esto, diputando algunas personas de la misma Orden. Exhorta tambien el Santo Concilio á todos los Reyes, Príncipes, Repúblicas y Magistrados, y les manda, en virtud de santa obediencia, se sirvan interponer su autoridad, y prestar su auxilio siempre que fuesen requeridos por los mencionados Obispos, Abades, Generales, y demás Prefectos en la execucion de la reforma arriba expresada, á fin de que sin impedimento alguno tengan su debido efecto las

NOTÆ CHIFFLETII.

(n) Vide bullam Pii 4. *In principiis Apostolorum* 1565.

sine ullo impedimento præmissa recte exequantur ad laudem Dei omnipotentis.

Decretum de reformatione.

CAPUT I.

Cardinales, & omnes ecclesiarum prælati modesta supellectili & mensa utantur: consanguineos familiaresve suos ex bonis ecclesiasticis non augeant.

Optandum est, ut ii, qui episcopale ministerium suscipiunt, quæ suæ sint partes, agnoscant; ac se non ad propria commoda, non ad divitias, aut luxum, sed ad labores, & solicitudines pro Dei gloria vocatos esse intelligant. (*a*) Nec enim dubitandum est, & fideles reliquos ad religionem, innocentiamque facilius inflammandos, si præpositos suos viderint non ea, quæ mundi sunt, sed animarum salutem, ac cœlestem patriam cogitantes. Hæc cum ad restituendam ecclesiasticam disciplinam præcipua esse sancta synodus animadvertat; admonet episcopos omnes, ut secum ea sæpe meditantes, factis etiam ipsis, ac vitæ actionibus, quod est veluti perpetuum quoddam prædicandi genus, se muneri suo conformes ostendant; in primis vero ita mores suos omnes componant, ut reliqui ab eis frugalitatis, modestiæ, continentiæ, ac, quæ nos tantopere commendat Deo, (*b*) sanctæ humilitatis exempla petere possint. Quapropter exem-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Cap. *Magnæ* 7. ✠ de vot. & vot. redempt. Cap. *Qualiter & quando* 17. ✠ de accusat. Sess. 22. cap. 1. in princ. de ref. (*b*) Psalm. 101. ℣. 18. Ecclesiastic. 3. ℣. 20. & cap. 35. ℣. 21. Matth. 18. ℣. 3. & 4.

as disposiciones dadas para gloria de Dios todo poderoso (1284).

Decreto de reforma.

CAPITULO I.

Los Cardenales y todos los Prelados de las Iglesias sean moderados en el adorno de sus habitaciones, y en la mesa; no enriquezcan con los bienes de la Iglesia á sus parientes ó familiares.

Es de desear que los que admiten el ministerio Episcopal sepan quales son sus obligaciones; y entiendan que han sido llamados á esta dignidad, no para su propia comodidad, no para adquirir riquezas ó vivir con luxo, sino para trabajar y vigilar para gloria de Dios (1285). Ni debe dudarse que tambien los demás fieles con mas facilidad se inflamarán á la piedad é inocencia de costumbres, si ven que sus Superiores ponen sus pensamientos, no en las cosas del mundo, sino en mirar por la salvacion de las almas, y en contemplar la Patria Celestial. Advirtiendo este Santo Concilio estos puntos como los mas importantes para el restablecimiento de la disciplina eclesiástica; amonesta á todos los Obispos, que reflexionando con freqüencia sobre ellos, se muestren aun con sus mismas obras y acciones, que viene á ser un género de predicacion continua, conformes á su ministerio (1286): pero principalmente arreglen de tal modo su conducta, que los demás puedan tomar de ellos exemplo de frugalidad, modestia, continencia, y de aquella santa humildad que tanto nos recomienda á los ojos de Dios. Por esta causa, imitando á nuestros padres, en el Concilio de Cartago no solamente manda que los Obispos se con-

exemplo patrum nostrorum in (a) concilio Carthaginensi non solum jubet, ut episcopi modesta supellectili, & mensa, ac frugali victu contenti sint; verum etiam in reliquo vitæ genere, ac tota ejus domo caveant, ne quid appareat, quod à sancto hoc instituto sit alienum; quodque non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præ se ferat. (b) Omnino vero eis interdicit, ne ex redditibus ecclesiæ consanguineos familiaresve suos augere studeant: cum & Apostolorum (c) canones prohibeant, ne res ecclesiasticas, (d) quæ Dei sunt, consanguineis donent; sed si pauperes sint, iis ut pauperibus, distribuant, eas autem non distrahant nec dissipent illorum causa: immo, quam maxime potest, eos sancta synodus monet, ut omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquosque carnis affectum, unde multorum malorum in ecclesia seminarium extat, penitus deponant. Quæ vero de episcopis dicta sunt; eadem non solum in quibuscumque beneficia ecclesiastica, tam sæcularia, quam regularia obtinentibus, pro gradus sui conditione observari, (e) sed ad santæ Romanæ ecclesiæ cardinales pertinere decernit: quorum consilio apud sanctissimum Romanum pontificem cum universalis ecclesiæ administratio nitatur, nefas videri potest, non iis etiam virtutum insignibus, ac vivendi disciplina eos fulgere, quæ merito omnium in se oculos convertant.

CA-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) * Conc. Carth. 4. c. 15. ** Dist. 41. c. *Episcopus* 7. Sess. 22. (b) Conc. Antioch. c. 25. Caus. 12. q. 1. c. *Sint manifestæ* 21. c. *Episcopus* 23. & * c. *Res ecclesiæ* 26. Caus. 12. q. 2. c. *Quisquis* 19. (c) Can. vulgo dict. Apostol. 39. & 75. (d) * Caus. 16. q. 1. c. *Quoniam* 68. Cap. *Cum secundum* 16. ℣ de præb. Cap. *Cum ex eo* 34. de elect. in 6. (e) Conc. Lateranen. sub Leone 10. sess. 9. de ref. curiæ.

tenten con un menage modesto y una mesa frugal; sino que tambien en las demás acciones de su vida, y en toda su casa, no muestren nada que sea ageno de este santo instituto; y que no manifieste sencillez, zelo de Dios, y desprecio de las vanidades (1287). Les prohibe asimismo absolutamente el procurar enriquecer con las rentas de la Iglesia á sus parientes ó familiares (1288); pues los Cánones de los Apostoles les prohiben den á sus parientes las cosas eclesiásticas que són de Dios; sino que si fuesen pobres, las repartan entre ellos como pobres; pero que no las distraigan ni disipen por causa de ellos (1289): ántes bien el Santo Concilio les advierte con toda su autoridad, que depongan (1290) enteramente todo este afecto humano para con los hermanos, sobrinos y parientes, el qual es un manantial de muchos males en la Iglsia. Y todo lo dicho hasta aquí acerca de los Obispos; manda lo observen (1291), no solo todos los que obtienen Beneficios Eclesiásticos así Seculares como Regulares, cada uno segun el grado en que se halle, sino tambien los Cardenales de la Santa Iglesia Romana: pues fundandose el régimen de la Iglesia universal en el consejo con que asisten al Santísimo Romano Pontifice puede parecer mal que no resplandezcan en ellos aquellas insignes virtudes y arreglo de vida, que puedan justamente servir de modelo á los demás.

CA-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(a) * Conc. Carth. 4. est supposit. ** Can. *Episcopus* 7 dist. 41. est spur. (b) Can. *Res ecclesiæ* 26 caus. 12. q. 1. est spurius. (c) * Can. *Quoniam* 68. caus. 16. q. 1. pessime apud Gratianum adscribitur Hieronymo. Desumptus videtur ex tenebrione quodam sæculi 9. vel 10. qui in gratiam decimis inhiantium varia commentus est. Non recte itaque post Gratianum Innocentius 3. in cap. *Cum apostolicam* 7. ✠ de his quæ fiunt a præl. sine cons. capiti hunc textum sub Hieronymi nomine laudat.

CAPUT II.

A quibus nominatim decreta concilii solemniter recipi debeant, nec non fidei professio facienda sit.

Cogit temporum calamitas, & invalescentium hæresum malitia, ut nihil sit prætermittendum, quod ad populorum ædificationem, & catholicæ fidei præsidium videatur posse pertinere. (*a*) Præcipit igitur sancta synodus patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis & omnibus aliis, qui de jure, vel consuetudine in concilio provinciali interesse debent, ut in ipsa prima synodo provinciali, post finem præsentis concilii habenda, ea omnia, & singula, quæ ab hac sancta synodo definita, & statuta sunt, palam, recipiant; (*b*) nec non veram obedientiam summo Romano pontifici spondeant, & profiteantur; simulque (*c*) hæreses omnes, á sacris canonibus, & generalibus conciliis, præsertimque ab hac eadem synodo damnatas, (*d*) publice detestentur, & anathematicent. Idemque in posterum quicumque in patriarchas, primates, archiepiscopos, episcoposque promovendi, in prima synodo (67) provinciali, in qua ipsi interfuerint, omnino observent. Quod si quis ex supradictis omnibus, quod absit, renuerit; episcopi comprovinciales statim summum Romanum pontificem admonere sub pœna divinæ indignationis teneantur; interimque ab ejusdem communione abstineant. Ceteri vero omnes sive in præsenti, sive in futurum beneficia ecclesiastica habituri, & qui in synodo diœcesana

VARIANTES.

67) Provinciali *abest. ab edite Vird. & Rhem.*

CAPITULO II.

Quienes principalmente han de recibir solemnemente los Decretos del Concilio, y han de hacer profesion de fé.

La calamidad de los tiempos, y la malicia de las heregías que cada dia van tomando mas fuerza obliga á que no se omita medio alguno que pueda conducir á la edificacion de los pueblos, y defensa de la fe católica. Por esta razon manda el Santo Concilio á los Patriarcas, Primados, Arzobispos, Obispos, y á todos los demás que por derecho ó costumbre deben asistir al Concilio Provincial, que en este mismo primer Synodo provincial que se ha de celebrar despues de concluido el presente Concilio, reciban publicamente (1292) todas y cada una de las materias que por este Santo Concilio se han resuelto y establecido; y asimismo prometan y profesen una verdadera obediencia al Sumo Romano Pontífice; y juntamente detesten en público, y anatematicen (1293) todas las heregías condenadas por los Sagrados Cánones y Concilios generales, y especialmente por este mismo Concilio. Y observen lo mismo enteramente en adelante en el primer Concilio Provincial, á que concurran (1294) todos los que han de ser promovidos á Patriarcas, Primados, Arzobispos y Obispos. Y si alguno de los referidos rehusare, lo que Dios no quiera, hacerlo así; los Obispos Comprovinciales deban, só pena de incurrir en la indignacion divina, dar inmediatamente noticia al Su-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 24. cap. 2. de ref. (*b*) Vide bullam profess. fidei Fii 4. *Injunctum nobis* 1564. (*c*) Vide bullam Clementis 8. *Dominici* 1603. (*d*) Cap. *Damnamus* 2. ℣ de summ. Trinit. Cap. *Sicut alii* 8. & cap. *Excommunicamus* 13. ℣ de hæret.

na convenire debent ; idem , ut supra , in ea synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur, faciant, & observent, alias secundum formam sacrorum canonum puniantur. Ad hæc , omnes ii , ad quos universitatum , & studiorum generalium cura , visitatio, & reformatio pertinet , diligenter curent , ut ab eisdem universitatibus canones , & decreta hujus sanctæ synodi integre recipiantur; ad eorumque normam magistri , doctores , & alii in eisdem universitatibus ea, quæ (*a*) catholicæ fidei sunt , doceant , & interpretentur ; seque ad hoc institutum initio cujuslibet anni solemni juramento obstringant : sed & si aliqua alia in prædictis universitatibus correctione , & reformatione digna fuerint , ab eisdem , ad quos spectat, pro religionis , & disciplinæ eclesiasticæ (68) augmento emendentur , & statuantur. Quæ vero universitates immediate summi Romani pontificis protectioni , & visitationi sunt subjectæ ; has sua beatitudo per ejus delegatos eadem , qua supra , ratione , &, prout ei utilius visum fuerit , salubriter visitari , & reformari curabit.

VARIANTES.

(68) *In omnibus aliis editionibus legitur* augmento.

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 5. cap. 1. de ref.

CA-

Sumo Romano Pontífice ; y entretanto abstenganse de comunicar con el mismo (1295). Todos los que al presente poseen Beneficios Eclesiásticos , ó en adelante los poseyeren , y que deben hallarse presentes al Concilio Diocesano , practiquen y observen lo que arriba se determina, en el primer Concilio que en qualquier tiempo se celebre , de lo contrario sean castigados (1296) segun lo previen en los Sagrados Cánones. Del mismo modo todos aquellos que tienen á su cargo el cuidado, la visita y reforma de las Universidades y Estudios generales cuiden con diligencia que las mismas Universidades reciban íntegramente los Cánones y Decretos de este Santo Concilio; y que con arreglo á ellos, los Maestros Doctores y otras Personas enseñen é interpreten en las referidas Universidades lo que es de fé católica; y que al principio de cada año se obliguen con solemne juramento (1297) á cumplirlo así: si acaso en las citadas Universidades se notasen algunas cosas dignas de correccion y reforma , las personas á quienes corresponde enmiendenlas , y establezcan (1298) lo que convenga para el aumento de la religion y disciplina eclesiástica. Pero respecto á aquellas Universidades que están sujetas inmediatamente á la proteccion y visita del Sumo Romano Pontífice ; cuide (1299) su Beatitud se visiten y reformen utilmente por medio de sus Delegados, del mismo modo antecedente , y como le pareciere mas oportuno.

CA-

CAPUT III.

Excommunicationis gladio caute utendum: ubi executio realis aut personalis fieri potest, à censuris abstinendum: civilis magistratus huic rei non se immisceat.

Quamvis (*a*) excommunicationis gladius nervus sit ecclesiasticæ disciplinæ, & ad continendos in officio populos valde salutaris: sobrie tamen, magnaque circunspectione exercendus est: cum experientia doceat, si temere, aut levibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quam formidari; & perniciem potius parere, quam salutem. Quapropter excommunicationes illæ, (69) quas monitionibus præmissis, (*b*) ad finem revelationis, ut aiunt, aut pro deperditis, seu subtractis rebus ferri solent, (70) à nemine prorsus, præterquam ab episcopo decernantur; & tunc non alias, quam ex re non vulgari, causaque diligenter, (*c*) ac magna maturitate per episcopum examinata, quæ ejus animum moveat; nec ad eas concedendas cujusvis sæcularis, etiam magistratus auctoritate adducatur: sed totum hoc in ejus arbitrio, & conscientia sit positum: quando ipse pro re, lo-

VARIANTES.

(69) Quæ monitionibus *edit. Rom. in 4. Rom-Vat. Rom. 1763. Lov. Dil. & Ven.*

(70) Nemini prorsus, *edit. Vird. & Rhem.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Cap. *Dilecto* 6. de sent. excomm. in 6. Caus. 2. q. 1. c. *Multi* 18. * Caus. 16. q. 2. c. *Visis* 1. Caus. 24. q. 3. c. *Corripiantur* 17. (*b*) Formam præscripsit Pius 5. 27. Junii 1570. in const. *Sanctissimus* * (*c*) * Caus. 11. q. 3. c. *Episcopi* 8. c. *Nemo episcoporum* 41. & c. *Nullus sacerdotum* 42. Cap. *Sacro* 48. ⁂ de sent. excommun. Conc. Aurel. 5. c. 2.

CAPITULO III.

No se use temerariamente de la espada de la excomunion: siempre que pueda hacerse execucion real ó personal evitense las censuras: no se mezcle en esto el Magistrado civil.

Aunque la espada de la excomunion sea el nervio de la disciplina eclesiástica (1300), y muy saludable para contener á los pueblos en su obligacion: sin embargo, se ha de usar de ella sobriamente, y con grande circunspeccion; pues la experiencia enseña, que si se impone temerariamente ó por leves motivos, es despreciada mas que temida; y que mas bien trae daño que beneficio (1301). Por esta razon nadie absolutamente, excepto el Obispo, mande despachar (1302) aquellas excomuniones que precediendo moniciones se acostumbran imponer, á efecto, como dicen, de descubrir las cosas perdidas ó robadas, y en tal caso no de otro modo, sino por asunto no comun, y exâminada cuidadosamente y con mucha madurez por el Obispo la causa (1303) que mueva su animo; y para concederlas no se dexe llevar de la autoridad (1304) de ninguna persona secu-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(*a*) * Can. *Visis* 1. caus. 16. q. 2. desumptus ex epist. Joannis papæ ad Isaac Syracusanum, ut vult Gratianus, est spurius, & rejiciendus cum epistola, quæ circa sæc. 11. vel 12. conficta videtur opera quorumdam monachorum, qui conabantur eludere episcoporum auctoritatem in designandis clericis in capellis sibi subjectis. (*b*) * In Belgio ignotæ sunt, & olim rejectæ litteræ monitoriales cum clausula, *sub pœna excommunicationis*, ad finem revelationis. Vide Espen. *Tradict. de promulg. leg. In append. monum. sub litt. C.* Item *Tract. de recursu ad princip. cap. 6. §. 4.* (*c*) * Eliminanda est è can. *Episcopi* 8. caus. 11. q. 3. vox *baptismatis*, quæ nec in fonte reperitur, & quam contextus non admittit.

loco, persona, aut tempore eas decernendas esse judicaverit. In causis vero judicialibus mandatur omnibus judicibus ecclesiasticis, cujuscumque dignitatis existant, ut quandocumque executio realis, vel personalis in qualibet parte judicii propria auctoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se tam in procedendo, quam definiendo, à censuris ecclesiasticis, seu interdicto: * sed liceat eis, si expedire videbitur, in causis civilibus, ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus, contra quoscumque, etiam laicos, per multas pecuniarias, quæ locis piis, ibi existentibus, eo ipso, quod exactæ fuerint, assignentur; seu per captionem pignorum, personarumque districtionem, per suos proprios, aut alienos executores faciendam; sive etiam per privationem beneficiorum, aliaque juris remedia procedere, & causas definire. Quod si executio realis, vel personalis adversus reos hac ratione fieri non poterit; (*a*) sitque erga judicem contumacia; tunc eos etiam anathematis mucrone, arbitrio suo, præter alias pœnas ferire poterit. In causis quoque criminalibus, ubi executio realis, vel personalis, ut supra, fieri poterit; erit à censuris abstinendum: sed si dictæ executioni facile locus esse non possit; licebit judici hoc spirituali gladio in delinquentes uti; si tamen delicti qualitas, præcedente bina saltem monitione, etiam per edictum, id postulet. * Nefas autem sit sæculari cuilibet magistratui pro-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) * Caus. 17. q. 4. c. *Si quis deinceps* 22. **

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(*) Vide pro Belgio relat. gest. circa conc. Trid. promulg. & recept.

(*a*) * Can. *Si quis deinceps* 22. caus. 17. q. 4. nullatenus cum Gratiano Ale-

cular, aunque sea Magistrado : sino que todo esto quede á su arbitrio y conciencia : quando juzgare expedirlas (1305), hecho cargo del negocio, del lugar, de la persona y tiempo. En quanto á las causas judiciales se manda á todos los Jueces Eclesiásticos, de qualquier dignidad que sean, que siempre que puedan en qualquier parte de la causa proceder por autoridad propia á la execucion real ó personal, se abstengan, así en la instruccion como en la difinicion del proceso, de las censuras eclesiásticas ó del entredicho (1306) : pero seales lícito, si lo juzgaren conveniente, en las causas civiles pertenecientes por alguna razon al fuero eclesiástico, proceder contra todos, aunque sean legos, imponiendo multas pecuniarias (1307), las quales inmediatamente que se cobren, apliquense (1308) á los Lugares Pios allí existentes; ó por embargo de bienes y prision de las personas que mandarán executar por sus propios ó agenos Ministros; ó tambien por privacion de los Beneficios (1309), y por otros remedios de derecho, y sentenciarlas difinitivamente. Pero si usando de este medio no se pudiese verificar la execucion real ó personal contra los reos; y se muestren estos contumaces al Juez (1310); en tal caso podrá herirlos tambien con el rayo de la excomunion á su arbitrio, además de las otras penas. Asimismo en las causas criminales en que podrá hacerse la execucion real ó personal, como vá dicho; no se emplearán censuras : pero si no pudiese verificarse con facilidad la dicha execucion; serále li-

Alexandro 2. papæ adscribendus est, sed potius ad can. 3. conciliabuli Photiani relegandus. ** Consule pro Belgio synod. Camerac. ann. 1586. tit. 22. & edit. ad ejus execut. dat. Item edict. 22. August. 1531. art. 19. & 4. Octob. 1540. art. 7. (*) Consule pro Belgio relat. gestor. circa conc. Trid. promulg. & recept.

prohibere ecclesiastico[illegible], ne quem excommunicet; aut [illegible], ut latam excommunicationem revocet, sub prætextu, quod contenta in præsenti decreto non sint observata; cum non ad sæculares, sed ad ecclesiasticos hæc cognitio pertineat. (a) Excommunicatus vero quicumque, si post legitimas monitiones non resipuerit, non solum ad sacramenta, & communionem fidelium, ac familiaritatem non recipiatur: sed si obdurato animo, censuris annexus, in illis per annum insorduerit; etiam contra eum, tamquam de hæresi suspectum, procedi possit.

CAPUT IV.

Ubi nimius est missarum celebrandarum numerus, provideant episcopi, abbates & generales ordinum, prout expedire judicaverint.

Contingit sæpe in quibusdam ecclesiis vel tam magnum missarum celebrandarum numerum ex variis defunctorum relictis impositum esse, ut illis pro singulis diebus, à testatoribus præscriptis, nequeat satisfieri; vel eleemosynam hujusmodi pro illis celebrandis adeo tenuem esse, ut non facile inveniatur, qui velit huic se muneri subjicere; unde depereunt piæ testantium voluntates; & eorum conscientias, ad quos prædicta spectant, onerandi occasio datur. Sancta synodus, cupiens hæc, ad pios usus relicta, quo plenius, & utilius potest impleri, facultatem dat epis-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Caus. 11. q. 3. c. *Rogo* 25. & c. *Si quis laicus* 26. Cap. *Nuli* 8. cap. *Parochianis* 9. cap. *Cum desideres* 15. & cap. *Si consubrinæ* 55. ✠ de sent. excomm.

licito al Juez usar (1311) contra los delinqüentes de esta espada espiritual; con tal que la naturaleza del delito lo requiera, precediendo dos amonestaciones á lo ménos, aun por edictos (1312). No le sea lícito á ningun Magistrado Secular prohibir al Juez Eclesiástico el que excomulgue á alguno; ó mandar que revoque la excomunion impuesta, baxo del pretexto de no haberse observado las formalidades contenidas en el presente Decreto; pues este conocimiento pertenece, no á los Jueces Seculares, sino á los Eclesiásticos (1313). Qualquier excomulgado que despues de las legítimas moniciones no se enmendare, no solo no sea admitido á los Sacramentos y á la comunion y trato de los fieles; sino que si con animo pertinaz se mantuviere sordo y excomulgado un año; puedase tambien proceder (1315) contra él como sospechoso de heregía.

CAPITULO IV.

Los Obispos, Abades y Generales de las Ordenes Religiosas determinen lo que juzgaren conveniente donde sea excesivo el número de Misas que se ha de celebrar.

Sucede con freqüencia que en algunas Iglesias, ó es tan grande el número de Misas que se han de celebrar, procedidas de varias mandas de los difuntos, que no es posible cumplirlas en los dias señalados por los testadores; ó bien que la limosna dexada para su celebracion es tan corta que no se encuentra con facilidad quien quiera tomarlas á su cargo; de donde nace quedar sin efecto las piadosas voluntades de los testadores (1316); y se dá ocasion de que se agraven las conciencias de los que deben cumplirlas. Por cuyo mo-

ti-

episcopis, ut in synodo diœcesana, itemque abbatibus, & generalibus, ordinum, ut in suis capitulis generalibus, re diligenter perspecta, possint pro sua conscientia in prædictis ecclesiis, quas hac provisione indigere cognoverint, (a) statuere circa hæc, quidquid magis ad Dei honorem, & cultum, atque ecclesiarum utilitatem viderint expedire; ita tamen, ut eorum semper defunctorum commemoratio fiat, qui pro suarum animarum salute legata ea ad pios usus reliquerunt.

CAPUT V.

Servetur conditiones & onera beneficiis injuncta.

Ratio postulat, ut illis, quæ bene constituta sunt, contrariis ordinationibus non detrahatur. Quando igitur ex beneficiorum quorumcumque erectione, seu fundatione, aut aliis constitutionibus, qualitates aliquæ requiruntur; seu certa illis onera sunt injuncta, in beneficiorum collatione, seu in quacumque alia dispositione, eis non derogetur. Idem in præbendis theologalibus, magistralibus, doctoralibus, aut presbyteralibus, diaconalibus, ac subdiaconalibus, quandocumque ita constituta fuerint, observentur, ut eorum qualitatibus, vel ordinibus nihil in ulla provisione detrahatur: & aliter facta provisio surreptitia censeatur.

CA-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Sess. 22. cap. 6. de ref. *

ADDIT. AD NOT. CHIFFLET.

(a) * Vide pro Belgio relat. gestor. circa conc. Trid. promul. & recept.

tivo, deseando el Santo Concilio que se cumplan lo mas plena y utilmente que se puede estas mandas piadosas, confiere facultad á los Obispos para que en el Synodo Diocesano, y asimismo á los Abades y Generales de las Ordenes en sus Capitulos generales, puedan despues de exâminado con madurez el punto, determinar, segun lo dicte su conciencia, en las dichas Iglesias que conocieren necesitan de esta resolucion, lo que sobre este punto juzgaren mas conveniente para honra y culto de Dios y utilidad de las Iglesias; de suerte, no obstante, que siempre se haga conmemoracion de los difuntos que dexaron estos legados pios (1317) para salvacion de sus almas.

CAPITULO V.

Guardense las condiciones y cargas impuestas á los Beneficios.

La razon exîge que no se alteren con disposiciones contrarias las cosas justamente establecidas. Y así siempre que en la ereccion, fundacion de qualesquiera Beneficios, ó en virtud de otras constituciones, se requieren algunas qualidades; ó se les imponen ciertas cargas, no se derogue (1319) á ellas en la colacion de los Beneficios, ó en qualquiera otra disposicion. Observese lo mismo en las Prebendas Lectorales, Magistrales, Doctorales, Presbiterales, Diaconales ó Subdiaconales que estuviesen así establecidas, de manera que de ningun modo se les prive de sus qualidades ú órdenes, quando se provean: pues de lo contrario tengase por subrepticia la provision que se haya hecho.

CA-

CAPUT VI.

Quomodo se gerere debeat episcopus circa visitationem capitulorum exemptorum.

Statuit sancta synodus, ut in omnibus ecclesiis cathedralibus, & collegiatis decretum sub fel. rec. Paulo III. (*a*) quod incipit, *Capitula cathedralium*, observetur non solum, quando episcopus visitaverit; sed & quoties ex officio, vel ad petitionem alicujus, contra aliquem ex contentis in dicto decreto, procedat: ita tamen, ut, cum extra visitationem processerit, infrascripta omnia locum habeant: videlicet, ut capitulum initio cujuslibet anni eligat ex capitulo duos: de quorum consilio, & assensu episcopus, vel ejus vicarius, tam in formando processum, quam in ceteris omnibus actibus usque ad finem causæ inclusive, coram notario tamen ipsius episcopi, & in ejus domo, aut consueto tribunali procedere teneatur. Unum autem tantum sit utriusque votum; possitque alter episcopo accedere. Quod si ambo ab episcopo discordes in aliquo actu, seu interlocutoria, vel definitiva sententia fuerint; tunc intra sex dierum spatium cum episcopo tertium eligant. Et si in electione tertii etiam discordent; ad viciniorem episcopum electio devolvatur; & juxta eam, partem, cum qua tertius conveniet, articulus, in quo erat discordia, terminetur: alias processus, & inde secuta nulla sint, nullosque producant juris effectus. (*b*) In criminibus tamen ex incontinentia provenientibus, de qua in decreto de con-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 6. cap. 4. de ref. Sess. 14. cap. 4. de ref. (*b*) Huj. sess. 25. cap. 14. de ref. Sess. 24. cap. 8. de ref. matrim.

CAPITULO VI.

Como deba proceder el Obispo en la visita de los Cabildos exêntos.

Establece el Santo Concilio, que en todas las Iglesias Catedrales y Colegiatas se guarde (1321) el Decreto expedido en tiempo del Pontífice Paulo III. de feliz memoria, que empieza: *Capitula Cathedralium*, no solo quando el Obispo hiciere la visita; sino todas las veces que proceda (1322) de oficio, ó á peticion de parte contra alguno de los contenidos en el mencionado Decreto: de suerte, no obstante, que quando procediere fuera de visita, tengan lugar todas las prevenciones siguientes: es á saber, que el Cabildo elija al principio de cada año dos de sus individuos: con cuyo consejo y consentimiento el Obispo ó su Vicario deba proceder (1323), así en la formacion del proceso como en todos los demás actos hasta la conclusion de la causa inclusive, siendo esto ante Notario del mismo Obispo, y en su Casa ó Tribunal acostumbrado. Los nombrados no tengan entre los dos mas que un voto: pero pueda el uno de ellos acceder al parecer del Obispo (1324). Y si ambos discordasen del Obispo en algun acto, sea en la sentencia interlocutoria, sea en la difinitiva; en tal caso elijan con el Obispo en el término de seis dias un tercero. Y si discordasen tambien en la eleccion de este tercero; devuelvase la eleccion al Obispo mas cercano; y el artículo en que estaba la discordia decidase segun el dictamen á que se agregue el tercer nombrado; de lo contrario el proceso, y lo que de él se siga sea nulo, y no produzca ningunos efectos de derecho (1325). No obstante en los delitos nacidos de incontinencia de que

concubinariis, & in atrocioribus delictis, depositionem, aut degradationem requirentibus, ubi de fuga timetur, ne judicium eludatur, & ideo opus sit personali detentione, (a) possit initio solus episcopus ad summariam informationem, & necessariam detentionem procedere: servato tamen in reliquis ordine præmisso. In omnibus autem casibus ea ratio habeatur, ut juxta qualitatem delicti, ac personarum, delinquentes ipsi in loco decenti custodiantur. (b) Episcopis præterea ubique is honor tribuatur, qui eorum dignitati par est; eisque in choro, & in capitulo, in processionibus, & aliis actibus publicis sit prima sedes, & locus, quem ipsi elegerint, & præcipua omnium rerum agendarum auctoritas. Qui si aliquid canonicis ad deliberandum proponant; nec de re ad suum, vel suorum commodum spectante agatur: (c) episcopi ipsi capitulum convocent; vota exquirant; & juxta ea concludant. Absente vero episcopo omnino hoc ab iis de capitulo, ad quos hoc de jure vel consuetudine spetat, perficiatur; nec ad id vicarius episcopi admittatur. Ceteris autem in rebus capituli jurisdictio, & potestas, si qua eis competit, & bonorum administratio salva, & intacta omnino relinquatur. * Qui vero non obtinent dignitates, nec sunt de capitulo; hi omnes in causis ecclesiasticis episcopo sub-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Cap. *Qualiter & quando* 24. ☞ de accusat. Cap. *Tuæ* 6. ☞ de præbis. (b) * Conc. Carth. 4. cap. 35. ** Dist. 95. c. *Episcopus in ecclesia* 10. (c) Cap. *Nosit* 4. & cap. *Quanto* 5. ☞ de his quæ fiunt à præl. sin. cons. capit.

ANIMADV. IN NOTAS CHIFFLET. ET ADDIT.

(b) * Conc. Carth. 4. est supposit. ** Can. *Episcopus in ecclesia* 10. dist. 95. est supposit. (*) Vide pro Belgio relat. gestor. circa conc. Trid. promulg. & recept.

hemos hablado en el Decreto de los concubinarios, y en los delitos mas atroces que merecen deposicion ó degradacion en que se teme la fuga, pueda el Obispo por sí solo, para que no se eluda el juicio, y sea necesario detener al delinqüente, proceder desde luego á hacer sumaria informacion (1326), y mandar prender al reo, guardando no obstante en las demás cosas el método arriba prescripto. Sin embargo, en todos los casos cuídese de que estos reos se custodien en lugar decente, segun la calidad del delito y de las personas. Además, á los Obispos rindaseles en todas partes el honor que corresponde á su dignidad; y así en el Coro como en el Cabildo, en las Procesiones, y en los demás actos públicos, tengan el primer asiento y lugar que ellos escojan, y la principal autoridad (1328) en la direccion de todas las cosas. Y si tuvieren que proponer á los Canónigos algun punto que deliberar; y no se trate de cosa perteneciente á su utilidad ó de los suyos: Convoquen los mismos Obispos el Cabildo (1329); recojan los votos; y decidan conforme á ellos. Estando ausente el Obispo, practiquen esto mismo las personas del Cabildo á quienes les corresponde de derecho, ó por costumbre, sin que el Vicario del Obispo (1330) intervenga en ello. En todas las demás cosas la jurisdicion y potestad del Cabildo, si alguna le compete en ellas, y la administracion de los bienes permanezca (1331) salva é intacta. En quanto á los que no gozan de Dignidades, ni son miembros del Cabildo; estén sujetos al Obispo en las causas eclesiásticas: sin que obsten á lo mencionado qualesquier privilegios, aun los que competen por fundacion, costumbres aun inmemoriales, sentencias, juramentos, concordias que solo obliguen á sus autores (1332): exceptuando no obstante en todo

subjiciantur: non obstantibus, quo ad supradicta, privilegiis, etiam ex fundatione competentibus, nec non consuetudinibus, etiam immemorabilibus, sententiis, juramentis, concordiis, quæ tantum suos obligent auctores: salvis tamen in omnibus privilegiis, quæ universitatibus studiorum generalium, seu earum personis sunt concessa. Hæc autem omnia, & singula in iis ecclesiis locum non habeant, in quibus episcopi, aut eorum vicarii ex constitutionibus, vel privilegiis, aut consuetudinibus, sive concordiis, seu quocumque alio jure majorem habent potestatem, auctoritatem, ac jurisdictionem, quam præsenti decreto sit comprehensum: quibus sancta synodus derogare non intendit.

CAPUT VII.

Accessus & regresssus ad beneficia tolluntur: coadjutor quomodo, cui, & ex qua causa concedendus.

Cum in beneficiis ecclesiasticis ea, quæ hæreditariæ successionis imaginem referunt, (a) sacris constitutionibus sint odiosa, & patrum decretis contraria, nemini in posterum (b) accessus, aut regressus, etiam de consensu, ad beneficium ecclesiasticum cujuscumque qualitatis concedatur; nec hactenus concessi suspendantur, extendantur, aut transferantur. Hocque decretum in quibuscumque beneficiis ecclesiasticis, ac etiam cathedralibus ecclesiis, ac in quibuscumque per-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Caus. 8. q. 1. c. *Plerique* 5. & c. *Apostolica* 7. Cap. *Ex transmissa* 7. & cap. *Ad extirpandas* 11. ✠ de fil. presbyt. Cap. *Quia clerici* 6. & cap. *Consuluit* 15. ✠ de jur. patron. Cap. *Ad hæc* 15. ✠ de decim. Conc. Roman. tempore Hilari c. 5. Conc. Lateran. 2. temp. Innocentii 2. c. 16.
(b) Vide const. Pii. 5. *Romani* 1571.

ESCUELA DE ESTUDIOS HISPANO-AMERICANOS
BIBLIOTECA

do los privilegios que están concedidos (1333) á las Universidades en que hay estudios generales, ó á sus individuos. Todo lo referido y cada una de sus partes no tengan lugar en aquellas Iglesias, en las quales los Obispos ó sus Vicarios tienen por constituciones, privilegios, costumbres, concordias, ó por qualquiera otro derecho mayor potestad, autoridad y jurisdicion que la comprehendida en el presente Decreto: á las que no intenta derogar (1334) el Santo Concilio.

CAPITULO VII.

Se quitan los accesos y regresos á los Beneficios. De que modo, á quien y por que causa se ha de conceder coadjutor.

Siendo odioso á las sagradas contituciones, y contrario (1335) á los Decretos de los Padres, todo lo que en Beneficios Eclesiásticos tiene apariencia de sucesion hereditaria, á nadie se le conceda en adelante acceso ó regreso (1336), aun de comun consentimiento, á un Beneficio Eclesiástico de qualquier especie que sea; pero los concedidos hasta ahora no se suspendan, extiendan ó transfieran. Y este Decreto tenga lugar (1337) en qualesquier Beneficios Eclesiásticos, y tambien Iglesias Catedrales, y en qualesquier personas, aunque gocen del honor del Cardenalato. Observese lo mismo en lo sucesivo en las Coadjutorías con futura sucesion; de modo que no se permitan (1338) á ninguno en qualesquiera Beneficios Eclesiásticos. Y si la necesidad urgente de una Iglesia Catedral, ó de un Monasterio, ó alguna evidente utilidad pida que se dé un Coadjutor al Prelado; no se conceda este con facultad de futura su-

personis, etiam cardinalatus honore fulgentibus, locum habeat. In coadjutoriis quoque cum futura successione idem posthac observetur; ut nemini in quibuscumque beneficiis ecclesiasticis permittantur. Quod si quando ecclesiæ cathedralis, aut monasterii urgens necessitas, (*a*) aut evidens utilitas postulet prælato dari coadjutorem; is non alias cum futura successione detur, quam hæc causa prius diligenter à sanctissimo Romano pontifice sit cognita; & qualitates omnes in illo concurrere certum sit, quæ à jure, (*b*) & decretis hujus sanctæ synodi in episcopis, & prælatis requiruntur: alias concessiones super his factæ subreptitiæ esse censeantur.

CAPUT VIII.

In hospitalibus quid servandum sit. Administratorum negligentia à quibus, & qua ratione coercenda.

Admonet sancta synodus quoscumque ecclesiastica beneficia, sæcularia, seu regularia obtinentes, (*c*) ut hospitalitatis officium, à sanctis patribus frequenter commendatum, quantum per eorum proventus licebit, prompte, benigne exercere assuescant; memores, eos, qui hospitalitatem amant, (*d*) Christum in hospitibus recipere. Illis vero, qui hospitalia vulgo nuncupata, seu alia pia loca, ad peregrinorum, infirmorum, senum, pauperumve usum præcipue insti-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 21. cap. 6. de ref. Caus. 7. q. 1. c. *Scripsit* 1. & c. *Quamvis* 14. (*b*) Sess. 7. cap. 1. & 3. de ref. Sess. 22. cap. 2. de ref. (*c*) Dist. 42. c. *Quiescamus* 2. Dist. 85. c. *Archidiaconum* 1. Dist. 89. c. *Volumus* 2.* Caus. 12. q. 2. c. *Mos est* 30.** Caus. 16. q. 1. c. *Quoniam* 68. (*d*) Matth. 25. ℣. 35.

sucesion, sin que se conozca ántes con mucho cuidado el motivo por el Santísimo Romano Pontífice; y conste que concurren en él todas las qualidades que el derecho y decretos de este Santo Concilio requieren (1339) en los Obispos y Prelados: de lo contrario las concesiones que se hagan sobre este particular tenganse por subrepticias (1340).

CAPITULO VIII.

Qué se ha de observar en los Hospitales. Por quienes y con que motivo se ha de castigar la negligencia de los administradores.

El Santo Concilio amonesta á todos los que poseen Beneficios Eclesiásticos seculares ó regulares, que se acostumbren en quanto lo permitan las rentas de ellos, á exercer pronta y benignamente el oficio de la hospitalidad, que con tanta freqüencia recomendaron los Santos Padres; acordandose de que los que aman la hospitalidad, reciben á Jesu-Christo en la persona de sus huespedes. Y respecto á los que obtienen en encomienda, administracion, ó por otro qualquier título, ó tambien unidos á sus Iglesias Hospitales, como vulgarmente se llaman, ú otro lugares pios establecidos principalmente para el uso de los peregrinos, enfermos, ancianos ó pobres; ó si las Iglesias Parroquiales, unidas acaso á los Hospita-

ANIMADV. IN NOTAS CHIFFLET.

(c) * Can. *Mos est* 30. caus. 12. q. 2. est spurius, desumptus ex supposititia Gregor. epist. ad Augustinum Anglorum episcopum. ** Can. *Quoniam* 68. caus. 16. q. 1. est spurius, pessime adscriptus Hieronymo. Vide animadvers. ad not. (c) pag. 299.

tituta, in commendam, administrationem, aut quemcumque titulum, aut etiam ecclesiis suis unita, obtinent; vel si ecclesiæ parochiales, hospitalibus forte unitæ, aut in hospitalia erectæ, earumque patronis in administrationem concessæ sint; præcipit omnino, ut impositum illis onus officiumve administrent, atque hospitalitatem, quam debent, ex fructibus, ad id deputatis, actu exerceant, (*a*) juxta constitutionem concilii Viennensis, alias in hac eadem synodo, sub fel. rec. Paulo III. innovatam, quæ incipit, (*b*) *Quia contingit.* Quod si hospitalia hæc ad certum peregrinorum, aut infirmorum, aut aliarum personarum genus suscipiendum fuerint instituta; nec in loco, ubi sunt dicta hospitalia, similes personæ, aut perpaucæ reperiantur; mandat adhuc, ut fructus illorum in alium pium usum, qui eorum institutioni proximior sit, ac pro loco, & tempore utilior, convertantur, prout ordinario cum duobus de capitulo, qui rerum usu peritiores sint, per ipsum deligendis, magis expedire visum fuerit; nisi aliter forte, etiam in hunc eventum, in eorum fundatione, aut institutione fuerit expressum: quo casu, quod ordinatum fuit, observari curet episcopus; aut, si id non possit, ipse, prout supra, utiliter provideat. Itaque si prædicti omnes, & singuli, cujuscumque ordinis, & religionis, & dignitatis, etiam si laici fuerint, qui administrationem hospitalium habent, non tamen regularibus subjecti, ubi viget regularis observantia, ab ordinario moniti, hospitalitatis munus, adhibitis omnibus, ad quæ tenentur, necessariis, re ipsa obire ces-

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 7. cap. 15. de ref. (*b*) Clement. *Quia contingit* 2. de relig. domib. *

tales, ó erigidas en Hospitales, y concedidas en administracion á sus patronos; el Santo Concilio les manda absolutamente que cumplan con la carga y oficio que les está impuesto, y que exerzan la hospitalidad que deben, empleando las rentas destinadas á este fin, segun la constitucion del Concilio de Viena del Delfinado, que renovó el presente Concilio en tiempo del Papa Paulo III. de feliz memoria, la qual empieza: *Quia contingit* (1341). Pero si estos Hospitales se hubieren fundado para recibir en ellos cierta clase de peregrinos, enfermos ú otras personas; y si en el lugar donde están establecidos no se hallan ningunas ó poquísimas personas de estas; manda asimismo el Santo Concilio, que sus rentas se conviertan (1342) en otra obra pia que mas se acerque al objeto de su fundacion, y sea mas útil, atendidas las circunstancias del pueblo y del tiempo, conforme pareciere mas aproposito al Ordinario (1343) junto con dos individuos del Cabildo, los mas prácticos en esta materia, que él mismo elegirá; á no ser que tal vez en su fundacion ó establecimiento se hubiere expresado para este caso: en el qual cuide el Obispo se guarde lo dispuesto; ó no pudiendo ser, resuelva (1344) él mismo lo que juzgue útil, como arriba vá expresado. Y así, si todos y cada uno de los expresados de qualquier Orden, Religion y Dignidad, y aunque fueren legos, que tienen la administracion de los Hospitales, no estando sujetos á Regulares, en donde se guarda la regular observancia, advertidos por el Ordinario, dexaren efectivamente de cumplir con el cargo de la hospitalidad, y

ADDIT. AD NOT. CHIFFLET.

(b) * Vide pro Belgio relat. gest. circa conc. Trid. promulg. & recept.

cessaverint; non solum per ecclesiasticas censuras, & alia juris remedia ad id compelli possint; sed etiam hospitalis ipsius administratione, curave perpetuo privari possint; aliique eorum loco ab iis, ad quos spectabit, substituantur. Et prædicti nihilominus, etiam ad fructuum restitutionem, quos contra ipsorum hospitalium institutionem perceperunt, quæ nulla eis remissione, aut compositione indulgeatur, in foro conscientiæ teneantur: nec administratio, seu gubernatio hujusmodi locorum uni & eidem personæ ultra (71) triennium deinceps committatur; nisi aliter in fundatione cautum reperiatur: non obstante, quo ad omnia supradicta, quacumque unione, exemptione, & consuetudine in contrarium, etiam immemorabili, seu privilegiis, aut indultis quibuscumque.

CAPUT IX.

Quomodo probandum jus patronatus, & cui deferendum. Patronis quid non liceat. Accessiones beneficiorum liberorum ad ecclesias juris patronatus vetitæ. Patronatus non legitime quæsiti revocandi sunt.

Sicuti legitima patronatuum jure tollere, piasque fidelium voluntates in eorum institutione violare æquum non est: sic etiam ut hoc colore beneficia ecclesiastica in servitutem, quod à multis impudenter fit, redigantur, non est permittendum. Ut igitur debita in omnibus ratio observetur; decernit sancta

VARIANTES.

(71) Biennium *edit. Vird. & Rhem.*

y con todas las condiciones necesarias á que están obligados; no solo puedan ser compelidos á executarlo con censuras eclesiásticas y otros remedios de derecho, sino que tambien se les pueda privar perpetuamente de la administracion y gobierno del mismo Hospital; y sostituyanse otros en lugar de ellos por aquellos á quienes corresponda. Sin embargo, los referidos estén obligados (1346) tambien en conciencia á restituir los frutos que percibieron contra lo prevenido en la fundacion de dichos Hospitales, sin que se les conceda en esta parte ninguna remision ó composicion, con la advertencia, de que en adelante, no estando dispuesta otra cosa en la fundacion, no se confiera por mas de tres años (1347) la administracion ó gobierno de estos lugares á una misma persona: sin que obsten en quanto á todo lo sobredicho ninguna union, exêncion y costumbre contraria aun inmemorial, ó qualesquiera privilegios ó indultos (1348).

CAPITULO IX.

En que forma se ha de probar el derecho de Patronato y á quien se le ha de conferir: que cosas no son lícitas á los Patronos: prohíbense las uniones de Beneficios libres á Iglesias de Patronato. Revoquense los Patronatos adquiridos ilegítimamente.

Así como no es justo (1349) quitar los derechos legítimos de los Patronatos, y violar las piadosas voluntades que los fieles tuvieron en su institucion: del mismo modo tambien no se ha de permitir que con este pretexto se reduzcan á una especie de servidumbre los Beneficios Eclesiásticos, como muchos hacen atrevidamente. Para que en todas las cosas se guarde, pues, el debido

ta synodus, ut titulus juris patronatus sit ex (a) fundatione, vel dotatione; qui ex authentico documento, & aliis jure requisitis ostendatur; sive etiam ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, aliasve secundum juris dispositionem. In iis vero personis, seu (72) communitatibus, vel universitatibus, in quibus id jus plerumque ex usurpatione potius quæsitum præsumi solet, plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiratur. Nec immemorabilis temporis probatio aliter eis suffragetur, quam si, præter reliqua ad eam necessaria, præsentationes, (73) etiam continuatæ, non minori saltem, quam quinquaginta annorum spatio, quæ omnes effectum sortitæ sint authenticis scripturis probentur. * Reliqui patronatus omnes in beneficiis, tam sæcularibus, quam regularibus, seu parochialibus, vel dignitatibus, aut quibuscumque aliis beneficiis, in cathedrali, vel collegiata ecclesia; seu facultates, & privilegia concessa tam in vim patronatus, quam alio quocumque jure nominandi, eligendi, præsentandi ad ea, cum vacant, exceptis patronatibus, super cathedralibus ecclesiis competentibus, & exceptis aliis, quæ ad imperatorem, & reges, seu regna possidentes, aliosque sublimes, ac supremos principes, jura imperii in dominiis suis habentes, per-

VARIANTES.

(72) *Verba*: communitatibus, vel *desunt in edit. Vird. Rhem. Antv. & Col.*

(73) Essent continuatæ, *edit. Vird. & Rhem.*

NOTÆ CIFFLETII.

(a) Sess. 14. cap. 12. de ref. Cans. 16. q. 7. c. *Pia mentis* 26. & * c. *Frigentius* 27. Cap. *Nobis* 24. ✠ de jur. patron.

arreglo, el Santo Concilio determina que el título del derecho de Patronato nazca de fundacion ó dotacion; se pruebe con instrumento autentico, y otras pruebas que el derecho requiere; ó asimismo por multiplicadas presentaciones por un antiquisimo discurso de tiempo, que exceda la memoria de los hombres, ó de otro modo, segun lo dispone el Derecho (1350). Pero en aquellas Personas, Comunidades ó Universidades, de quienes se suele presumir que adquirieron este derecho las mas veces, mas bien por usurpacion que de otra manera, sea necesario hagan una prueba mas plena y exâcta para acreditar la certeza de su título. Ni la prueba de tiempo inmemorial les sufrague á ménos de que además de los requisitos que esta pide, se prueben con documentos autenticos (1351) varias presentaciones aun continuadas por no menor espacio, á lo ménos, que el de cincuenta años, las quales hayan surtido todas su efecto. Todos los demás Patronatos en los Beneficios así Seculares como Regulares, Parroquiales, Dignidades, ú otros qualesquier Beneficios fundados en una Iglesia Catedral ó Colegiata; ó las facultades y privilegios concedidos, sea en virtud del Patronato, como por qualquier otro derecho para nombrar, elegir ó presentar para los dichos Beneficios quando llegan á vacar, excepto los Patronatos en las Iglesias Catedrales, é igualmente los que pertenezcan al Emperador, á los Reyes, ó á los que poseen Reynos, y á los demás Excelsos y Supremos Príncipes que gozan de la soberanía en sus Dominios; como tam-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLETII.

(a) * Can. *Piæ mentis* & can. *Exigentius* 26. & 27. caus. 16. q. 7. sunt spurii, per impostúram Gelasio attributi, & ab Anselmo Lucensi primum editi. (*) Vide pro Belgio relat. gestor. circa conc. Trid. promulg. & recept.

pertinent ; & (a) quæ in favorem studiorum generalium concessa sunt, in totum prorsus abrogata, & irrita (74) cum quasi possessione inde secuta intelligantur. Beneficiaque hujusmodi, tamquam libera, à suis collatoribus conferantur ; ac provisiones hujusmodi plenum effectum consequantur. (b) Ad hæc, liceat episcopo, præsentatos à patronis, si idonei non fuerint, repellere. Quod si ad inferiores institutio pertineat ; ab episcopo tamen, juxta alias statuta ab hac sancta synodo, examinentur : alioquin institutio, ab inferioribus facta, irrita sit, & inanis. Patroni autem beneficiorum, cujuscumque ordinis, & dignitatis, etiam si communitates, universitates, collegia quæcumque clericorum, vel laicorum existant, in perceptione fructuum, proventuum, obventionum quorumcumque beneficiorum, etiam si vere de jure patronatus ipsorum ex fundatione, & dotatione essent, (c) nullatenus, nullave causa, vel occasione se ingerant ; sed illos libere rectori, seu beneficiato, non obstante etiam quacumque consuetudine, distribuendos dimittant. Nec dictum jus patronatus venditionis, aut alio quacumque titulo in alios (d) contra canonicas sanctiones transferre præsumant. Si secus fecerint ; excommunicationis, & interdicti pœnis subjiciantur ; & dicto jure patronatus, ipso jure, privati existant. Insuper accessiones, per viam unionis fac-

VARIANTES.

(74) *Verba* : cum quasi possessione inde secuta *absunt ab edit. Vind. & Rhem.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Sess. 24. cap. 19. de ref. * (b) Sess. 14. cap. 13. de ref. Sess. 24. cap. 18. de ref. (c) Cap. *Ut nostrum* unic. ⁂ ut eccles. benef. sin. demin. conf. (d) Cap. *Quia clerici* 6. & cap. *De jure* 16. ⁂ de jur. patron.

tambien los que están concedidos á favor de los estudios generales, se tengan por abrogados y anulados enteramente con la quasi posesion que de ellos se ha seguido (1352), y semejantes Beneficios puedan conferirlos como libres sus coladores; y sus provisiones produzcan pleno efecto (1353). Además, pueda el Obispo repeler á los presentados por los Patronos si no fueren idoneos (1354). Pero si la institucion pertenece á inferiores; los tales presentados sean sin embargo exáminados por el Obispo con arreglo á lo que tiene ya establecido el Santo Concilio: pues de lo contrario la institucion hecha por los inferiores sea nula y de ningun valor (1355). Se previene que los Patronos de los Beneficios de qualquier Orden y Dignidad aunque sean Comunidades, Universidades, ó qualesquier Colegios de Clerigos ó Legos, no se entrometan absolutamente por ninguna causa ó motivo en cobrar los frutos, rentas y obvenciones de qualesquier Beneficios, aunque sean sus legítimos Patronos por fundacion ó dotacion; ántes bien dexen su distribucion libremente al Rector ó Beneficiado (1356), sin que obste costumbre en contrario. Y no se atrevan á transferir contra las disposiciones Canónicas en otros el referido derecho de Patronato por venta ú otro qualquier título. Si lo contrario hicieren; sean castigados con la pena de excomunion y entredicho; y queden privados (1357) *ipso jure* del derecho de Patronato. Además de esto las agregaciones hechas por via de union de Beneficios libres á las Iglesias sujetas al derecho de Patronato aun

ADDIT. AD NOT. CHIFFLEFII.

(a) * Consule pro Belgio litteras Margaritæ Parmensis 11. Julii 1565.

factæ de beneficiis liberis, ad ecclesias jurispatronatui, etiam laicorum, subjectas, tam parochiales, quam ad alia quæcumque beneficia, etiam simplicia, seu dignitates, vel hospitalia, ita ut prædicta beneficia libera ejusdem naturæ cum iis, quibuscum uniuntur, efficiantur, atque sub jure patronatus constituantur. Hæ si nondum plenarium sortitæ sunt effectum; vel deinceps ad cujusvis instantiam fient, quacumque auctoritate, etiam apostolica, concessæ fuerint, simul cum unionibus ipsis per subreptionem obtentæ intelligantur: non obstante quacumque in iis verborum forma, seu derogatione, quæ habeatur pro expressa: nec executioni amplius demandentur; sed beneficia ipsa unita, cum vacaverint, libere, ut antea, conferantur. (*a*) Quæ vero à quadraginta annis citra factæ, effectum & plenam incorporationem sunt consecutæ; hæ nihilominus ab ordinariis, tamquam à sede apostolica delegatis, revideantur, & examinentur; ac quæ per subreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, simul cum unionibus irritæ declarentur, ac beneficia ipsa separentur, & aliis conferantur. Similiter quoque patronatus quicumque in ecclesiis, & quibuscumque aliis beneficiis, etiam dignitatibus antea liberis, acquisiti à quadraginta annis citra, & in futurum acquirendi, seu ex (75) augumento dotis, seu ex nova constitutione, vel alia simili causa, etiam auctoritate sedis apostolicæ, ab iisdem ordinariis, uti delegatis, ut supra, qui nullius in his facultatibus, aut pri-

VARIANTES.

(75) *In omnibus aliis editionibus legitur* : augmento.

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 7. cap. 6. de ref.

aun laical, sea á Iglesias Parroquiales, ú á otros qualesquier Beneficios, aunque sean simples, ó Dignidades ú Hospitales, de manera que los expresados Beneficios libres vengan á hacerse de la misma naturaleza que aquellos con que se unen, y queden constituidos baxo del derecho de Patronato (1358). Si todavia no han surtido su pleno y entero efecto; ó en adelante se concedieren á instancia de alguno por qualquiera autoridad, aun la Apostólica, entiendanse haberse obtenido con el vicio de subrepcion con sus mismas uniones: sin que á esto obste qualesquier fórmula de palabras que en ellas haya, ó derogacion que se tenga por expresa: y no se lleven en adelante á execucion; sino que los mismos Beneficios unidos en caso de vacar se confieran libremente como ántes (1359). Respecto á las que se consiguieron de quarenta años á esta parte, han tenido efecto y se ha verificado en ellas la entera incorporacion; sin embargo, los Ordinarios como Delegados de la Silla Apostólica revean y exâminenlas; y declaren por nulas las que se hubieren obtenido con subrepcion ú obrepcion, como tambien las uniones; y separense los mismos Beneficios, y confieranse á otros (1360). A este modo los mismos Ordinarios en calidad de Delegados, segun se ha dicho arriba, sin que otro se lo pueda impedir en virtud de sus facultades ó privilegios, reconozcan diligentemente todos los Patronatos que haya en las Iglesias, y en qualesquiera Beneficios, aun en Dignidades ántes libres, adquiridos de quarenta años á esta parte, y que se adquieran en lo sucesivo, ya sea por aumento de dotacion, nueva constitucion, ú otra semejante causa, aun con autoridad de la Sede Apostólica: y los que no hallaren legitimamente establecidos por una evidentísima necesidad de la Iglesia del

privilegiis impediantur, diligenter cognoscantur: & quos non repererint, ob maxime evidentem ecclesiæ, vel beneficii, seu dignitatis necessitatem legitime constitutos esse, in totum revocent; atque beneficia hujusmodi sine damno illa possidentium, & restituto patronis eo, quod ab eis iccirco datum est, in pristinum libertatis statum reducant: non obstantibus privilegiis, constitutionibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus.

CAPUT X.

Judices à synodo designandi, quibus causæ à sede apostolica committantur. Judices omnes breviter causas terminent.

Quoniam ob malitiosam (76) petentium suggestionem, & quandoque ob locorum longinquitatem personarum notitia, quibus causæ mandantur, usque adeo haberi non potest, hincque interdum judicibus, non undequaque idoneis, causæ in partibus delegantur: statuit sancta synodus, in singulis conciliis provincialibus, aut diœcesanis aliquot personas, quæ qualitates habeant, (a) juxta constitutionem Bonifacii VIII. quæ incipit, *Statutum*: & alioquin ad id aptas designari, ut præter ordinarios locorum iis etiam posthac causæ ecclesiasticæ, ac spirituales, & ad

VARIANTES.

(76) Potentium *edit. Antv-Sylv. Lov-Bog. Antv. & Col.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Cap. *Statutum* 11. de resc. in 6. *.

Beneficio ó de la Dignidad, revoquenlos enteramente; y restituyan los dichos Beneficios á su primer estado de libertad sin perjuicio de los que los gocen, y devolviendo á los Patronos lo que hubiesen dado para adquisicion de este derecho : no obstante qualesquier privilegios, constituciones y costumbres aun inmemoriales (1361).

CAPITULO X.

Nombre el Concilio Provincial Jueces, á los quales cometa la Silla Apostólica las causas : determinenlas brevemente.

Como por la maliciosa sugestion de los pretendientes, y á veces por la gran distancia de los lugares no se puede tener una cabal noticia de los sugetos á quienes se comete el conocimiento de las causas, y de aquí sucede, que en ocasiones se nombran Jueces Delegados algunos que no son bastante capaces para el desempeño de este encargo : Establece el Santo Concilio, que en todos los Concilios Provinciales ó Diocesanos se nombren algunas personas que tengan las calidades prevenidas por la Constitucion de Bonifacio VIII. que empieza, *Statutum* : y que por otra parte sean idoneos para esta comision, á fin de que además de los Ordinarios locales se les pueda tambien en adelante cometer (1362) fuera de la Curia Romana á estos el conocimiento de las causas eclesiásticas y espirituales, y pertenecientes al fuero Eclesiástico. Y si entretanto falleciere alguno de los nombra-

ADDIT. AD NOT. CHIFFLET.

(a) * Vide pro Belgio relat. gest. circa conc. Trid. promulg. & recept.

ad forum ecclesiasticum pertinentes, in partibus delegandæ committantur. Et, si aliquem interim ex designatis mori contigerit; substituat ordinarius loci cum consilio capituli alium in ejus locum usque ad futuram provincialem, aut diœcesanam synodum: ita ut habeat quæque diœcesis quatuor saltem, aut etiam plures probatas personas, ac ut supra qualificatas; quibus hujusmodi causæ à quolibet legato, vel nuntio, atque etiam à sede apostolica committantur: alioquin post designationem factam, quam (77) statim episcopi ad summum Roman. pont. transmittant, delegationes quæcumque aliorum judicum aliis, quam his, factæ, surreptitiæ censeantur. Admonet dehinc sancta synodus tam ordinarios, quam alios quoscumque judices, (*a*) ut terminandis causis, quanta fieri poterit brevitate, studeant; ac litigatorum artibus, seu in litis contestatione, seu alia parte judicii differenda, modis omnibus aut termini præfixione, aut competenti alia ratione occurrant.

CAPUT XI.

Locationes quædam bonorum vel jurium ecclesiasticorum prohibentur: quædam factæ irritantur.

Magnam ecclesiis perniciem afferre solet, cum earum bona, representata pecunia, in successorum præ-

VARIANTES.

(77) Statim *abest ab edit. Vird. & Rhem.*

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 24. cap. 20. de ref. Cap. *Finem litibus* 5. & cap. *Venerabilis* 10. ⁂ de dolo & contum. Cap. *Jurgantium* 2. ⁂ de sent. & re judic Cap. *Constitutis* 12. ⁂ de procurat.

brados; sobstituya el Ordinario local con consejo del Cabildo otro en su lugar, hasta el inmediato Concilio Provincial ó Diocesano: de modo que en cada Obispado haya á lo ménos quatro ú mas personas de mérito, y dotadas de las circunstancias anteriormente expuestas: á quienes el Legado, Nuncio, y aun la Silla Apostólica (1363) cometa las causas de esta naturaleza: de lo contrario, verificado este nombramiento, el que los Obispos pondrán inmediatamente en noticia del Sumo Romano Pontífice, considerense por subrepticias (1364) qualesquiera delegaciones dirigidas á Jueces distintos de estos. Amonesta además el Santo Concilio, así á los Ordinarios como á otros qualesquier Jueces, que procuren determinar las causas con quanta brevedad sea posible; y precaver por todos los medios, ya señalando un término prefixo, ya dando otra providencia competente, los artificios (1365) de los litigantes para diferir la contestacion del pleyto ú otra parte del juicio.

CAPITULO XI.

Prohibense varios arrendamientos de los bienes ó derechos eclesiásticos: anulanse algunos ya hechos.

A las Iglesias se les suele seguir un grande daño quando se arriendan á dinero adelantado sus bienes á otros en perjuicio de los sucesores. Por esta razon todos los arrendamientos que se otorguen anticipandose las pagas, de ningun modo se tengan por válidos en detrimento de los sucesores: no obstante qualesquier indulto ó privilegio, ni los tales arrendamientos se confirmen (1366) en la Curia Romana ó fuera de ella. Tampoco sea lícito dar en arrendamiento

las

præjudicium aliis locantur. Omnes igitur hæ locationes, si anticipatis solutionibus fient, (*a*) nullatenus in præjudicium successorum validæ intelligantur: quocumque indulto, aut privilegio non obstante: nec hujusmodi locationes in Romana curia, vel extra eam confirmentur. (*b*) Non liceat etiam, jurisdictiones ecclesiasticas, seu facultates nominandi, aut deputandi vicarios in spiritualibus, locare; nec conductoribus per se, aut alios ea exercere: aliterque concessiones, etiam à sede apostolica factæ, surreptitiæ censeantur. (*c*) Locationes vero rerum ecclesiasticarum, etiam auctoritate apostolica confirmatas, sancta synodus irritas decerni, quas à triginta annis, citra ad longum tempus, seu, ut in nonnullis partibus, (78) ad viginti novem, (79) seu bis viginti novem annos, vocant factas: synodus provincialis, vel deputandi ab ea, in damnum ecclesiæ, & contra canonicas sanctiones contractas fuisse judicabunt.

VARIANTES.

(78) A viginti novem, *edit. Lov-Bog. & Antv-Sylv.*
(79) *Verba*: seu bis viginti novem *absunt ab edit. Rom.* 1763.

CA-

las jurisdiciones Eclesiásticas, ó las facultades de nombrar ó diputar Vicarios en materias espirituales (1367), ni sus conductores puedan exercerlas por sí ó por otros: de lo contrario tenganse por subrepticias (1368) las concesiones, aun las hechas por la Sede Apostólica. El Santo Concilio dá por nulos los arrendamientos de las cosas Eclesiásticas, aun los confirmados por la autoridad Apostólica que se han hecho de treinta años á esta parte por un largo tiempo, ó por veinte y nueve años, ó por dos veces veinte y nueve años, como se acostumbran llamar en algunas partes: el Concilio Provincial, ó las personas que éste nombre, juzgarán haberse contrahido en daño de la Iglesia, y contra las disposiciones Canónicas.

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) * Caus. 10. q. 2. c. *De precariis* 6. (b) Cap. *Præterea* 1. & cap. *Quoniam* 2. ℣ ne præl. vic. suas vel eccles. sub ann. cens. conced. (c) Extrav. *Ambitiosæ* 1. de reb. eccles. non alien. int. comm. *

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(a) * Can. *De precariis* 6. caus. 10. q. 2. perperam apud Gratianum adscribitur alicui concilio Carthaginensi, cum debeatur Lothario. *Leg. Longob. lib.* 3. *tit.* 10. *l.* 2. (c) * Consule pro Belgio synod. Camerac. ann. 1586. tit. 15. & Meclin. ann. 1607. tit. 22. & edicta ad har. execut. data.

CA-

CAPUT XII.

Decimæ integre persolvendæ: eas subtrahentes sive impedientes excommunicandi: rectoribus ecclesiarum tenuiorum pie subveniendum.

(a) Non sunt ferendi, qui variis artibus decimas, ecclesiis obvenientes, subtrahere moliuntur; aut qui ab aliis solvendas temere occupant, & in rem suam vertunt: (b) cum decimarum solutio debita sit Deo: & qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas invadunt. Præcipit igitur sancta synodus omnibus, cujuscumque gradus, & conditionis sint, ad quos decimarum solutio spectat, ut eas, ad quas de jure tenentur, in posterum cathedrali, aut quibuscumque aliis ecclesiis, vel personis, quibus legitime debentur, integre persolvant. (c) Qui vero eas aut subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur. Nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione secuta, absolvantur. Hortatur deinc omnes, & singulos, pro Christiana caritate, debitoque erga pastores suos mu-

ne-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Conc. Matiscon. 2. c. 5. & Ticin. sub Leone 4. sibe Regiaticin. c. 17. * (b) Exod. 22. ℣. 29. Levit. 27. ℣. 30 & 31. Num. 18. ℣. 21. & sqq. Tob. 1. ℣. 6. Malach. 3. ℣. 10. Gratianus §. *His ita* 1. caus. 13, q. 1. post * can. *Ecclesias* 1. (*2) Caus. 16. q. 1. c. *Decimæ* 66. (*3) Caus. 16. q. 7. C. *Decimas Deo* 6. & (*4) can. *Decimas quas* 7. Cap. *Parœchianos* 14. cap. *Ex transmissa* 23. & cap. *Tua* 25. ⁂ de decim. (*5) (c) Caus. 16. q. 7. c. *Omnes decimæ* 5. Cap. *Pervenit* 5. cap. cap. *Non est* 22. *Tua* 25. & cap. *In aliquibus* 32. ⁂ de decim. Clemen. *Religiosi* 1. de decim.

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(a) * Consule pro Belgio decret. 9. Mart. 1769. (b) * Can. *Ecclesias* 1. caus. 13. q. 1. est spurius. (*2) Can. *Decimæ* 66. caus. 16. q. 1. Cæsario Arelatensi, non Augustino est adscribendus. (*3) Can. *Decimas*

Deo

CAPITULO XII.

Paguense íntegramente los diezmos: excomulguese á los que los oculten ó impidan que se paguen: socorrase caritativamente á los Curas de las Iglesias pobres.

No se ha de tolerar á los que con varios fraudes procuran ocultar los diezmos que corresponden á la Iglesia: ó que se apoderan temerariamente de los que han de pagar otros, y convierten en provecho suyo, pues el pago de los diezmos se debe á Dios, y los que rehusaren darlos, ó impiden á los otros el que los dén, usurpan lo ageno (1370). Por esta razon manda el Santo Concilio á todos aquellos á quien corresponde pagar los diezmos, de qualquier grado y condicion que sean, que en adelante satisfagan íntegramente (1371), los que están obligados á pagar de derecho, á la Catedral ó á otras qualesquiera Iglesias ó personas á quienes se deben legítimamente. Y los que los ocultan ó impiden su pago sean excomulgados (1372); y no sean absueltos de este delito sino despues de restituirlos plenamente (1373). Además de esto exhorta á todos y á cada uno á que movidos de la caridad christiana, y de su propia obligacion para con sus Pastores, no sientan (1374) socorrer con liberalidad de los bienes que Dios

Deo 6. caus. 16. q. 7. est obscuro interpreti adscribendus. (*4) Can. *Decimas quas* 7. caus. 16. q. 7. non ad conc. aliquot Moguntinum referendus est, sed ad capitulare Ludovici Pii ann. 829. *Vide capit. lib.* 5. *cap.* 101. & *addit.* 4. *cap.* 101. & 167. Consule pro Belgio synod. Camerac ann. 1586. tit. 14. Item edit. 1. Octob. 1520. 15. Septemb. 1530. 27. Jun. 1544. 7. Jun. 1554. 6. Jun. 1564. 8. Jun. 1596. 4. Jul. 1630. 16. Jul. 1633. 5. Jul. 1650. 25. Maji 1651. 8. Jul. 1653. 10. Jul. 1656. 11. Jul. 1659. & 12. Jul. 1659. (*5) Vide pro Belgio relat. gestor. circa conc. Trid. promulg. & recept.

nere, ut de bonis sibi à Deo collatis, episcopis, & parochis, qui tenuioribus præsunt ecclesiis, large subvenire ad Dei laudem, atque ad pastorum suorum, qui pro eis invigilant, dignitatem tuendam, non graventur.

CAPUT XIII.

Quarta funeralium cathedralibus vel parochialibus ecclesiis persolvatur.

Decernit sancta synodus, ut quibuscumque in locis, jam ante annos quadraginta, (a) quarta, quæ funeralium dicitur, cathedrali, aut parochiali ecclesiæ solita esset persolvi, ac postea fuerit ex quocumque privilegio, aliis monasteriis, hospitalibus, aut quibuscumque locis piis concessa, eadem posthac integro jure, & eadem portione, quæ antea solebat, cathedrali, seu parochiali ecclesiæ persolvatur: non obstantibus concessionibus, gratiis, privilegiis, etiam, mari magno, nuncupatis, aut aliis quibuscumque.

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Tit. de sepultur. ☞ in 6. & Clement. *

ANIMAD. AD NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(a) * De sepultura ejusque juribus in Belgio, consule varia edicta & statuta part. 5. edict. Brab. lib. 1. tit. 4. pag. 36. & sqq. varias bullas, item decret. cardin. quæ cum edictis & placetis habentur part. 3. edict. Brab. lib. 1. tit. 6. pag. 114. & sqq. Part. 3. edict. Flandr. lib. 1. rubr. 1. pag. 18. & 19. Part. 4. lib. 1. rubr. 1. pag. 26. & sqq. Part. 5. lib. 7. rubr. 2. pag. 964. & 965. Synod. Camerac. ann. 1586. tit. 13. Edict. 3. Febr. 1611. 8. Jun. 1654. & 13. Jun. 1657. His junge, quæ reperies part. 4. edit. Brab. lib. 2. tit. 14. pag. 222. & sqq. pro civit. Mechlin. & transact. 28. Februar. 1692. pro territor. Wasiæ. Adde declarat. pro milit. dat. 10. Octob. 1772. & edict. pro iisdem 12. Maji 1773.

CA-

Dios les ha dado, á sus Obispos y Curas Párrocos cuyas Iglesias son de corta renta, para gloria de Dios y para sostener la dignidad de sus Pastores que vigilan por ellos.

CAPITULO XIII.

Paguese á las Iglesias Catedrales ó Parroquiales la quarta de los funerales.

Establece el Santo Concilio que en todos los lugares en que quarenta años hace se acostumbra pagar la quarta de los funerales á la Iglesia Catedral ó Parroquial, y desde entónces se hubiere concedido por qualquier privilegio á otros Monasterios, Hospitales, ú otros establecimientos piadosos, se satisfaga la misma en lo sucesivo íntegra, y en la misma cantidad que ántes era costumbre á la Iglesia Catedral ó Parroquial: no obstante qualesquiera concesiones, gracias, privilegios (1376), aun de los llamados *mare magnum*, ú otras prerogativas sean las que fueren.

CAPUT XIV.

Præscribitur ratio procedendi in clericos concubinarios.

Quam turpe, ac clericorum nomine qui se divino cultui addixerunt, sit indignum, in impudicitiæ sordibus, immundoque concubinatu versari, satis res ipsa, communi fidelium omnium offensione, summoque clericalis militiæ dedecore, testatur. (*a*) Ut igitur ad eam, quam decet, continentiam, ac vitæ integritatem ministri ecclesiæ revocentur; populusque hinc eos magis discat revereri, quo illos vita honestiores cognoverit; prohibet sancta synodus quibuscumque clericis, ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio in domo, vel extra, detinere, aut cum iis ullam consuetudinem habere audeant: alioquin pœnis, à sacris canonibus, vel statutis ecclesiarum impositis, puniantur. Quod si, à superioribus moniti, ab iis se non abstinuerint; tertia parte fructuum, obventionum, ac proventuum beneficiorum suorum quorumcumque, & pensionum (*b*) ipso facto sint privati, quæ fabricæ ecclesiæ, aut alteri pio loco arbitrio episcopi applicetur. Sin vero in delicto eodem cum eadem, vel alia femina perseverantes, secundæ monitioni adhuc non paruerint;

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 24. cap. 8. de ref. Conc. Carth. 3. c. 17. Conc. Nicæn. 1. c. 3. Conc. Matisc. 1. c. 1. Conc. Arelat. 2. c. 3. Conc. Tolet. 2. c. 3. Conc. Bracar. 2. c. 15. Conc. Turon. 2. c. 10. 11. 12. & 13. Conc. Mogunt. temp. Arnulphi, ann. 888. c. 10. & 19. Dist. 32. c. *Interdixit* 16. Dist. 81. c. *Volumus* 24. * *Cum omnibus* 27. & c. *Fœminas* 31. Cap. *Inhibendum* 1. cap. *Si quisquam* 2. cap. *Clericos* 3. cap. *Sicut* 4. cap. *Si autem* 6. cap. *Tua nos* 8. & cap. *A nobis* 9. ✠ de cohab. cleric. & mulier. ** (*b*) Conc. Lateran. 2. sub Innocentio 2. c. 6.

CAPITULO XIV.

Prescríbese el modo de proceder en las causas de los Clérigos Concubinarios.

Quan torpe é indigno (1377) sea del nombre de los Clérigos que se han dedicado al culto divino vivir en el cieno de la impureza, y en un inmundo amancebamiento, lo manifiesta bastante el escándalo general que causan á todos los fieles, y la suma afrenta que de ello recibe el estado clerical. A efecto, pues, de que los Ministros de la Iglesia se reduzcan á aquella continencia y pureza de costumbres que son propias de su estado; y de que el pueblo aprenda de aquí á tenerles tanto mayor respeto, quanto vea que llevan una vida mas casta; prohibe el Santo Concilio á todos los Clérigos tener en sus casas ó fuera de ellas concubinas, ú otras mugeres que puedan causar sospecha, y tener con ellas trato alguno: de lo contrario sean castigados con las penas impuestas (1378) por los Sagrados Cánones, ó los estatutos particulares de las Iglesias. Pero si amonestados por los Superiores no se apartaren de ellas; queden privados *ipso jure* de la tercera parte de los frutos, obvenciones y rentas de qualesquier Beneficios que posean, y pensiones, la qual apliquese á arbitrio del Obispo á la fábrica de la Iglesia, ú á otro lugar pio. Mas si perseverando en el mismo delito con la misma

ANIMAD. IN NOT. CHIFFLET. ET ADDIT.

(a) * Can. *Cum omnibus* 27. dist. 81. adscriptus can. 17. conc. Carth. 3. desideratur tam apud Dionysium exiguum, quam in codice Africanæ ecclesiæ. ** Consule pro Belgio synod. Camerac ann. 1586. tit. 16, & Mechlin. ann. 1607. tit. 18.

rint ; non tantum fructus omnes , ac proventus suorum beneficiorum , & pensiones eo ipso amittant, qui prædictis locis applicentur , sed etiam à beneficiorum ipsorum administratione , quoad ordinarius, etiam uti sedis apostolicæ delegatus , arbitrabitur, suspendantur : & , si ita suspensi , nihilominus eas non expellant ; aut cum iis etiam versentur ; tunc beneficiis, portionibus , ac officiis , & pensionibus quibuscumque ecclesiasticis perpetuo priventur , atque inhabiles, ac indigni quibuscumque honoribus, dignitatibus , beneficiis , ac officiis in posterum reddantur; donec post manifestam vitæ emendationem ab eorum superioribus cum iis ex causa visum fuerit dispensandum. Sed si , postquam eas semel dimiserint , intermissum consortium repetere , aut alias hujusmodi scandalosas mulieres sibi adjungere ausi fuerint , præter prædictas pœnas , (*a*) excommunicationis gladio plectantur. Nec quævis appellatio , aut exemptio, prædictam executionem impediat , aut suspendat: supradictorumque omnium cognitio , non ad archidiaconos , nec (80) decanos , aut alios inferiores, sed ad episcopos ipsos pertineat : qui sine strepitu , & figura judicii , & sola facti veritate inspecta , procedere possint. Clerici vero , beneficia ecclesiastica , aut pensiones non habentes , (*b*) juxta delicti , & contumaciæ perseverantiam , & qualitatem ab ipso episcopo carceris pœna , suspensione ab ordine , ac inhabilitate ad beneficia obtinenda , aliisve modis , juxta sacros canones puniantur. Episcopi quoque quod absit , si ab hujusmodi crimine non absti-

VARIANTES.

(80) Diaconos , *edit. Lov-Bog. Antv. & Col.*

ma muger, ú otra, no obedecieren tampoco á la segunda monicion; no solo pierdan por el mismo hecho todos los frutos y rentas de sus Beneficios, y las pensiones que se aplicarán á los sobredichos lugares, sino que tambien sean suspensos de la administracion de los mismos Beneficios todo el tiempo que disponga el Ordinario, tambien como Delegado de la Silla Apostólica; y si no obstante los suspensos de esta manera no las echan de su compañía; ó tratan con ellas; en este caso sean privados perpetuamente de los beneficios, porciones, oficios y pensiones, qualesquiera Eclesiásticos, y queden inhabiles é indignos de obtener en adelante qualesquier honores, dignidades, beneficios, y oficios; hasta que vista por sus Superiores una manifiesta enmienda de vida, hallen causa para dispensar (1379) con ellos. Pero si despues de haberlas una vez dexado, se atrevieren á volver al trato interrumpido, ó tomar amistad con otras semejantes mugeres escandalosas; sean castigados además de dichas penas con la espada de la excomunion (1380): sin que ninguna apelacion ó excepcion impida ó suspenda (1381) la dicha execucion: y el conocimiento de todas las cosas referidas corresponda, no á los Arcedianos, ni Deanes ú otros inferiores, sino á los Obispos mismos: los quales sin estrépito y figura de juicio, y atendida sola la verdad del hecho, puedan proceder (1382) en el asunto. A los Clérigos que no gocen de Beneficios Eclesiásticos ó Pensiones, castigue-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Conc. Aurelian. 3. c 4. Cap. *Si quisquam* 2. cum 4. sqq. ⁂ de cohab. cleric. & mulier. Cap. *Si concubinæ* 55. ⁂ de sent. excomm. (b) Huj. sess. 25. cap. 6. de ref. Conc. Tolet. 4. cap. 42. 43. & 44. Conc. Tolet. 8. cap. 4. 5. &, 6. Cap. *Si autem* 6. ⁂ de cohab. cleric. & mulier.

tinuerint; & à synodo provinciali admoniti, se non emendaverint; (a) ipso facto sint suspensi: &, si perseverent, etiam ad sanctissimum Romanum pontificem ab eadem synodo deferantur: qui pro qualitate culpæ, (b) etiam per privationem, si opus erit, in eos animadvertat.

CAPUT XV.

Filii clericorum à quibusdam beneficiis & pensionibus arcentur.

Ut (c) paternæ incontinentiæ memoria à locis, Deo consecratis, quos maxime puritas, sanctitasque decet, longissime arceatur; non liceat filiis clericorum, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, in ecclesiis, ubi eorum patres beneficium aliquod ecclesiasticum habent, aut habuerunt, quodcumque, etiam dissimile, beneficium obtinere; (d) nec in dictis ecclesiis quoquo modo ministrare; nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt, habere. (e) Quod si

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Dist. 34. c. *Quorundam* 1. Dist. 81. c. *Si quispiam* 22. Conc. Arelian. 5. c. 3. (b) * Dist. 81. c. *Presbyter* 12. & ** c. *Si quis amodo* 16. (c) Conc. Tolet. 9. cap. 10. Dist. 82. c. *Proposuisti* 2. Caus. 15. q. 8. c. *Cum multæ* 3. (d) Conc. Lateran. 2. sub. Innocentio 2. c. 21. (e) Cap. *Ad præsentiam* 2. & fere tot. tit. X de filiis presbyt.

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(b) * Can. *Presbyter* 12. dist. 81. apud Gratianum exhibet corruptum can. 24. ex iis, qui Apostolorum dicuntur. ** Can. *Si quis amodo* 16. dist. 81. male attribuitur Alexandro 2. scribenti ad episcopos & regem Dalmatiarum. Referendus videtur ad can. 3. conc. Romani ann. 1059. sub Nicolao 2. habiti.

guelos tambien el Obispo segun la calidad del delito, y la duracion de la contumacia, con pena de cárcel (1383), suspension de Orden, é inhabilitacion para obtener Beneficios, y de otros modos conformes á los Sagrados Cánones. Asimismo, si los Obispos, lo que Dios no permita, no se abstuvieren de semejante delito; y amonestados por el Concilio Provincial no se enmendaren, sean suspensos *ipso facto*: y si perseveraren, delateles el mismo Concilio al Santísimo Romano Pontífice, quien castiguelos segun la calidad de la culpa (1384), aun privandoles del Obispado si fuere necesario.

CAPITULO XV.

No sean admitidos á ciertos Beneficios los hijos ilegítimos de los Clérigos.

Para desterrar muy lejos la memoria (1385) de la incontinencia de los Padres de los lugares consagrados á Dios, en donde conviene sumamente la pureza y santidad; no sea lícito á los hijos de los Clérigos que no nacieron de legítimo matrimonio, obtener en las Iglesias en que sus padres tienen ó tuvieron algun Beneficio Eclesiástico ningun Beneficio (1386), aunque sea diferente; ni servir de modo alguno en las dichas Iglesias; ni gozar de pensiones sobre los frutos de los Beneficios que sus padres poseen (1387) ó ántes poseyeron. Y si sucediere haber actualmente en la misma Iglesia un padre y un hijo Beneficiados; obliguesele al hijo á que resigne su Beneficio ó lo permute por otro fuera de aquella Iglesia en el término de tres meses: y no haciendolo así, quede privado de él *ipso jure*, y tengase por subrepticia toda dispensa (1388) que en este par-

si in præsenti pater, & filius in eadem ecclesia beneficia obtinere reperiantur; cogatur filius suum beneficium resignare, aut cum alio permutare extra ecclesiam intra trium mensium spatium: alias ipo jure eo privatus existat, & super iis quæcumque dispensatio subreptitia censeatur. Ad hæc, reciprocæ resignationes, si quæ posthac à parentibus clericis in favorem filiorum fient, ut alter alterius beneficium consequatur, in fraudem hujus decreti, & canonicarum sanctionum factæ omnino censeantur: nec collationes secutæ, vigore hujusmodi resignationum, seu aliarum quarumcumque, quæ in fraudem factæ fuerint, ipsis clericorum filiis suffragentur.

CAPUT XVI.

Beneficia curata non convertantur in simplicia: fructuum congrua portio assignetur vicario exercenti curam animarum.

Statuit sancta synodus, ut ecclesiastica beneficia sæcularia, quocumque nomine appellentur, quæ curam animarum ex primæva eorum institutione, aut aliter quomodocumque retinent, illa deinceps in simplex beneficium, etiam assignata vicario perpetuo congrua portione, non convertantur: non obstantibus quibuscumque gratiis, quæ suum plenarium effectum non sunt consecutæ. In iis vero, in quibus contra earum institutionem, seu fundationem cura animarum in vicarium perpetuum translata est, etiam si in hoc statu ab immemorabili tempore reperiantur, si (a) congrua portio

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Quantitatem portionis declarat Pius 5. const. *Ad exequendum* 1566.*

particular se conceda. Además de eso, todas las resignaciones reciprocas, si algunas se hicieren de aquí adelante por padres Clérigos en favor de sus hijos, á fin de que el uno obtenga el Beneficio del otro, reputense absolutamente hechas en fraude de este decreto, y de las sanciones canónicas (1389): y las colaciones que se hagan en virtud de semejantes resignaciones, ó otras qualesquiera que se hicieren fraudulentamente, de nada aprovechen á los referidos hijos de los Clérigos.

CAPITULO XVI.

Los Beneficios Curados no se conviertan en simples: señalese congrua porcion de frutos al Vicario que exerce la cura de almas.

Establece el Santo Concilio que en lo sucesivo los Beneficios Eclesiásticos Seculares de qualquiera manera titulados, que desde su primera institucion, ó de otro modo conserven la cura de almas, no se conviertan en Beneficios simples, aun señalando porcion congrua á un Vicario perpetuo: sin embargo de qualesquier gracias concedidas que no han surtido su pleno efecto (1390). Pero en aquellos en que contra su institucion ó fundacion se trasladó la cura de almas á un Vicario perpetuo, y se hallan en este estado desde tiempo inmemorial, si no se le hubiere asignado congrua porcion de frutos al Vicario, con qualquier nombre que este se titule, señalesele quanto án-

ADDIT. AD NOT. CHIFFLET.

(a) * Vide pro Belgio synod. Camerac. ann. 1586. tit. 14. Mechlin. ann. 1607. tit. 17. & edict. ad har. execut. dat.

tio fructuum vicario ecclesiæ, quocumque nomine is appelletur, non fuerit assignata; ea quamprimum, & ad minus intra annum à fine præsentis concilii, arbitrio ordinarii, (*a*) juxta formam decreti sub fel. rec. Paulo III. assignetur. Quod si id commode fieri non possit; aut intra dictum terminum factum non erit; cum primum per cessum vel decessum vicarii, seu rectoris, aut quomodolibet alterum eorum vacaverit; beneficium curam animarum recipiat; ac vicariæ nomen cesset; & in antiquum statum restituatur.

CAPUT XVII.

Episcopi dignitatem suam custodiant; nec cum regum ministris, regulis aut baronibus indigna demissione se gerant.

Non potest sancta synodus non graviter dolere, audiens episcopos aliquos, sui status (*b*) oblitos, pontificiam dignitatem non leviter dehonestare; qui cum regum ministris, regulis, & baronibus in ecclesia, & extra, indecenti quadam demissione se gerunt, & veluti inferiores ministri altaris, nimis indigne non solum loco cedunt, sed etiam personaliter illis inserviunt. Quare hæc, & similia detestans sancta synodus, sacros canones omnes, conciliaque generalia,

NOTÆ CHIFFLETII.

(*a*) Sess. 7. cap. 7. de ref. (*b*) Unde conc. Agath. c. 23. & Bracar. 2. c. 6. nec episcopum posteriorem sinunt priori anteponi. Cap. *Quanto* 7. de offic. judic. ordin. Huj. sess. 25. cap. 4. de regular. & monial.

ántes, y á lo ménos dentro de un año despues de la conclusion del presente Concilio á arbitrio del Ordinario, segun la forma del Decreto expedido en tiempo del Pontífice Paulo III. de feliz memoria (1391). Pero si esto no pudiese hacerse comódamente; ó no se hubiere practicado en el término referido; inmediatamente que una de las dos cosas vacare, por cesion ó muerte del Vicario ó del Rector; al Beneficio unasele la cura de almas; cese el nombre de Vicaría, y restituyase todo al estado antiguo.

CAPITULO XVII.

Los Obispos hagan recomendable su dignidad, y no muestren un vil abatimiento á los Ministros de los Reyes, á los Potentados ó Barones.

No puede ménos el Santo Concilio de dolerse amargamente al oir que algunos Obispos olvidados de su estado, deshonran no levemente la dignidad Pontificia; procediendo en la Iglesia y fuera de ella de un modo servil é indecente con los Ministros de los Reyes, Potentados y Barones, y como si fuesen Ministros inferiores del altar, no solamente cometen la gran baxeza de cederles el lugar, sino que tambien les sirven personalmente. Por lo que detestando el Santo Concilio estas y otras cosas semejantes, y renovando todos los Sagrados Cánones, los Concilios generales, y las otras sanciones Apostólicas tocantes al decoro y respeto de la Dignidad Episcopal, manda que en adelante se abstengan los Obispos de semejantes procederes; ordenandoles, que teniendo presentes, así en la Iglesia como fuera de ella, su grado

y

lia, (a) atque alias apostolicas sanctiones ad dignitatis episcopalis decorum, & gravitatem pertinentes renovando, præcipit, ut ab hujusmodi in posterum episcopi se abstineant; mandans eisdem, ut tam in ecclesia, quam foris suum gradum, & ordinem præ oculis habentes, ubique se patres, & pastores esse meminerint; reliquis vero tam principibus, quam ceteris omnibus, ut eos paterno honore, ac debita reverentia prosequantur.

CAPUT XVIII.

Canones exacte serventur: si quando in eis dispensandum, id summa maturitate fiat.

Sicuti (b) publice expedit, legis vinculum quandoque relaxare, ut plenius, evenientibus casibus, & necessitatibus, pro communi utilitate satisfiat: sic frequentius legem solvere, exemploque potius, quam certo personarum, rerumque delectu, petentibus indulgere, nil aliud est, quam unicuique ad leges transgrediendas aditum aperire. (c) Quapropter sciant universi, sacratissimos canones exacte ab omnibus, &, quoad ejus fieri poterit, indistinte observandos. Quod si urgens, juxtaque ratio, & major quandoque utilitas postulaverit, cum aliquibus dispensandum es-

NOTÆ CHIFFLETII.

(a) Huj. sess. 25. cap. 6. de ref. Dist. 63. c. *Valentinianus* 3. * Dist. 95. c. *Episcopus in ecclesia* 10. Dist. 96. c. *Quis dubitet* 9. (*2) c. *Duo sunt* 10. & (*3) c. *Si Imperator* 11. Cap. *Solita* 6. ✠ de major. & obed. (b) Caus. 1. q. 7. c. *Requisitis* 5. & c. *Dispensationes* 16. (c) Dist. 19. c. *Si Romanorum* 1. & * c. *Enimvero* 4. **. Caus. 1. q. 7. c. *Si quis omnem* 2. Cap. *Canonum* 1. ✠ de const.

y órden, se acuerden en todas partes que son Padres y Pastores (1393); y á todos los demas, así Príncipes como otros qualesquiera, que les traten con honor paternal y la debida reverencia (1394).

CAPITULO XVIII.

Guardense exâctamente los Cánones: y siempre que haya de dispensarse en ellos hagase con suma madurez.

Así como conviene al bien público el aflojar muchas veces el vínculo de la ley para conseguir mas plenamente la utilidad comun, acomodandose á los varios accidentes y necesidades que ocurren: del mismo modo, el dispensar con demasiada freqüencia de la ley, y atendiendo mas al exemplo, que á ciertas razones particulares de las personas y de los asuntos, condescender con los que lo piden, no es otra cosa que abrir á todos la puerta á la transgresion de las leyes (1395). Por esta razon, pues, sepase generalmente, que todos deben observar exâcta é indistintamente (1396), en quanto sea posible, los muy Sagrados Cánones. Pero si alguna urgente y justa razon, y alguna mayor uti-

ANIMADV. IN NOT. CHIFFLET.

(a) * Can. *Episcopus in ecclesia* 10. dist. 95. est supposit. (*2) Integrum textum c. *Duo sunt* 10. dist. 96. male adscribit Gratianus Gelasio papæ: tantum enim in epist. Gelasii reperitur usque ad §. *Talibus igitur* 2. Sed integer textus reperitur lib. 8. epist. Gregorii 7. epist. 21. ad Herimann. Metensem. (*3) Can. *Si imperator* 11. dist. 96. Joanni 8. adscriptus, ejus temporibus non convenit. Suspicio est eum referendum esse ad monumenta, quæ Anselmus Lucensis effinxit. (c) * Can. *Enim vero* 4. dist. 19. est spurius. ** Can. *Si quis omnem.* 2. sans. 1. q. 7. congestus est ex variis, & quidem non integris, concilii Nicæni 2. fragmentis.

esse; (*a*) id, causa cognita, ac summa maturitate atque gratis, à quibuscumque, ad quos dispensatio pertinebit, erit præstandum: aliterque facta dispensatio subreptitia censeatur.

CAPUT XIX.

Monomachia, pœnis gravissimis irrogatis, prohibetur.

Antonel. de Regim. Eccles. lib. 6. cap. 29. n. 8. Diaz in Pract. Crimin. in Addit. ad cap. 82. litt. B. Girald. ad Thesaur. de Pœn. Eccles. part. 2. c. 1. verb. Concubinatus. Hurtad. Resol. Moral. tom. I. tract. 1. num. 241. Lauræa in Epitom. Can. verb. Episcopus Concubinarius. Pastor. de Benef. Eccles. lib. 2. tit. 42. num. 43. Vener. in Exam. Episcop. lib. 5. cap. 12. num. 36. Ventrigl. de Jurisdict. Archiepisc. cap. 14. per tot.

1385.

Lotter. de Re Benef. lib. 2. q. 48. n. 177. Pignatel. in Cons. Can. tom. IX. cons. 140. n. 5. Zoesius in Jur. Can. lib. 1. tit. 17. n. 9.

1386.

Antonel. de Regim. Eccles. lib. 3. cap. 7. n. 1. Gavant. in Manual. Episc. verb. Filii Clericorum illegitimi, n. 1. Nicol. in Lucubr. Can. tom. II. lib. 1. tit. 17. n. 11. Romaguera ad Const. Synod. Gerund. lib. 1. tit. 3. cap. 1. num. 1.

1387.

Corrad. in Prax. Benef. lib. 5. c. 6. sub n. 34. et 35. Engel in Jur. Can. lib. 1. tit. 17. num. 2. Konig. in Jur. Can. lib. 1. tit. 14. n. 11. Lauræa in Epit.

Digitized by Google

Epit. Can. verb. Filii Clericorum. Wiestner in Inst. Can. lib. 1. tit. 17. art. 3. num. 301.

1388.

Chochier. de Perm. Benef. part. 1. c. 30. sub n. 1.

1389.

Gavant. in Manual. Episcop. verb. Filii Clericorum illegitimi, n. 20. Lambertin. de Synod. Diœces. lib. 13. cap. 24. num. 13. De Luca in adnot. ad C. F. disc. 49. num. 1.

1390.

Paravicin. in Polyanth. Sacr. Can. verb. Beneficior. translatio, n. 3. pag. 201. Pignatel. in Cons. Can. tom. I. cons. 52. n. 22. Rota in recent. decis. 684. num. 5. part. 3. et decis. 195. num. 26. part. 17. Sabinen. Jurium Parochialium 8. Junii 1736. §. Non obstat. cor. Emin. Millino.

1391.

Vid. Sess. 7. de Reform. cap. 7. num. 2.

1393.

Cucch. in Instit. Major. lib. 3. tit. 6. num. 9. et 10. Engel in Jur. Can. lib. 1. tit. 33. num. 56. Genuens. in Manual. Pastor. cap. 10. num. 4. Laurea in Epitom. Can. verb. Episcopi dignitas. Squillant. de Oblig. et Privil. Episcop. part. 3. cap. 8. n. 2. Zerol. in Prax. Episcop. part. 1. verb. Episcopus, vers. Duodecimò.

1394.

Pignatel. in Cons. Can. tom. I. cons. 7. n. 1.

Digitized by Google

1395.

Vanesp. in Jur. Eccl. Univ. part. 2. tit. 14. n. 2.

1396.

Thomassin. de Vet. et Nov. Eccles. Disciplin. part. 2. lib. 3. cap. 28. sub num. 14. vers. Sed nihil accuratius.

1398.

Alciat. de Singul. Certam. cap. 1. Castil. de Duello in præm. n. 22. Larræa Allegat. Fiscal. 117. n. 8. Prat. Resol. Crimin. respons. 40. n. 2. Reiffenstuel in Teol. Mor. tract. 9. dist. 3. q. 3. n. 42.

1399.

Carol. Scribanius in Polytic. Christian. part. 1. cap. 41. Murga de Sepultur. disquisit. 11. n. 33. Rubeus in adnot. ad decis. 2. §. 4. sub num. 38. part. 3. recent.

1400.

Antonel. de Regim. Eccles. lib. 6. c. 16. n. 2. Engel in Jur. Can. lib. 5. tit. 14. num. 2. Diana. Resol. Moral. part. 2. tract. 8. resol. 21. Gutierrez in Respons. q. 103. n. 20. Lauræa in Epit. Canon. verb. Duellum §. Concedentes. Pastor. de Benef. Eccles. part. 3. tit. 40. n. 49. Petra ad Constit. Apost. tom. I. pag. 315. num. 32. Prat. in Resol. Crimin. respons. 40. num. 15. Raynald. in Observ. Crim. cap. 8. num. 15. pag. 545. Reiffenstuel in Jur. Can. lib. 5. tit. 14. num. 7. Vener. in Exam. Episcop. lib. 5. cap. 8. num. 4.

1401.

Diaz de Practic. Crim. Can. cap. 103. in Addit. Gavant. in Manual. Episcop. verb. Duellum, n. 1. et 2. Gibalin. in Synops. Censur. verb. Duellum,

Digitized by Google

lum, n. 2. et seq. pag. 449. Labbeus in Concil. Gener. tom. XX. cap. 19. litt. B. pag. 192. Sagr. de Censur. lib. 3. cap. 31. num. 11. §. Secundò. Thesaur. de Pœn. Eccles. cap. 3. n. 2. verb. Duellum formatum. Ugolin. de Offic. et Potestat. Episcop. cap. 8. §. 2. num. 1.

1402.

Diana in Resol. Moral. part. 2. tract. 8. res. 21. Engel in Jur. Can. lib. 5. tit. 14. n. 2. Escobar. in Theol. Moral. lib. 49. cap. 12. n. 128. tom. VI. Larræa in Allegat. Fiscal. alleg. 117. n. 35. Lauræa in Epitom. Can. verb. Duellum. Passerin. de Stat. Homin. q. 187. art. 4. n. 99. tom. II. Sanchez in Præcept. Decal. lib. 2. cap. 39. num. 19. Vener. in Exam. Episc. lib. 5. cap. 8. n. 3.

1403.

Antonel. de Regim. Eccles. lib. 6. c. 16. n. 2. Cabassut. in Histor. Concil. pag. 608. n. 91. Capon. Discept. For. 391. n. 9. Fuscus de Visit. cap. 21. num. 44. lib. 2. De Marinis Resol. Quotid. lib. 1. cap. 110. num. 1. Novar. consil. 1. n. 1. tom. II. Pastor. de Benef. Eccles. part. 3. tit. 40. num. 49. Raynald. in Observ. Crimin. tom. I. cap. 9. p. 542. Reiffenstuel in Jur. Can. lib. 5. tit. 14. num. 5. Vermigliol. Consil. Crimin. 194. num. 1. Ugolin. de Offic. et Potest. Episcop. cap. 8. §. 2. n. 2. Vulp. in Prax. For. Eccles. cap. 1. num. 49. Zipæus in Jur. Pontif. lib. 5. tit. Depugnantibus in Duello, num. 2. pag. 471.

1404.

Cucch. in Instit. Major. lib. 4. tit. 12. n. 150. Diana in Resol. Moral. part. 2. tract. 8. resol. 21. Le-

Digitized by Google

Lezana in Quæst. Regular. pag. 186. n. 16. tom. II. Sayr. de Censur. lib. 7. cap. 11. num. 10.

1405.

Cabassut. in Histor. Concil. pag. 608. num. 91. Engel in Jur. Can. lib. 5. tit. 14. num. 2. Girald. ad Thesaur. de Pœn. Eccl. part. 2. c. 3. verb. Duellum formatum, vers. Qui vero pugna. Reiffenstuel in Jur. Can. lib. 5. tit. 14. n. 3.

1406.

Barbos. de Jur. Eccles. part. 2. cap. 10. n. 45. Capon. in Discept. For. 379. n. 1. Diaz. in Pract. Crim. Can. cap. 103. in Addit. Hurtad. Var. Resol. tract. ult. resol. 5. §. 6. n. 194. tom. II. Labbeus in Concil. Gener. tom. XIX. pag. 397. litt. B. De Luc. ad Gratian. in Animadvers. ad c. 410. n. 1. Murga de Sepultur. Disquisit. 11. n. 54. Passerin. de Stat. Homin. q. 187. art. 4. n. 99. tom. II. Paulut. in Juris. Sacr. tom. II. tract. 12. cap. 4. §. unic. pag. 626. Peregrin. de Duello, q. 7. n. 4. Ventrigl. in Prax. Eccles. adnot. 52. §. unic. num. 31. Panimol. decis. 144. num. 1.

1407.

Fliegen ad Wigantd. in Tribun. Confess. et Ordin. cap. 6. pag. 112. Fuscus de Visit. lib. 2. c. 2. num. 44. Gavant. in Manual. Episcop. verb. Duellum, num. 3. Labbeus in Concil. Gener. tom. XX. cap. 19. litt. D. pag. 192. De Marin. Resol. Quotid. lib. 1. cap. 110. num. 2. Murga de Sepultur. disquisit. 11. n. 37. Reiffenstuel in Jur. Can. lib. 5. tit. 39. n. 7. Romaguera ad Constit. Synod. Gerund. lib. 5. tit. 9. cap. 12. n. 42. Sayr. de Censur. lib. 3.

c.

Digitized by Google

c. 31. num. 23. §. Sextò. Ugolin. de Offic. et Potest. Episcop. cap. 8. §. 2. num. 4.

1408.

Capon. in Discept. For. 391. num. 9. Diaz in Practic. Crimin. Can. cap. 103. in Addit. Gibalin. in Synops. Censur. verb. Duellum, pag. 450. n. 1. Larræa Allegat. Fiscal. 116. n. 2. Lezana Quæst. Regul. pag. 186. n. 8. tom. II. Pastor. de Benef. Eccles. part. 3. tit. 40. num. 49.

1409.

Capon. in Discept. For. 391. n. 10. Raynald. in Observ. Crim. c. 8. §. 1. et 2. n. 21. p. 546.

1410.

Fuscus de Visit. lib. 2. cap. 32. num. 9. Gibert. in Jur. Can. tom. II. tit. 15. §. 2. sub n. 2. vers. Ecclesiæ, et §. 6. num. 1. Vener. in Exam. Episcop. lib. 9. num. 30.

1411.

Bontemp. in Fasc. Flor. Moral. tract. 6. tit. 3. pag. 285. sub num. 16. verb. Similiter. Cyrin. in Nex. Eccles. Jurisd. cap. 1. num. 22. Engel in Jur. Can. lib. 3. tit. 49. §. 2. num. 23. Grattic. de Immunit. Eccles. vol. 1. pag. 566. num. 3. Guarnierius de Eccles. Milit. lib. 3. p. 1. cap. 10. n. 10. Konig. in Jur. Can. lib. 1. tit. 4. n. 13. Lauræa in Epit. Can. verb. Immunitas. Leo in Thesaur. For. Eccles. part. 3. cap. 7. n. 140. Paulut. in Juripr. Sacr. tom. II. lib. 7. tract. 12. cap. 2. vers. Celebre, num. 562. Pellizar. in Manual. Regul. tom. II. tract. 8. cap. 7. sect. 4. num. 130. Pichler. in Jur. Canon. lib. 3. tit. 49. num. 7. Rota in recenti decis. 339. num. 9. part. 6.

Pig-

Digitized by Google

1412.

Pignatel. in Cons. Can. tom. V. cons. 46. n. 1.

1413.

Thomas. del Bene de Immunit. Eccles. tom. II. c. 16. dubit. 7. n. 2. Fagn. in c. Cum pro causa de Sentent. Excomm. n. 7. Paulut. in Jurisp. Sacror. tom. II. lib. 7. tract. 12. c. 2. §. 1. in fin. p. 599. Pignatel. in Consult. Can. tom. VI. cons. 25. n. 3. Wiestner in Instit. Can. lib. 1. tit. 2. art. 7. n. 115.

1414.

A Saravia de Jurisd. Adjunct. q. 30. num. 51. Wiestner in Jur. Can. lib. 2. art. 10. n. 164. Sperel. decis. 133. num. 36. tom. II.

1415.

Gibert. in Jur. Can. tom. II. tit. 15. §. 6. n. 5. Larræa Decis. Granaten. tom. I. disp. 1. n. 44. Ad not. ad decis. 412. n. 131. part. 9. tom. II. recent.

1416.

Gibert. in Jur. Can. tom. II. tit. 15. §. 6. n. 6. Petra ad Const. Apost. tom. IV. pag. 350. n. 4.

1417.

Corrad. in Prax. Dispens. lib. 4. cap. 2. n. 46. Fagnan. in c. Ex parte, quod est secundum, n. 26. Lambertin. de Synod. Dioeces. lib. 13. c. 10. n. 29. Lotter. de Re Benef. lib. 3. q. 12. num. 53. et 54. Pichler. in Jur. Can. lib. 3. tit. 6. n. 6. Pitton. in Discept. Eccles. tom. I. discept. 25. num. 11. Michael Rouffel. in Histor. Pontif. Jurisp. lib. 3. c. 2. de Concilior. approbat. et confirmat. n. 19. Zoesius in Jur. Can. lib. 1. tit. 2. n. 30. Sperellus. dec. 18. n.

Digitized by Google

n. 55. Rota in decis. 687. num. 24. part. 2. cor. Buratto, decis. 463.

1418.

Amort. de Indulgentiis, part. 1. sect. 1. Bellarmin. de Indulgentiis, cap. 3. et seq. Bonacin. eod. tit. tom. I. disp. 6. q. 1. punct. 1. n. 5. Gibert. in Jur. Can. tom. III. de Indulg. tit. 6. sect. 1. n. 1. Juvenin. de Sacram. dissert. 13. q. 1. cap. 1. et seq. Lauræa in Epit. Can. verb. Indulgentia. Valentia in 3. part. disp. 7. q. 20. punct. 2.

1419.

Bellarmin. de Indulgent. cap. 105. p. 183. Concin. de Pœnitent. dissert. 5. cap. 11. §. 1. pag. 439. Leo in Thesaur. For. Eccles. part. 1. cap. 7. n. 1. Matthæuc. de Offic. Cur. Eccles. cap. 26. princip. Natal. Alex. in Theol. Dogmat. et Moral. tract. 12. dist. 3. q. 3. n. 25. Theodorus à Spiritu Sancto de Indulgent. part. 1. cap. 3. art. 1. pag. 177.

1420.

Cabassut. in Histor. Concilior. pag. 619. n. 4. Concina de Pœnit. dissert. 5. cap. 11. §. 4. p. 444. Gibert. in Jur. Canon. tom. III. de Indulg. tit. 7. sect. 3. n. 1. Habert. in Theolog. Dogm. et Moral. tom. VI. de Pœn. in appendic. de Indulgentiis. §. 2. pag. 410. Lambertin. de Synod. Diœces. lib. 13. cap. 18. n. 1. Layman in Theolog. Moral. lib. 5. tract. 7. cap. 1. in fin. Thomassin. de Vet. et Nov. Eccles. Discipl. part. 1. lib. 2. cap. 15. n. 9.

1421.

Gavant. in Manual. Episcop. verb. Quæstores,

Digitized by Google

n. 6. Leo in Thesaur. For. Eccl. part. 1. c. 7. n. 30. Thomassin. de Vet. et Nov. Eccles. Discipl. part. 3. lib. 1. c. 74. sub n. 13. vers. Concilii Trident. Vener. in Exam. Episc. lib. 4. cap. 8. n. 50.

1422.

Droit de Re Sacrament. tom. II. lib. 6. c. 1. §. 4. pag. 154. Lauræa in Epitom. Can. verb. Indulgentia, Piasec. in Prax. Episcop. part. 2. c. 3. sub num. 18. vers. Indulgentias. Ventrigl. de Jurisd. Archiep. cap. 55. n. 1.

1423.

Campanil. in Divers. Jur. Can. rubr. 12. n. 93. cap. 13. Fuscus de Visit. lib. 1. cap. 20. num. 34. et lib. 2. cap. 3. n. 29. De Gonteriis in Conc. Provinc. Avenion. tit. 38. cap. 1. pag. 168. et tit. 39. cap. 1. cum seqq. pag. 181. Vener. in Exam. Episcop. lib. 4. cap. 8. num. 36. Pilaja Decis. Pontif. lib. 1. decis. 7. num. 93. et seq. Rota in Mediolanen. Jurium Parochialium 23. Aprilis 1708.

1424.

Borellus in Summ. Decis. tom. II. tit. 22. n. 8. Cohellius in Notit. Cardinalat. p. 64. vers. Libros.

1425.

Fuscus de Visitat. lib. 1. c. 21. n. 21. et c. 23. num. 3. Vanespen in Jur. Eccles. Univers. part. 1. tit. 16. cap. 9. et tit. 22. cap. 7. num. 1. 19. et seq. Vener. in Exam. Episcop. lib. 4. c. 28. n. 32.

1426.

Fagnan. in cap. Sacro, de Sent. Excomm. n. 33.

De

Digitized by Google

DE RESIDENTIA EPISCOPORUM.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

SERVUS SERVORUM DEI,

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Pontificum & Conciliorum solicitudo quoad Residentiam Episcoporum.

Ad universæ Christianæ Reipublicæ statum, ad Ecclesiasticarum legum custodiam & fidelium populorum salutem, tam magni refert singulos Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesiis Præpositos in ipsis Ecclesiis, vel Diœcessibus sibi creditis assiduè residère, ut difficile sit alium ullum reperire Ecclesiasticæ disciplinæ caput, quod aut Conciliaribus Canonibus atque decretis, aut Apostolicæ Sedis constitutionibus, & sanctionibus tam sæpe, tamque impensè inculcatum fuerit, & commendatum. Ut autem antiquiora canonica statuta prætereamus, Nobis satis erit innuere, quid hac de re decreverit Sancrosanta Tridentina Synodus Sess. 6. cap. 1. & Sess. 23. cap. 1. de reform. tum ea, quæ recol. mem. Prædec. per noster Urbanus Papa VIII. præscripsit in sua constitutione data apud S. Petrum die 12. Decembris anni 1634. quæ incipit: *Sancta Synodus*, & in qua præcedentes aliorum Romanorum Pontificum Pii IV. Gregorii XIII. Clementi VIII. Leges & Constitutiones retulit, confirmavit & ampliavit. Neque opus est recensère omnes Encyclicas litteras, quæ ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos de implendo hujusmodi Residentiæ onere identidem admonendos ab hac Apostolica Sede mitti consueverunt, ut patet ex epistola jussu Ven. Servi Dei Innocentii Papæ XI. Prædecessoris quoque nostri scripta die 5. Februarii anni 1678. item ex alia die 24. Decembris anni 1707. à fel. record. Clem. Papæ XI. ad suum, & Apostolicæ Sedis Nuntium Neapoli commorantem conscripta, ut illius Regni Præsules ad residendum in propriis Ecclesiis, & Diœcessibus adigerentur; necnon ex ejusdem Clementis Litteris in forma Brevis datis die 25. Maii anno 1709. ad Archiepiscopos & Episcopos Poloniæ, qui obtentu tur-

Digitized by Google

barum, & disenssionum quæ tunc in Regno versabantur, suas reliquerant Ecclesias atque Diœceases.

Quid hac in re præstiterit ipsemet Benedict. XIV.

Neque porrò Nos in hac re Apostolici officii nostri partes desiderare permissimus. Vix enim inscrutabili Divinæ Providentiæ Consilio in hac suprema Ecclesiæ universalis specula collocati fuimus cum veterem prædecessorum nostrorum morem in usum revocantes ad Ven. Fratres omnium per Orbem Ecclesiarum Antistites Apostolica scripta direximus, quibus inter cætera salubria monita, hoc etiam de residendo in propriis Ecclesiis peculiari studio iis inculcare, & tam gravissima damna, quæ ex eorum absentia proveniunt, quam magnas utilitates, quas eorum præsentia concreditis ipsis Diœcessibus affert ante oculos proponere non prætermissimus, ut videre est in §. 4. Encyclicæ die 3. Decembris anni 1740. à nobis conscriptæ, quæ in tom. I. Bullarii nostri nuper vulgati num. 2. impressa est. Qui autem hominum corda scrutatur Deus, is sane novit quanto, & quam acervo animi nostri dolore nonnumquam acceperimus. Ecclesiasticas Regulas ab aliquo ex fratribus hac in parte violari, & quantopere studuerimus, nunc admonendo, nunc obsecrando, nunc increpando, absentes quidem per litteras, præsentes verò ipsa voce ad debitum Residentiæ officium revocare. Quin etiam laudabilibus Prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes in nostra & Cancellariæ Apostolicæ Regula, qua Beneficia Ecclesiastica in octo anni mensibus vacatura, nostræ dispositioni, & collationi reservavimus, simul etiam eisdem Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis residentibus gratiam alternative mensium certis modo & forma ab eis acceptandam, libenter obtulimus; nimirum, ut quandiu ipsi apud Ecclesias, aut Diœceses suas vere & personaliter residerent, de Beneficiis hujusmodi Ecclesiasticis, quæ extra Romanam Curiam in Februarii, aliisque alteris anni mensibus vacare contingeret, dummodò aliàs dispensationi Apostolicæ reservata vel affecta non essent, liberè disponere valerent, facultatem tempore Pontificatus nostri duraturam concesimus; quo scilicet iidem Episcopi, & majorum Ecclesiarum Præsules ampliorem Potestatem in Beneficiis prædictis conferendis sic obtinentes, hac etiam Apostolicæ nostræ liberalitatis gratificatione illecti, ad personalem residentiam prædictam libentius obeundam adducerentur.

Absentiæ causæ & tempora à Concilio Tridentino permissa.

Quoniam verò, & certæ quædam causæ adesse possunt, & hujusmodi occasiones incidere, propter quas, prævio Romano-

mani Pontificis assensu, & approbatione, liceat Episcopo, è propria Ecclesia, & Diœcesi per aliquod definitum tempus abesse, ea verò absentia, quæ ad modicum tempus protrahitur, neminem dessertæ residentiæ reum constituit; ideo, & in Conciliis & in Apostolicis Constitutionibus, ad præcavendos abusus tam circa hujusmodi causarum & occasionum relevantiam, quam circa tollerabilia temporum spatia, providæ statutæ leges, & Regulæ reperiuntur. Et quidem justæ, ac legitimæ absentiæ causæ à præfata Tridentina Synodo *cit. cap.* 1. *Sess.* 23. non aliæ agnitæ fuerunt, quam christiana charitas, urgens necessitas, debita obedientia, & evidens Ecclesiæ vel Reipublicæ utilitas. Verum iis etiam causis deficientibus cum eadem Sacrosancta Synodus perpendisset, ex veterum Canonum sententia, minime abesse videri eos, qui aliquantisper absunt & statum sunt reversuri, omnibus Ecclesiarum Antistibus indixit ut sibi licitum non putarent singulis annis, ultra duos, aut tres ad summum menses, sive continuos, sive interruptos extra proprias Diœcesses commorari, eosque simul admonuit, ne per illius temporis spatium, Dominici Adventus, Quadragesimæ, Nativitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes item, & Corporis Christi diebus, ab Ecclesiis suis Cathedralibus abessent, nisi forte Episcopalia munia, in aliis Diœcesum suarum locis eos detinerent, eamque præterea rationem ab iis haberi voluit, ut absque ullo Gregis detrimento concessa uterentur libertate, *& ut id æqua ex causa fiat*; quibus verbis animi levitas, oblectationum cupiditas, aliæque futiles causæ penitus excluduntur.

Indultum Urbani VIII. à Benedicto XIII. ampliatum pro Episcopis recenter in Urbe promotis.

Præfatus autem Prædecessor ad peculiares occurrentes casus descendens, Episcopis in Curia promotis unum concessit mensem (quem postea declaratum fuit à die ipsorum propositionis in Consistorio computandum esse) quo mense elapso singuli ad proprias Ecclesias se conferre deberent. Sed cum in Concilio Romano habito à fel. record. Benedicto Papa XIII. Prædecessore pariter nostro, Episcopi exposuissent tam exiguo temporis spatio non posse à recens promotis sua in Urbe negotia expediri, idem Benedictus facultatem concessit S. R. E. Cardinali suo, & Romani Pontificis pro tempore in Urbe, ejusque districto Vicario, ut præfatum unius mensis terminum, juxta casuum contingentiam, & causa cognita ad alios quadraginta dies, & non ultra prorrogare posset.

Præ-

Digitized by Google

Item pro Visitantibus Limina Apostolorum.

Præterea Episcopis ad Sacra Apostolorum Limina statutis temporibus visitanda personaliter accedentibus supradictus Urbanus Prædecessor indulsit, ut qui Ecclesiis citra Montes & citra Mare positis præsiderent per quatuor; qui verò ultramarinis, & ultramontanis Ecclesiis præessent, per septem menses continuos à residentia in suis respectivè sedibus facienda, hujusmodi visitationis gratia, excusarentur.

Decreta ad præcavendos abusus.

Cum verò idem Urbanus declarasset, se, per ea, quæ in suis præfatis litteris constituerat, minimè sublatam voluisse dictam trium mensium licentiam à Concilio indultam, hinc plures ortæ quæstiones, & varia condita sunt decreta ab eodem Urbano ejusque Sucessoribus approbata, cujusmodi sunt non licere trimestrem absentiam prædictam conjungere, sive cum eo tempore, quo permittitur Episcopis post suam promotionem in Urbe commorari, sive cum eo, quod ad peragendam Sacrorum liminum visitationem eisdem concessum fuit; neque fas esse absentiæ tempora ita disponere, ut tres postremi menses unius anni continuentur cum tribus prioribus mensibus anni subsequentis. Sicut etiam vetitum est prædictos menses conjungere cum eo anni tempore, quo, propter aeris insalubritatem alicui Episcopo permittitur extra Diœcesim degere, ne scilicet, continuatis absentiæ temporibus, vernos simul, & æstivos menses, sive æstivos una cum autumnalibus extra Diœcesim duci contingat. Denique ne quis indulgentia Sacri Concilii per fraudem abuti posset, declaratum fuit, prædictam trium mensium vacationem intra cujusque anni limites coerceri, ut qui uno anno usus ea non fuerit, non ideo sequenti anno diutius ab Ecclesia sua abesse valeat.

De Episcopis S. A. E. Cardinalibus.

Et quoniam Tridentina Synodus sub legibus de residentia hujusmodi ipsos etiam S. R. E. Cardinales nominatim comprehendit: præfatus Urbanus Prædecessor advertens nonnumquam evenire, quod aliquis ex Cardinalibus alicui Patriarchali, seu Metropolitanæ, aut Episcopali Ecclesiæ Præpositus unum simul ex Episcopatibus Suburvicariis obtineret, constituit, ut hujusmodi Cardinales in primodictis Ecclesiis, non autem apud Episcopatus Suburvicarios residère tenerentur.

Congregatio super residentiam ab eod. Urban. VIII. erecta.

Denique tam in prædicto Concilio, quam in citata Urbani constitutione contra transgressores hujusmodi legum, quæ ad residentiam pertinent, gravissimæ pœnæ statutæ fuerunt, quarum exequutionem idem Urbanus primo, quidem deman-

da-

Digitized by Google

davit Auditori causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ. Verum biennio post totam hujus materiæ cognitionem delegavit Congregationi particulari à se deputatæ, quam compossitam esse voluit ex tunc, & pro tempore existentibus Cardinali Romani Pontificis in Urbe Vicario, necnon ejusdem Pontificis Datario & Secretario Status, ac Secretario Brevium, duobus item Secretariis Congregationum negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium ac interpretationi & executioni Decretorum prædicti Concilii Tridentini respective præpositarum. Et quidem prædicto Cardinali Vicario facultatem tribuit, ut, justis ex causis, & cum consilio prædictorum Prælatorum concedere posset Episcopis licentiam abessendi à propriis Ecclesiis, & Diœcessibus spatio dumtaxat dierum quadraginta, ut in ipsius Urbani Litteris datis die prima Januarii anni 1736. districtius præscribitur.

Hujus Congregationis caput seu Præfectus ex quo eadem instituta est, semper fuit præfatus Cardinalis Vicarius pro tempore existens, quemadmodum ejusdem Secretarii munus ils semper gessit, qui Congregationi Concilii Tridentini fuit à Secretis; unde etiam Nos ipsi, dum in minoribus constituti officio Secretarii prædictæ Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum fungerèmur, par quoque munus Secretarii alteris Congregationis super residentia Episcoporum simul substinuimus. Quæ sanè Congregatio, ut ex illius Secretariæ Regestris apparet, tam ipsius Urbani Prædecessoris temporibus, quam aliis subsequentibus, non semel singulis annis adunari consuevit: id quod à san. mem. Prædecessore pariter Nostro Clemente Papa XI. in usum revocatum fuit, & identidem peractum, Nobis metipsis præfatum Secretarii munus obeuntibus, confectisque à Nobis, & impressis foliis, ea prorsus methodo, quæ pro causis ad Congregationem Concilii pertinentibus observatur. Hujus Congregationis praxis.

Ut autem Episcopis à suis Ecclesiis, vel Diœcesibus licitè abesse possint, cum præter causam canonicam, expressa quoque licentia Romani Pontificis, ut suprà diximus, sit necessaria, excepto casu prædictæ trimestris absentiæ à Concilio permissæ; pro qua nulla peculiaris requiritur licentia, cum idem Concilium Episcoporum abscedentium conscientiæ relinquat, de æquitate causæ judicium facere: hinc est, quod quæcumque hujus generis licentia olim indulgeretur per speciale Chirographum manu Pontificis signatum expediebatur. Postmodum verò inductus fuit mos describendi omnes hujus-

Digitized by Google

jusmodi licentia in unico folio, quod Pontifici subscribendum deferebatur, quem sane morem à Prædecessoribus Secretariis invenctum, Nos quoque servavimus.

Quam olim intermissam Pontifex restaurare intendit.

Cum autem post absentiam duodecim annorum quorum duos apud Anconitanam, & decem apud Bononiensem Ecclesias regimini nostro successivè commissas, assiduè residendo transegimus, in Urbem reversi & ad Apostolicam Sedem, quamvis immerentes, evecti fuerimus; Congregationis præfatæ Sessiones, materia forsam deficiente, non amplius frequentari comperimus, neque porro Chirographia, aut folia signanda Nobis oblata fuerunt, sed facta nobis oretenus à Prælato dictarum Congregationum super exequutione, & interpretatione Concilii & super residentia Episcoporum Secretario, tam petitionem Episcoporum, qui vacationem à residentiâ postulabant, quam causarum, quibus hujusmodi petitiones innitebantur relatione nostroque desuper accepto responso opportuna singulis Decreta perscribi, eaque à Cardinali Vicario nostro tamquam sæpedictæ Congregationis super residentia Episcoporum Præfecto, signari consueverunt. Verum cum Nos hanc agendi rationem pro rei gravitate nimis compendiariam judicaverimus; visum est Nobis motu proprio, & ex certa scientia non solum pro debita, ut ajunt, actus solemnitate, sed etiam pro ipsius rei subsistentia, & pro maturiori examine causarum, quæ ad hujusmodi licentias obtinendas afferuntur, infrascriptas leges, & ordinationes inviolabiliter in posterum observandas, Apostolica auctoritate, tenore præsentium edicere & constituere.

Canonica & Pontificia Statuta confirmat, & innovat contrariis non obstantibus.

Primum itaque relata superius Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi Decreta, Sess. 6. cap. 1. & Sess. 23. cap. 1. de reform. laudatasque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Pii IV. Gregorii XIII. Clementis VIII. & Urbani pariter VIII. Constitutiones & Ordinationes necnon omnes & singulas quas suprà innuimus, Resolutiones Apostolicæ Sedis auctoritate editas, innovantes & tam Decretorum, quam Constitutionum, Ordinationum, & Resolutionum hujusmodi tenores, etiam veriores pro satis hic expressis, ac etiam de verbo ad verbum insertis habentes, & haberi volentes, illaque & illas, quatenus opus sit, iterum plenissimè approbantes, & confirmantes omnia & singula in ipsis contenta, ab iis, ad quos spectat, & pro tempore in posterum spectabit, attendi & in his omnibus, quæ nostris hisce Litteris non adversentur exactissime impleri & conservari volumus, statuimus & in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, atque præ-

Digitized by Google

præcipimus, non obstantibus quibuscumque privilegiis, aut contrariis, etiam quantumvis inveteratis usibus, & consuetudinibus, quæ potius abusus, & corruptelæ dici debent, quibus si fortè adesse, aut allegari contingat, motu ac scientia simili, ac de prædictæ Apostolicæ auctoritatis nostræ plenitudine derogamus; ac derogatum esse volumus, & decernimus.

Item pœnas in contravenientes latas.

Secundo loco, & consequenter ad præmissa, adversus prædictarum legum, & constitutionum transgressores omnes, & singulas pœnas in eisdem Decretis & Constitutionibus latas, & comminatas, auctoritate quoque nostra confirmamus, & innovamus: amissionis scilicet quartæ partis fructuum unius anni ipso facto ab iis incurrendæ, qui legitimo impedimento, seu justis & rationabilibus causis cæsantibus, & absque expressa ut præfertur, Apostolicæ Sedis licentia, sex mensibus continuis extra suam Diœcessim morando abfuerint, & amissionis alterius quartæ partis fructuum, eodem modo incurrendæ, ubi hujusmodi absentia ad alios sex menses protrahatur, ut in prædicto Concilio Tridentino *Sess.* 6. *cap.* 1. *de reform.* statutum fuit, incursus quoque in peccati mortalis reatum, & obligationis restituendi fructus in absentia perceptos, nulla etiam prævia declaratione eosque erogandi in Ecclesiarum fabricas, seu in subventionem pauperum ipsius loci quacumque conventione seu compositione pro hujusmodi fructibus male perceptis prohibita, ut in eod. Concilio *Sess.* 23. *cap.* 1. præscribitur. Similiter impositam à prædicto Pio IV. Prædecessore pœnam amissionis facultatem testandi, & disponendi, si quæ transgressoribus hujusmodi competere dignoscantur, necnon inhabilitatis ad majores dignitates & Ecclesias obtinendas, quam præfatus quoque Prædecessor Clemens VIII. indixit, per omnia confirmamus & innovamus.

Addita pœna privationis indultorum competentium Asistentibus Solio Pontificio.

Quibus omnibus hoc etiam super addimus, ut iidem transgressores omnibus & singulis indultis & Privilegiis, quæ forsam ipsis, tamquam Pontificio Solio assistentibus, concessa fuerint, ipso facto privati esse censeantur. Decernentes sub transgressorum nomine comprehendi non solum eos, qui præter tres menses à Concilio toleratos absque legitima causa, & expressa Romani Pontificis licentia extra proprias Diœcesses commorantur; sed eos etiam qui hujusmodi licentiam falsis, simulatisve causis dolose extorquere non dubitaverint; vel ea semel rite, recteque obtenta, præscriptos in eadem limites ac præfinitum tempus prætergessi fuerint. Quod si ni-

Digitized by Google

hilominus aliqui, non minus Canonica statuta, quam propositas hujusmodi pœnas contemnentes, in sua contumacia obfirmati perseverare præsumpserint; volumus adversus istos ad ulteriora cum effectu procedi, juxta mentem ejusdem Concilii Tridentini quod *in cit. cap.* 1. *Sess.* 6. Romanum Pontificem pro tempore existentem hortatur, ut suæ Supremæ Sedis auctoritate in hujusmodi transgressores ad Severiorem Sacrorum Canonum normam animadvertat atque etiam Ecclesiis ipsis de utilioribus Pastoribus provideat, sicut in Domino noverit salubriter expedire.

Congregationem super residentia ejusque Sessiones in usum reducit.

Tertio loco volumus et mandamus ut prædictæ Congregationis super residentia Episcoporum ad Urbano Papa VIII. institutæ exercitium, atque Sessiones resumantur; confirmantes ipsius Præfecturæ munus dilecto Filio nostro Joanni Antonio Tituli Sancti Martini in Montibus Præsbitero S. R. E. Cardinali Guadamni nuncupato, moderno nostro in urbe, ejusque districtu in spiritualibus Vicario, ejusque in officio Vicariatus hujusmodi successoribus; sicut etiam officium Secretarii eiusdem Congregationis dilecto filio Magistro Joseph Alexandro Furietto, eiusque Successoribus Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum Secretariis, eosdemque statuentes in hujusmodi Congregatione nunc et deinceps pro tempore locum habere, & suffragium ferre, quicumque ea officia & munera obtinent, sive obtinebunt in posterum, quæ in præcitati Urbani Prædecessoris litteris designantur.

Eique deputat Promotorem Fiscalem.

Præterea cum minime expediat hujusmodi Congregationem Promotore fiscali carere, Nos cum qui in Tribunali prædicti Cardinalis Vicarii urbis officium gerit Promotoris fiscalis, ejusque in officio successores pro tempore ad idem munus obeundum deputamus in præfata Congregatione, cui ipsum, seu ipsos cum consultivo suffragio volumus interesse.

Præscribit occasiones quibus aduna-ri debeat.

At vero perpendentes quod si Congregatio sit toties habenda foret, quoties ab aliquo Episcopo licentiam abscedendi à Diœcessi peti contigeret, eadem aut propter frequentiam nimis onerosa evaderet, aut propter negotiorum levitatem tractu temporis negligi, et parvipendi posset, volumus atque statuimus, eandem tunc tantum cogendam habendamque esse, cum aut Nobis, sive à successoribus Nostris Romanis Pontificibus alicuius cognitio negotio ipsi remissa, et delegata fuerit, aut hujusmodi etiam remissione cessante, quoties de pœnis superius constitutis adversus aliquem transgressorem reipsa decer-

Digitized by Google

cernendis, infligendisque deliberandum fuerit, si quidem hujusmodi pœnarum modus, prout cujusque major aut minor contumacia exegerit, ab eadem Congregatione statuendus erit ut facta per ipsius Secretarium Nobis, seu successoribus Nostris relatione, approbataque Congregationis resolutione ad hujusmodi pœnarum executionem cum effectu procedatur. Aut denique cum aliquis Episcopus instantiam proponat abesendi à propria Diœcessi ratione alicuius muneris, sive officii cujus ea dicatur natura esse, ut Apostolicum indultum de non residendo ad longum tempus ipsi sit concedendum. Nos etenim hujusmodi indulta nemini unquam concedi debere decernimus, nisi prævio causarum examine in eadem Congregatione peragendo, Nostraque et Successorum nostrorum scientia & approbatione, & mediante expeditione Litterarum Apostolicarum in forma brevis: ideoque mandamus Nostro & Romani Pontificis pro tempore existentis supplicum libellorum Secretario, aliisque Secretariis quarumvis Congregationum quibus ea de re preces oblatæ fuerint, ut illas in prædictam Congregationem super residentia Episcoporum omnino remittant, simulque prohibemus Nostro, & Successorum nostrorum pro tempore Secretario Brevium, ne Litterarum Apostolicarum super indultis hujusmodi exempla Nobis, aut successoribus nostris signanda, ullatenus afferat, nisi authentica documenta, tandem causarum examine in dicta Congregatione peracto, quam de apostolica approbatione, et assensu consequenter emanatis eidem fuerint exhibita.

Folia cum expressione indultorum quæ concedentur ad Pontificis Signaturam deferri mandat.

Quarto loco statuimus, ut folia superius enuntiata in posterum omnino conficiuntur in quibus nimirum describantur nomina Episcoporum, quibus dantur indulta commorandi extra Diœcessim una cum causis ab ipsis adductis atque probatis, et spatio temporis, ad quod hujusmodi indulta conceduntur, quæ quidem folia à Romano Pontifice subscripta in tabulario prædictæ Congregationis ut alias, aservari præcipimus. Quod tamen intelligi volumus non de iis indultis quæ per Apostolicas Litteras in forma Brevis expedienda esse in paragrafo superiore descripsimus; sed de alterius generis indultis de quibus infra dicendum erit, quæque post Pontificium assensu à Secretario requisitum, & obtentum expediri debebunt per Decreta à prædicto Cardinali Vicario urbis tamquam præfatæ Congregationis Præfecto, subscripta. Decet enim has quoque licentias non sine Pontificia subscriptione prodire, idque obtinebitur accedente signatura Pontificis semper prædictis foliis in quibus singulorum Indultorum tenores & causæ à Secretariis descriptæ

Digitized by Google

erunt ; quemadmodum elapsis temporibus, atque etiam à Nobis ipsis, dum hujusmodi Secretarii munere fungeremur, servatum fuisse narravimus.

Singulis absentiæ causis oportuna Rescripta comparat,

Quinto loco, quoniam experiendo cognovimus, quod ad obtinenda indulta commorandi extra Diœcessim, infrascriptæ plerumque causæ ab Episcopis afferri solent, nimirum aut necessitas asistendi personaliter alicui liti, seu controversiæ in qua Ecclesiæ, aut Cleri sui vel etiam propriæ familiæ res agatur, quæque in Romana Curia introducta sit, vel alia in urbe, in qua resideant majora Tribunalia, quorum ea de re judicium esse debeat, aut corporali ægritudo, qua correptus fuerit Episcopus, dum extra Diœcessim Consiliaribus mensibus utens, morabatur, ita ut ad eamdem Diœcessim reverti nequeat ; aut adversa valetudo in ipsa Diœcessi contracta ad quam depellendam Medici putent necessarium fore Episcopum aërem, & soli aliquantisper mutare ; aut denique malignitas aëris in Diœcessi vigens, quam aliquibus anni mensibus devitari oporteat. Et quoniam nec ulla ex præmissis causis, absque expressa Romani Pontificis approbatione, quemquam ab onere residendi eximere potest, et nisi certis expressis circunstantiis, iisque verificatis, difficile est ad hujusmodi approbationem rite, recteque procedere ; necessarium Nobis visum est infrascriptas regulas statuere quas in singulis respective casibus ab iis, ad quos spectat, et pro tempore spectavit, observari mandamus, atque præcipimus.

Anet quatenus permitendum Episcopo ut à Diœcessi absit causa litis,

Si quis igitur in posterum licentiam petierit abscedendi à Diœcessi sibi congredita, ut judiciali controversiæ, quæ alibi vertitur, per se ipsum intersit, exprimere debebit in præcibus, tum locum sive urbem in qua hujusmodi lis agitatur, tum etiam an ea pertineat ad ipsam oratoris Ecclesiam, seu potius ad ipsius familiam, et quidem si ad familiam pertineat, absque eo quod Secretarius Congregationis Pontificem, aut Cardinalem Præfectum adeat, rescribendum ab ipso erit, ut orator ad effectum, de quo in præcibus, utatur mensibus à Conciliis indultis. Quod si eis jam usus fuerit ulterior ipsi licentia non concedetur. Si vero de ejus Ecclesiæ, vel Cleri rebus agatur, exponi debebunt ; tum status litis, ejusdemque gravitas, tum causæ propter quas necessaria creditur in loco judicii oratoris præsentia, tum etiam declarandum an menssibus Consiliariis usus fuerit. Et quidem si nondum illis usus sit, rescribendum erit, ut eos in hujusmodi causam impendat. Si vero id amplius Episcopos integrum non sit (qua in re nec dolus, nec fraus intercesserit) et alioquin ipsius instantia justa videatur, tantum illi temporis et non amplius ad

Digitized by Google

ad commorandum extra Diœcessim tribuatur, quantum judicatum fuerit necessarium esse ad causæ Defensores Advocatos et Judices de omnibus quæ ad rem pertinent suficienter instruendos. Si enim licentia abessendi à Diœcessi usque ad finalem exitum causæ extendi deberet, nemo non videt, quam diuturna plerumque foret in hisce casibus Episcoporum absentia, et quam facile evenire posset, ut pleræque Diœcesses complurium annorum spatio suorum Pastorum præsentia carerent.

Quid ratione infirmitatis extra Diœcessim contractæ.

Qui vero licentiam abessendi petierint ratione infirmitatis extra Diœcessim contractæ dum vocatione à Concilio indulta uterentur, asserentes ea de causa regressum ad propriam Diœcessim sibi prohiberi, exponere debebunt contractæ infirmitatis qualitatem, et super ea testimonium Medici juramento firmatum exhibere. Atque ubi petita licentia ipsis indulgeatur ea semper ad certum, ac definitum tempus concedi debebit, adjecta quoque clausula, *si tandiu infirmitas duraverit.*

Quid ad convalescendum ex morbo in Diœcessi contracto.

Ab iis autem qui hujusmodi licentiam postulaverint, eo quod aëris mutatione opus sibi esse dicant ad convalescendum ex morbis, quos in suis Ecclesiis residendo contraxerunt, exprimendum erit in precibus, quo morbi genere, et quam graviter laborent ac proferendum testimonium Medici, qui jure-jurando testetur utile ac necessarium oratori esse, ut in aliam regionem, atque aërem per aliquod tempus se transferat. Nec illud silentio prætereundum, an scilicet orator antequam morbo corriperetur, trimestri licentia à Concilio permissa usus fuerit. Si enim id nondum fecerit, et tempus à Concilio indultum suficiens ipsi non reputetur, poterit eidem concedi, ut per quatuor menses in quibus tamen Conciliares menses comprehendantur à residentia absens permaneat; ac si prædictos Conciliares menses, remoto omni dolo, & fraude jam extra Diœcessim transegerit; tantum temporis ipsi indulgeatur, quantum ad confirmandam ipsius valetudinem vere necessarium esse prudenter judicabitur.

Quid ratione aëris insalubris.

Qui tandem licentiam commorandi extra Diœcessim postulavit propter malignitatem aëris, quem in sua Diœcessi aliquo anni tempore insalubrem esse affirmet, is videat etiam atque etiam quid agat. Et quidem pro veritate exponat, quibus anni mensibus perniciosus sit regionis aër: item an eadem Cœli temperies totam comprehendat Diœcessim, ita ut nullus intra ejus tractum locus existat, in quo suspectum illud tempus absque salutis detrimento transigere valeat; postremo an Conciliaribus mensibus usus fuerit. Etenim si nondum eos sibi

Digitized by Google

bi sumpserit non ægrè obtinebit indultum abessendi per quatuor menses (quatenus periculum ab aëre tandiu durare censeatur) in quibus tamen tres illi à Concilio permissi numerandi erunt. Si autem hujusmodi Concilii indulgentia jam usus fuerit, frustra novum indultum prædicta de causa ab Apostolica Sede postulabit, sibique imputare debebit, quod, cum sciret certo anni tempore in sua Diœcessi aërem insalubrem fore, concessos vacationis menses in tempus illud non reservaverit. In omnibus autem absentiæ, indultis, quæ ratione aëris insalubris in posterum concedentur, hanc clausulam adjici volumus. *Dummodo intra Diœcessim aliquis locus non adsit, in quo aër salubris sit, et in quo Episcopus commorari possit.*

Quid celebrandis Conciliis Assambleis Diætis.

Sane prædictus Urbanus Prædecessor non prætermissi, eorum Antistitum causam considerare, qui Provincialibus Conciliis, vel Congregationibus, seu Assambleis Generalibus in quibus Ecclesiastici intervenire solent, personaliter interesse, sive in aliis muneribus, aut Reipublicæ officiis, quæ ipsorum Episcopatibus Ecclesiisque adjuncta sunt, ad certum tempus extra Diœcessim occupari solent & debent, & his quidem in præcitata Constitutione licentiam abessendi concessit pro eo definito tempore quo ejusmodi Concilia Congregationes et Asambleæ peragentur, exercitumque muneris, seu officii publici eorum Ecclesiis adjuncti actu duraverit; dummodo iis finitis, recto tramite ad Ecclesias sibi commissas sese conferrent, cujus concessionis æquitatem Nos quoque agnoscentes eamdem approbamus & confirmamus. Sed cum idem Urbanus nihil statuerit de Episcopis, qui à residentiæ suæ loco discedunt pro Processum in causis Beatificationum & Canonizationum compilatione, apostolica auctoritate ipsis delegata, necesse est aliquid à Nobis pro his etiam casibus opportune constitui.

Quid pro construendis Processibus Apostolicis in causis Canonizationum.

Expediuntur à Congregatione Sacrorum Ritum litteræ quas vocant Remissoriales, vel Compulsoriales, quibus committitur ut supradicti processus auctoritate Apostolica conficiantur eæque diriguntur tribus Episcopis aut superioribus Prælatis cum clausula, *ut duo ad minus procedant.* Cumque in hujusmodi Episcoporum numero semper includatur ordinarius loci, in quo processus construitur; ferè contingit, è tribus ad quos Litteræ sunt directæ, unum dumtaxat à Præsidentia avocari. Ubi itaque aliquis Episcopus Titularis Ecclesiæ in partibus infidelium constitutæ haberi possit, volumus eum in præfatis Litteris pro uno ex tribus Episcopis comprehendi. Quod si tres om-

Digitized by Google

omnino Antistites in propris Ecclesiis residentes ad hujusmodi effectum delegari oporteat, statuimus, atque præcipimus, ut Litteræ à prædicta Congregatione dirigantur Episcopis, qui viciniores sunt Diœcesi, in qua Apostolicus Processus conficiendus erit. Quoniam vero non de re agitur, quæ duabus, tribusve hebdomadibus perfici queat, sed quæ plurium sæpe mensium, aut etiam annorum operam requirit volumus ut Episcopi, qui ejusmodi delegationem acceptaverint, necessariam licentiam abscedendi à Diœcesi, causam absentiæ exprimendo, petere et impetrare non omittant, sub pœnis adversus eos constitutis, qui absque causa extra Diœcessim commorantur. In hujusmodi autem licentiis concedendis statuimus, ut Conciliares menses semper comprehendantur, & præter eos, triginta dumtaxat dies, si opus fuerit adjiciantur; nam et ad plura peragenda, quod trimestres spatium sufficiens est, et si adhuc facienda supersint, quatuor alii menses sequenti anno in idem opus insumi poterunt.

De præmissorum observantia præceptum.

Hæc sunt quæ salubriter in Domino statuenda judicavimus, quæque pro regula et norma in posterum haberi volumus, ut ad Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis gravissimum, quod ipsis incumbit. Residentiæ officium exacte impleatur. Itaque dilecto Filio moderno præfatæ Congregationis super eadem residentia Secretario ejusque Successoribus in perpetuum injungimus, & in virtute sanctæ obedientiæ, sub pœnis contra inobedientes mandatis Apostolicis in re gravi, præcipimus atque jubemus, ut supplices libellos pro parte quorumcumque Antistitum sibi oblatos in quibus ea quæ supra adnotavimus, expressa non fuerint quibusque necessaria authentica documenta superius pariter indicata non sint adjuncta, nullo modo recipiant, multoque minus ad Pontificem referant: in Decretis autem quæ post Pontificium assensum ab ipsis Secretariis in consueta audientia reportatum à Cardinali eiusdem Congregationis Præfecto subscribenda erunt, suprascriptas clausulas respective apponere non pretermittant: illud etiam expresse cavendo, ut quæ concedentur indulta à die datæ ipsorum Decretorum decurrere intelligantur.

De onere denuntiandi non residentes.

Denique Venerabiles fratres, Patriarchas, Primates, Metropolitanos, & Episcopos omnes monemus, ut non solum ipsi statutas de residentia leges adamusim observent, sed etiam memores sint Decreti à Sacra Tridentina Synodo edit. ses. 6. cap. 1. *de reforma*, quo jubentur singuli pro virili parte in aliorum agendi rationem respectivè vigilare, & non residen-

tes

Digitized by Google

tes Romano Pontifici infra certum tempus denuntiare. Nostris quoque & Apostolicæ Sedis Nuntiis hoc idem demandamus, & injungimus: ubi intra ipsorum Nuntiaturæ districtum aliquis Episcopus, seu superior Prælatus existat, qui canonicas leges hac in parte violare dignoscentur.

Specialis commissio Nuncio Apostolico Neapoli commoranti injuncta.

Et quia Nobis relatum est nullibi frequentius prædictas leges ab Episcopis violari, quam in proximo Neapolitano Regno (neque vero id mirum in tanto eorundem numero) volumus atque statuimus, ut indultis absentiæ, quæ pro Episcopis prædicti Regni in posterum expediri contingat ad cæteras clausulas superius præscriptas, hæc etiam addatur, *ut obtenta licentia exhiberi debeat Apostolico Nuntio Neapoli commoranti*, alioquin nullius robbris, & momenti habeatur. Nos siquidem prædicto Nuntio earundem præsentium tenore committimus ut hujusmodi licentias in acta sui Tribunali referri faciat itemque de causis, propter quas concessæ fuerint, inquirat, ac tempus in iis præfinitum observet, ad hoc scilicet, ut per eum resciri possit, si quid obreptum, aut subreptum fuerit in præcibus; et ipsum latere nequeat, si quis præscriptos sibi limites transgrediatur, sive absque necessario Apostolicæ Sedis indulto, extra tempora à Concilio permissa, longe ab Ecclesia & Diœcesi sua commoretur. Pro his autem, qui, ut Nobis pariter relatum fuit, Diœcesses suas desserunt, & non quidem in urbem Regni Principem, ubi Apostolicus Nuntius moram trahit, sed in alias se conferunt ejusdem Regni civitates, quin ipse Nuntius, quidquam de ipsis audiat; injungimus eidem Nuntio ut per Oficiales suos atque Ministros, quos in omnibus Diœcessibus retinet, curet se certiorem fieri de Episcopis, quicumque à propriis Diœcessibus recedunt; ut, et ii qui obtentis licentiis abutuntur, et multo magis ii, qui proprio marte se gerere præsumunt (dum vel absque prævia licentia, præter tempus à Concilio indultum à suis Diœcessibus absunt, vel si ob aliquem inopinatum eventum ab ipsis discedere compulsis fuerint hujusmodi licentiam, statim ac ad destinatum locum pervenerint, petere et impetrare non curant) severiori Sacrorum Canonum, & Apostolicorum Sanctionum censuræ subjiciantur.

S. R. E. Cardinales præmissis legibus expresse comprehenduntur.

Cæterum intendimus sub præsentium Litterarum Nostrarum ordinatione, & dispositione etiam ipsos venerabiles fratres Nostros S. R. E. Cardinales, qui Patriarchalibus, Primatialibus, Archiepiscopalibus & Episcopalibus Ecclesiis prædictis ex concessione, & dispositione Apostolica nunc præsunt, & in futurum præerunt, comprehendi, atque comprehensos esse, & fore.

Præ-

Digitized by Google

Præsentes quoque Litteras omniaque & singula in eis contenta de subreptionis, obreptionis, aut cujuscumque nullitatis, vel invaliditatis vitio, intentionisque nostræ, ac quocumque alio defectu, etiam ex eo, quod in præmissis quomodolibet interesse habentes, seu habere prætendentes, & præsertim ejusdem S. R. E. Cardinales, præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi; solemnitatesque, & alia servanda, & adimplenda nullatenus servata, et adimplenda fuerint, ac quocumque alio colore, prætextu, occasione, & causa, etiam necessario exprimenda à quoquam notari, impugnari in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illa aperitionis oris, restitutionis in integrum, vel aliud quovis juris facti vel gratiæ remedium impetrari nullo unquam tempore posse; sed semper perpetuoque valida, firma & efficacia esse, & fore suosque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes & singulos ad quos spectat, & quomodolibet spectavit in futurum inviolabiliter observari, perinde, ac si in Consistorio nostro Secreto, & de eorumdem Fratrum nostrorum concilio, & unanimi consensu emanassent, sicque & non aliter in præmissis omnibus & singulis per quoscumque Judices ordinarios, vel Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores necnon prædictæ S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuntios prædictamque Congregationem super residentia deputatam, & quoscumque alios quamvis auctoritate, & potestate fungentes nunc, & pro tempore existentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, declarandi, interpretandi, & definiendi facultate judicari, & definiri debere, & quidquid secus super iis à quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Litterarum firmitati consulitur.

Sublato, &c. Irritum, &c.

Apostolatum officium Nobis, nullo licet meritorum suffragio, divina providentia commissum postulat, ut ad ea vigilantiæ nostræ partes propensius intendamus, per quæ religio Catholica, ubi divina gratia illæsa vigot, conservetur, & ubi restitutione indiget, restituatur. Quapropter cum librorum prohibitorum lectio magno esse soleat fidei fidelibus detrimento noscantur, & sicut accipimus, licentiæ libros hujusmodi legendi nimis excreverint: Nos ut huic malo maturè occurratur, & in posterum quam cautissimè licentiæ hujusmodi concedantur, quantum cum Domino possumus providere volentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & singulas licentias legendi & habendi libros quoscumque ob hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem, vel alias quomodlibet prohibitos, quibuscumque personis, cujuscumque gradus, & conditionis existentibus, etiam per litteras Apost. ad tempus seu ad vitam & aliter quomodocumque et ex quacumque causâ, tam per litteras in forma Brevis, quam aliter quomodocumque à Nobis, seu præcedessoribus nostris Romanis Pontificibus, seu habentibus à Nobis, vel ab eis facultatem, & auctoritatem concessas; earum tenorem præsentibus pro expressis habentes tenore præsentium revocamus, cassamus, & annullamus, ac pro revocatis cassis, & annullatis haberi, nullique in posterum suffragari. Quinimmò libros per licentias hujusmodi permissos legentes, aut habentes, pœnas in sacris Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, Indicibus librorum prohibitorum contentas incurrere volumus & declaramus. Decernentes, ut præsentes litteræ postquam in valvis Basilicæ S. Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Urbe & Cancellariæ Apostolicæ, necnon in

acie

acie Campi Floræ affixæ fuerint, infra duos menses ex tunc proximos, omnes, & singulos ad quos spectat, arctent, & afficiant, perinde ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent, quodque dictis duobus mensibus durantibus ii, qui libros prohibitos hujusmodi habuerint, eos ad Episcopum, seu Inquisitorem, qui illos quanto citius combrrere debeat, deferre, quique aliquos similes libros prohibitos habere soluerint, eos denunciare teneatur, neque de cætero similes licentiæ, nisi à Congregatione Sancti Officii, quæ singulis hebdomadis coram Nobis haberi solet concedantur. Ac quod eorumdem præsentium transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel extensæ. Datum Romæ apud Sanct. Petrum sub Annulo Piscatoris die 30. Decembris MDCXXII. Pontificatus nonstri anno secundo.

Anno à Nativitate D. N. J. millessimo sexcentessimo vigessimo tertio, Indictione sexta, die verò secunda mensis Januarii Pontificatus Sancti in Christo Patris, & D. N. D. Gregorii divina providentia Papæ XV. anno ejus secundo retro scriptæ litteræ Apostolicæ affixæ fuerunt ad valvas Basilicarum S. Joannis Lateranensis & Principis Apostolorum de Urbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, nacnon in acie Campi Floræ, ut moris est, per me Brandimartem Latinum Apostolicum Cursorem. = Octavius Spada Mag. Curs.

ORA-

Digitized by Google

ORATIO

HABITA IN SESSIONE NONA ET ULTIMA SACRI CONCILII TRIDENTINI, CELEBRATA DUOBUS CONTINUIS DIEBUS III. ET IV. DECEM. MDLXII.

PIO IV. PONT. MAX.

A. R. P. D. HIERONYMO REGAZONO VENETO, Episcopo Nazianzeno, & Coadjutore Famagaustano.

Hinc summatim recensentur omnia in Concilio Tridentino definita, quæ ad piè credendum, & ad benè vivendum pertinent.

Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem! Tridentinum Concilium jam diu cœptum aliquando intermissum distractum variè, atque divulsum, nunc demum, singulari Dei omnipotentis beneficio, summa atque incredibili omnium ordinum ac nationum voluntate connectitur atque perficitur. Dies hæc quidem felicissima Christiano populo illuxit, in qua templum Domini disturbatum frequenter ac disipatum reficitur, & absolvitur; & navis hæc una bonorum omnium ex maximis ac diuturni; turbinibus atque fluctibus tuta in porto collocatur: quam utinam conscendere nobiscum ii voluissent quorum in primis gratia hæc ipsa navigatio instituta fuit, atque ædificii ejus construendi participes existerent, qui in hoc nobis negotium exhibuerunt; majoris nunc profecto lætitiæ causam haberemus. Sed nostra id certè culpa non accidit.

Nos urbem hanc in Germaniæ faucibus, id est, in domus illorum ferè liminè possitam elegimus: nos eam fidem publicam illis concessimus, quam sibi ipsi compossuerunt: nos hic illos per

per diu expectavimus; neque hortari, ac rogare umquam destituimus, ut ad veritatis lucem cognoscendam accederent. Verum illis etiam absentibus, satis, ut puto à nobis consultum est. Etenim cum duo essent, in quibus ægris atque infirmis illorum animis medicina fuit adhibenda: alterum fidei Catholicæ, ac verè Evangelicæ, illis in rebus quæ in dubium ab ipsis vocantur, quæque opportunè his temporibus viderentur, explicata & confirmata, disjectis omnibus ac disipatis errorum tenebris doctrina: alterum disciplinæ Ecclesiasticæ, cujus potissimum depravatione illi se à nobis defecisse affirmant restitutio; utrumque quantum in nobis fuit pro temporum horum ratione, cumulatè præstitimus.

Principio enim hæc sancta Synodus (facta ex laudabili majorum nostrorum consuetudine suæ fidei professione) ut quodam quasi fundamentum futuris actionibus poneret, & quibus testimoniis atque præsidiis indogmatibus sarciendis ommittendum esset, ostenderet, veteris ac novi Testamenti libro, qui essent sine ulla dubitatione recipiendi antiquorum Conciliorum probatissimorum exemplo, piè & prudenter ennumeravit: ac ne de verbis quidem ulla ex variis versionibus orbi posset dificultas, certam ac difinitam de Græcis, & Hebræis translationem approbavit. Hinc omnium hæresum caput atque artem aggrediens de humanæ naturæ corruptis initiis ea statuit, quæ veritas ipsa, si loqui posset, exprimeret. De justificatione deinceps (res magna, & cum ab antiquis, tum à nostris temporis hæreticis mirum in modum oppugnata) ea definivit, quibus & perniciosissimis eo in genere opinionibus occurreretur, & rectè sentiendi ratio miro quodam ordine, atque admirabili sapientia (ut in illis Dei spiritum facilè agnoscas) demonstraretur. Præstantissimo hoc post hominum memoriam decreto hæreses ferè universæ jugulantur, & quasi calido sole discutiuntur ac dispelluntur; ea claritas, isque splendor veritatis apparet, ut, tantum lumen quin videat, dissimulare jam nemo possit. Subsecuta est salutaris septem divinorum Ecclesiæ Sacramentorum tractatio, primum simul de omnibus, post de unoquoque separatim. Hic verò quis non videt, quam distinctè, explicatè, abundanter, illuminatè &c. (quod caput est) verè tota cœlestium horum mysteriorum ratio contineatur? Quis in tam magna multiplicique doctrina, quid aut sequendum, aut fugiendum sit, post ullo modo desiderare, quis in illis omnibus errandi locum aut occasionem inveniet? Quis denique de Sacramentorum horum vi atque virtute dubitare in posterum poterit? Cum gratiam illam, quæ illis

Digitized by Google

lis ipsi quibusdam quasi stillicidis infidelium quotidie mentes illabitur, tunc nobis adfuisse tam copiosè perspicatur? Accesserunt ad hæc de sacrosancto Missæ sacrificio & de communione sub utraque specie, & parbulorum, decreta: quibus quidem nihil sanctius, nihil utilius, ut de cœlo lapsa non ab hominibus compositæ videantur. Adjungitur his hodie certa de Indulgentiis, de Purgatorio, de Sanctorum veneratione & invocacione. Imaginibus & Reliquiis doctrina qua non solum hæreticorum fraudibus & calumniis obsisteret; sed priorum etiam Catholicorum conscientiis, planè satisfiet.

Hæc de rebus ad salutem nostram pertinentibus, quæ dogmata appellantur, faustè ac feliciter erunt peracta: neque aliud quidquam præterea eo in genere à nobis hoc tempore expectabitur.

In eorum autem quibusdam administrandis cum nonnulla essent quæ non ritè omnino ac rectè servarentur, accuratissimè Patres amplissimi curatis ut purè illa, & casta, atque ex more institutoque majorum tractarentur. Ita omnem superstitionem, omnem quæstum, omnem (ut dicunt) irreverentiam à divina Missarum celebratione abstulistis: vagis, ignotis, & criminosis Sacerdotibus sanctum hoc offerre sacrificium interdixisti: rei hujus sacratissimæ usu à privatis dominibus & profanis, in sacra & religiosa loca revocasti: meliores cantus, & symphonias, deambulationes, colloquia, negotiationes à templo Domini summovistis. Ita Ecclesiastico unicuique gradui leges illæ à vobis præscriptæ sunt, ut traditio illis divinitus ordine, abutendi nullus utique locus relinquatur. Ita nonnulla Matrimonii impedimenta, quæ ansam quasi quamdam ad violanda Ecclesiæ præcepta dare videbantur, removistis, facilem veniæ consequendæ viam minus legitimè connubii fœdus ineuntibus intercludistis. Quæ de furtivis tenebricosisque matrimoniis commemorem? Equidem ita sentio, si alia nulla causa convocandi Concilium fuisset (quæ multæ & maximæ fuerunt), propter unam hanc id omnino fuisse faciendum. Nam cum res hæc ad omnes spectet, neque ullus in orbe terrarum universo angulus reperiatur, quam labes hæc non invaserit, curandum meritò fuisset, ut communi huic malo communi etiam consilio provideretur. Innumerabilium, Patres sanctissimi, & gravissimorum delictorum ac scelerum occasio, prudentissima ista vestra ac prope divina sanctione penitus ablata est, & Christianæ Reip. gubernationi sapientissimè consultum. Accedet ad hæc utiles in primis ac necessaria multorum in Purgatorii, Sanctorum venerationis, invoca-

Digitized by Google

cationis Imaginum, & Reliquiarum, atque etiam Indulgentiarum ratione abusuum interditio; qui rerum ipsarum pulcherrimam faciem inquinare atque turpare mirum in modum videbuntur.

Altera verò pars, in qua de labenti ac prope cadenti Ecclesiastica disciplina fulcienda erat agendum, diligentissime etiam absoluta fuit atque perfecta. Eligentur in posterum ad Ecclesiastica munera obeunda, qui virtute, non ambitione præstent: quique populi commodis, non suis inserviant; & prosint potius quam præsint. Enunciabitur atque explanabitur frequentius & studiosius verbum Domini omni ancipiti gladio penetrantius.

Aderunt suis gregibus, & invigilabunt Episcopi, cæterique quibus animarum cura commissa est; neque extra creditam sibi custodiam vagabuntur. Nihil cuiquam proderunt, aut ad impurè, & flagitiosè vivendum, aut malè & pernitiosè decendunt privilegia, nullum sine pœna crimen in illa sine præmio virtus relinquetur. Pauperum mendicantium Sacerdotum multitudinis, optimè promissum est: certè unusquisque, Ecclesiæ statutoque operi, unde alii possit, adscribetur.

Avaritia, quo nullum vitium est tetrius, præsertim in Domino Dei, ab ea omnino tolletur, gratis sacramenta omnia, ut par est, conferentur. Ex una Ecclesia plures, ex pluribus una ut populi commodum quæstores ut appellant, qui suæ, non quæ & ratio postulabit, constituetur, eleemosynarum Jesu-Christi, quærentes, magnum nostræ religioni damnum, magnam infamiam afferebant: ex omni hominum memoriæ (quod summæ felicitatis loco ponendum est) penitus evellentur: Hinc nostra præsens calamitas sumpsit exordium: hoc serpere infinitum malum, manereque in dies latius non desistebat: neque occurri illi adhuc multorum Conciliorum cautionibus ac provisionibus potuit. Quamobrem qui non nisi sapientissimè factum dixerit, ut membrum hoc, in quo sanando diu aè multorum frustra laboratum est, ne reliquo corpori nocerent, excideretur.

Porrò Deo cultus tribuetur purius & accuratius, atque ita qui ferunt vasa Domini, mundabuntur, ut ad sui imitationem alios trahant. In quo prædare illud fuit excogitatum, ut qui sacris essent initiandi, in moribus atque litteris in unaquaque Ecclesia à prima ætate instituerentur, ut quodam quasi virtutum omnium seminarium illud existeret. Jam vero provincialibus Synodis restitutis, visitationibus ad populorum utilitatem non ad quærelam & sumptum renovatis: Tradita Pastoribus regendi suos, atque pascendi commodius facultate: Pœnitentia publica

Digitized by Google

in usum renovata : Hospitalitate tum Ecclesiasticis hominibus, tum piis locis indicta : In curatis Sacerdotiis conferendis memorabili, ac penè cælesti ratione constituta, Beneficiorum (ut aiunt) pluralitate sublata, Hæreditaria sanctuarii Dei possessione prohibita : Modo excommunicationibus imposito ac terminato: Primis indiciis iis in locis, ubi lites oriuntur, assignatis : Singularibus certaminibus interdictis : Omnium hominum, ac sacrorum in primis luxuriæ, cupiditati, atque licentiæ freno quasi quodam, quod exequi non facilè possit, injecto. Regibus ac Principibus sui muneris diligenter admonitis, aliisque rebus hujusmodi prudentissimè sancitis : qui non videt vestras vos, PP. optimi, hæc etiam re partes cumulatissime executos? Actum sepè est in superioribus Conciliis de fide nostra explicanda, moribus quæ corrigendis : sed nescio an umquam diligentius, atque distinctius. Hic præsertim hoc biennio, ex omnium populorum, ac nationum, in quibus catholica religionis veritas agnoscitur, non solum Patres, sed oratores habuimus. At quos viros? si doctrinam spectemus, eruditissimos? si usum, peritissimos? si ingenia, perspicacissimos? si pietatem, religiosissimos? si vitam, innocentissimos? Numerus is quoque fuit, ut, si præsentes Christiani orbis considerantur angustiæ frequentissima hæc omnium, quæ antea fuerunt, Synodus appareat. Hic singula omnium vulnera detecta, mores expositi fuere, nihil dissimulatum est, nostrorum adversariorum argumenta, & rationes ita tractatæ, ut eorum tum causa, non nostra, agi videretur. Tertium nonnulla, atque etiam quartum discussa : summa sæpè contentione certatum : eo scilicet consilio, ut, quemadmodum igne aurum, ita quibusdam quasi luctationibus, veritatis vires ac nervi probarentur. Quæ enim inter idem sentientes, idemque spectantes, discordia potuit existere?

Quæ cum ita sint, licet optandum (ut initio dicebam) summopere fuisset, ut una cum illis hæc agerentur, quorum potissimum causa tractata sunt : absentium tamen etiam inoolumitati, atque saluti ita provisum est, ut alia ratione provideri, si adfuissent, non potuisse videatur. Legant illi quæ de fide nostra statuimus, ut Christianum hominem decet, humiliter, & si lumen eis aliquod fulserit, ne faciem avertant, & si vocem Domini audierint, corda sua non obturent. At si ad communem Matris Ecclesiæ complexum, unde se illi distraxerunt, redire voluerint, clementiam sibi omnium ac misericordiam tribuendam non dubitent : Sed præcipua illa ratio est, P. A. dissentientes à nobis animos conciliandi non sentientes in fide, atque of-

Digitized by Google

officio retinendi : est, quæ hoc in loco verbi sancivimus, de ipsa in nostris Ecclesiis præstemus. Leges & si optimæ sunt, mutata tamen res est. Quid Hebræo populo Dei ipsius ore latæ leges profuerint? Quid Lycurgi leges Lacedemoniis, Solonis, Atheniensibus, ad libertatem retinendam, quam ob causam erant conscriptæ, utilitates attulere? Sed cur externa, atque antiqua nimis commemoro? Quæ ad benè beatèque vivendum instituta, atque præcepta ex unius Christi Domini nostri vita atque doctrina desiderare aut possumus, aut debemus? Quid item fuit à majoribus nostris omissum quod cum ad rectè sentiendum tam ad præclare agendum pertineret? Medicamentum quidem salutare compositum ac paratum jamdiu habemus: verum, si morbum debet expellere, sumendum est, ac per venas in omne corpus diffundendum. Poculo hoc salutis nos primum inebriemur, charissimi, & vivæ atque loquentes leges simus; & norma quasi quædam ac regula, ad quam aliorum actiones & studia dirigantur: atque ita sibi unusquisque persuadeant, nihil è Christianæ Reip. commodo ac dignitate successurum, nisi quantum in se sit, studiosè præstiterit.

Id curandum nobis cùm antea fuit, tum multo erit in posterum accuratius. Etenim, si Magistri nostri ac Salvatoris exemplo facere prius debeamus, quam docere postquam docuimus, quin faciamus, quæ esse poterit excusatio? Quis ferre nos ac pati poterit si, cum non furandum esse demonstraverimus, ipsi furemur? si, cum non mœchandum, mœchemur? sanctos à sancto Concilio, innocentes, atque integros ad integritatis præceptis, & innocentia: firmos in fide atque constantes à fidei nostræ firmata doctrina discedere minime convenit. Ac tales quidem expectant nos populi nostri qui nostrum jam diu reditum sustinentes: ea se ipsi ratione consolabantur, fore, ut hanc temporis usuram majori præsentes studio sarciremus. Sed fiet id à vobis, ut spero, Patres sanctissimi, diligenter: & quemadmodum hoc in loco fecistis, ita etiam Domi satis Deo atque hominibus facietis. Nunc (quod hujus temporis est) Deo primum ipsi maximo atque immortali, maximas atque immortales gratias & agamus & habeamus: qui non secundum peccata quæ fecimus nos, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis: sed diem hunc lætissimum, quem videre multi concupiverunt, nobis non solum videndum, sed etiam celebrandum incredibili cum totius Christiani populi assensu atque approbatione, sua magna bonitate concessit. Pio deinde IV. summo nostro atque optimo Pontifice gratiæ perpetuæ ac singulares habendæ sunt: qui, cum primum

beati Petri Sedem adscendit, tanto Synodum hanc instaurandi desiderio exarxit, ut in eo suas omnes curas & cogitationes defigeret. Nuntios statim viros probatissimos ad indicendum illis nationibus atque Provinciæ Consilium missit, pro quorum in primis salute convocabatur. Hi Aquilonis partes prope omnes peragrarunt, rogarunt, obsecrarunt, obtestati sunt: tutâ omnia atque amica promisserunt: atque id etiam egerunt, ut in Angliam trajicerent: Legatos postmodum pietate ad doctrina præstantissimos, cum interesse illi Synodo, ut mirum in modum cupiebat, non posset, huc missit, ex quibus duos (quorum memoria in benedictione est) statuta die, tametsi nulli ferè Episcopi convenissent, hic esse voluit. Hi atque additus eis paulo post tertius, novem menses, atque eo amplius, justum ad Synodum Instituendum Episcoporum numerum hoc in loco nihil agentes expectaverunt: cum interea nihil aliud Pontifex ipse aut ageret, aut meditaretur, quam ut Patres quam plurimis optimis, & quam primum huc accederent, & Christiani nominis Reges omnes ac Principes suos huc oratores mitterent: ut communi omnium voto atque consilio, communis hæc causa gravissima omnium, atque maxima tractarentur. Quid verò postea ex omni cura, solicitudine, sumptibus prætermissit, quod ad Concilii hujus amplitudinem, libertatem, & commodum pertinere aliquo modo videretur? O singularem Pastoris ac Patris nostri pietatem atque prudentiam! ò summam etiam ejusdem felicitatem, cujus auctoritate atque auspicii jactatum hoc diu & agitatum Concilium constitit & conquiescit! Te Paulum III. te Julium, mortuos appello: quamdiu quantoque studio videre, quod nos videmus, exoptatis! quos in eam rem sumptus, quot labores insumpsistis? Quamobrem verè tibi atque ex animo, pie Sanctiss. ac Beatiss. gratulamur, quod tantum tibi lætitiam tantum tuo nomini laudem (id quod maximum divinæ in te benevolentiæ argumentum est) Dominus reservavit; quem nos precibus omnibus ac votis supplices oramus, ut te nobis incolumen pro Ecclesiæ suæ Sanctæ commodo atque ornamento, & quam citissimè reddat, & quam diutissime conservat, serenissimo etiam Imperatori gratias agere & gratulari jure optimo debemus. Ille potentissimorum Cæsarum, qui propagandæ Christianæ religionis mero, quodam desiderio flagrarunt animum ut locum, referens: urbem hanc ab omni periculo liberam conservavit, & nos ut totam tranquillamque pacem traheremus, seu vigilantia perfecit: magnamque nostris animis securitatem, assidua trium suorum Legatorum summorum virorum præsentia, at prope pignore attulit.

Ille

Digitized by Google

Ille de nostris his rebus pro sua eximia pietate solicitus mirifice fuit.

Ille à se atque à nobis dissentientes homines ex obscurissimis in quibus versantur, tenebris eruere, atque ad sanctæ hujus Sinodi clarissimam lucem adspiciendam adducere, maximopere laboravit. Regum præterea Christianorum ac Principum in Concilio hoc amplissimis suis legationibus ornando & suos vestræ auctoritatis fasces submittendo pia maxime voluntas grata nobis memoria prosequenda est. Jam verò quis est, Illustris Legati & Cardinales, qui se vobis debere plurimum non fateatur? Vos, nostrarum actionum duces optimi ac moderatores extitistis. Vos, ne nostra aut in dicendo, aut ibi decernendo libertas violari aliqua ex parte videretur, incredibili patientia ac diligentia curastis. Vos nulli corporis labori, animi contentioni pepercistis, ut ad optatum res exitum, quod alii multi vestri similes frustra tentaverunt, quamprimum perduceretur. In quo præcipuam quadam ac propriam lætitiam habere, tu, Morone illustrissimè atque ornatissime, debes: qui cum vigessimo ab hinc anno primum præclaro huic ædificio lapidem posueris, extremam nunc manuum post alios multos huic operi architectos adhibitos, feliciter, pro summa tua ac prope divina sapientia, impones. Factum hoc tuum egregium ac singulare omnium sermone perpetuo celebrabitur, neque ulla umquam ætas de quis his laudibus conticesset. Quid de vobis dicam Patres Sanctiss. quam bene de Christian. Republ. vestris his præstantissimis actionibus meruistis? quanta vestrum unuscujusque nomini commendatio, quanta gloria à Christiano populo universo tribuetur? Vos vere Patres, vero Pastores, & agnoscent omnes, & prædicabunt: vobis suam unusquisque vitam atque salutem acceptam libentissimè refert. O diem illam populis nostris jucundissimam atque lætissimam, in qua primum revisere illis nos, atque amplecti à templi Domini ædificatione redeuntes contigerit!

Sed fac, tu Domini Deus noster, ut tam eximiæ de nobis opinioni egregiis factis respondeamus, & semen hoc, quod in agro tuo seminabimus, uberem fructum afferat, fiatque ut vis eloquium tuum, atque, quod fors aliquando pollicitus est, fiat temporibus nostris ut unum sit omnium ovile, & unus pastor, atque potissimum Pius IV. in tui nominis gloriam sempiternam. Amen.

IN-

INDEX

ALPHABETICUS LOCUPLETISSIMUS RERUM NOTABILIUM, PRÆCIPUORUMVE VERBORUM, QUÆ HABENTUR IN SACROSANCTO TRIDENTINO CONCILIO.

Numerus arab. paginam, ramanus tomum indicat.

A

Abbates per vota secreta eligendi, 280. II. & seq. & qui in Monasteriis quæ sunt in ordinum Capita, 306. II. & seq. qui visitandi jus habeant, 304. qui Episcopi loco in degradatione adhibentur, 256. I. & seq.

Abbatum officium in eligendo lectore Sac. Scripturæ 76. I. secus per Episcopos compelendi ibid. in exequendis decretis de Regularibus, 308. II.

Abbatum Monasteria ab Episcopi jurisdictione exempta, 304. II. eorum privilegia quando cessent, 122. II. & seq.

Abbatibus quos ordines, & quibus conferre licet, ibid. II. non licet dimissorias Clericis Sæcularibus dare, ut ordinentur, ibid.

Abbatiæ commendatæ ab Episcopis visitandæ, 32. II. quæ sunt ordinum Capita, quibus conferendæ, 306. earum onus in Seminario constituendo, 136. t. II.

Abbatissa in aliquibus Monasteriis vocatur Priorissa, Præfecta, &c. 280. t. II. duobus Monasteriis non præficienda, 282. ib. si duo aut plura haberet, tenetur infra sex menses, uno retento, aliud resignare, 284. ib.

Abbatissa est eligenda per vota secreta, 280. ib. & seq. ejus ætas non minor quadraginta annis ib. & seq. & quæ octo annis post professionem laudabiliter vixerit, si his qualit. prædita non reperiatur in eodem Monasterio ex alio ejusd. Ord. eligenda, 282. II. si hoc videbitur incommodum eligatur ex his, quæ in eod. Monasterio triginta ex-

excesserint annum, & quinque saltem annis post professionem laudabiliter vixerint. ibid. II.

Abbatissarum electioni præsidens Monasterium non ingrediatur, sed vota excipiat ante cancellorum fenestellam, ibid. t. II.

Abbatissis incumbit facere certiorem Episcop. per mensem ante de Novitiæ professione, 300. II. aliàs quandiu Episcopo videbitur, ab officio suspensæ sint, ibid.

Abbesse non videtur qui aliquantisper abest, 106. II.

Abesse non licet Canon. vigore cujuslibet statuti aut consuetudinis, ultra tres menses ab eisdem Eccles. quolibet anno, 220. II. abesse non possunt Curati sine Episcopi licentia, & relicto Vicario cum debita mercedis assignatione, ab eodem Episcopo approbando, 110. II. nec amplius abesse possunt quam per duos mens. in anno ibid. II. si moniti contumaces fuerint, liberum est Ordinar. per censuras Ecclesiast. sequestrationem, & fructuum substractionem, aliaque juris remedia, etiam usque ad privationem absentes compellere, ibid.

Abesse ultra trimestre singulis annis, sivè continuum, sivè interruptum Episc. non possunt, 106. II. dummodò tamen æqua ex causa & absque ullo Gregis detrimento, 108. II.

Absentia Episcoporum sequi non debet in solemnitatibus Maior. 108. II. denuntianda Romano Pontifici, 148. I. quæ causæ justæ & legitimæ absentiæ, 108. II. cognosci autem debent à Papa aut à Metropolitano, vel Suffraganeo Episc. antiquiori resident. 106. II. absentes à residentia quo ordine plectantur Episcopi ex dispositione Concilii Trident. 108. II.

Absentia affectata Matrimonii vinculum non dissolvit, 158. II.

Absens qui animarum curæ incumbit pro præsenti habetur, 74. II.

Absolutio Sacerdotalis est actus judicialis, 296. I. & Can. IX. 316. I. nulla est, si Sacerd. illam proferat in eum, in quem non habet jurisdictionem, 288.

Absolutionis ministri soli Sacerdotes, 288. & Can. X. 316. I. & seq.

Absolutio delicti publici quando non admitenda, 256. I *per tot.* cap. V.

Absolutio quibus in casibus fieri possit ab Episc. 292. t. I. & 319. Can. XI.

Absolutio à Summo Pontif. impetrata usurpantibus bona & jura Ecclesiastica, non aliter prodest nisi facta restitutione, 86. II.

Absolutio eorum, qui Decimas

Digitized by Google

mas substrahunt, aut impediunt, quominus Ecclesiis, vel Personis, quibus jure debentur, nullius est momenti, nisi integrè persolvantur, 372. II.

Abusus tollendi, 36. II. maximè qui in Missar. celebr. irrepserunt, 60. II. & seqq. & qui in Concionibus popularibus, 258. & seq. & in Sanctorum celebratione, 266. II. & qui circa Indulgentiarum usum habentur, 378. II.

Academiæ testimonium de ejus doctrina, qui creandus est Episcopus, 72. & seq. II.

Accessiones ad Beneficia jurispatronat. 342. & seq. II.

Accessus non concedendi, nec concessi extendendi, 332. II.

Acclamationes Patruum, 388. & seq. II.

Acolyti quando, & cur instituti, 92. & seq. II. ex Acolytatus privileg. nihil detractum est delegatæ Ordinar. jurisdictioni, 214. II.

Acta primæ instantiæ reus in criminalib. appellans producat, sine quibus procedere non debet Judex ad quem, 252. gratis à Judice à quo intra dies triginta adhibend. 254. ibid. alioquin sine his causa absolvenda, ibid.

Acta omnia cor. Episcop. gesta tenetur appellans ad Judic. appellat. expens. suis transfer. 252. II. exhibere tenentur Notarii intra mensem appellantibus congrua accepta mercede, 254. II.

Actorum, quæ translata sunt, tenetur appellatus subire expensas pro portione sua, si illis uti voluerit, ibid. II. non procedit quando alit. ex loci consuetudine servatur, ut scilicet ad appellantem integrum hoc pertineat onus, ibid.

Adam cum mandatum Dei fuisset in Paradiso transgressus, statim sanctitatem & justitiam in qua constitus fuerat, amisit, 64. I. per offensam prævaricationis hujusmodi iram & Dei indignationem incurrit, atque ideo mortem, quam antea illi comminatus fuerat Deus, & cum morte Diaboli captivit. ibid. totus Adam per illam prævaricationis offensam secundùm corpus, & animam fuit in deterius commutatus, 64. I.

Adæ peccato liberum hominis arbitrium non est extinctum sed imminutum, 90. I.

Adæ peccatum in omnes propagatione, non imitatione transfusum, 64. I. & non ei soli, sed universæ quoque ejus propagini nocuit, & quomodo tollatur, 64. I.

Administratio bonorum Monasteriorum ad solos pertinet Officiales ad nutum Superioris amovibiles, 272. II.

Administratores quorumcumque pior. locorum tenentur singulis annis rationem reddere administrationis Ordinar. 82. II. procedit etiamsi

Digitized by Google

in contrarium adsint consuetudo & privilegia, ibid. non procedit, quando in fundationis limine secus cautum expresse fuerit ibid. liberationis ab aliis, absque Episc. factæ ipsis non suffragantur, 84. & seq. II.

Administratores bonorum Episcoporum à Capit. Sede vacante electi, rationem gestæ admistrationis Episc. reddere tenentur, 234. II.

Adolescent. ætas prona ad Mundi volupt. 136. II.

Adoratio Christi in Eucharistia, 232. I.

Adventus Christi mysterium, 90. I. *in principio.*

Adulterii pœna, 180. & seq. II.

Adulterium non dirimit Matrimonium, 158. II.

Adultorum justificatio, 94. cum seq. I.

Ætas ad Episcopat. consequend. est annorum, 30. 174. I. ad dignit. animarum cur. habent. 25. 218. II. in illis verò, quibus animar. cura nulla subest, 22. ibid. Præterea in Cathedralibus in quibus Sacrorum Ordinum adest distributio, nemo est recipiendus, nisi eo ordine Sacro aut sit initiatus, quem illa dignitas, præbenda, aut portio requirit, aut in tali ætate, ut infra tempus à jure & à Tridentino statutum initiari valeat, ibid.

Ætas annor. 14. ad Benef. Eccl. obtinend. 116. I. ad Subdiaconat. 22. 126. II. ad Diaconat. 23. ibid. ad Sacerdot. 25. ibid.

Ætat. annor. 12. Tridentinum requirit in pueris Seminarium ingredientibus, 136. II.

Affinitas ex fornicatione contracta, quæ Matrim. postea factum dirimit, ad eos tantum, qui in primo & secundo gradu conjunguntur restringitur, 174. II. & seq. in ulterioribus verò gradibus locum non habet, 174. II.

Aleas fugere debent Clerici, 68. II.

Alienare res suas Clericis non licet sine Episc. licentia, donec Beneficium Eccl. sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant unde vivere possint, 20. II. Innovatis per Trident. Sacrorum Can. pœnis vetitur alienatio rei, aut partis illius, quæ in Patrimonii Sacri titulum assignata fuit, nisi Ecclesiastica accedat auctoritas, ibid. II.

Altare per Mensam intelligitur apud Apostolum Paulum, 44. II.

Anathemata in male sentientes de peccato Originali, 64. I. & seq. De justificatione, 88. I. & seq. in eos, qui septem Ecclesiæ Sacramenta negant, vel malè interpretantur, 158. I. & seq. contra Hæreticorum errores circa Baptismi Sacram. 164. I. &

Digitized by Google

circa alterum Confirmationis, 173. I. & seq. Eucharistiæ, 240. I. & seq. Pœnitentiæ, 310. I. & seq. Extremæ-Unctionis, 320. I. & seq. Ordinis, 98. II. & seq. Matrimon. 154. II. & seq. Communione sub utraque specie & Parvuli, 14. II. & seq. & sacrificio Missæ, 56. II. & seq.

Animarum cura non negligenda, 142. I. & 34. II.

Annexa Beneficia per Episcopum singulis annis visitanda, 182. I.

Antiquitas non damnanda, 12. II.

Antiquiori Episcopo in Metropolitana Ecclesia œconomum eligere quando liceat, 234. II.

Apostatarum pœnæ, 302. II. & seq. Apostatandi occasio quando Regularibus datur, 346. I.

Apostoli in Cœna à Christo novi Testamenti Sacerdotes instituti 56. Can. 2. II. iisdem, eorumque successoribus consecrandi potestas tributa, 92. II. item remittendi peccata, atque retinendi, 290. I.

Appellans, sive ad Metropolitanum, sive Nuntium, sive Legatum servare tenetur Constit. Innocentii IV. *Romana*, non obstante alia consuetudine, 80. II. tenetur suis expensis defferre acta ad Judicem ad quem 254. II. non procedit, quando ex loci consuetudine appellans ad expensarum medietatem subeundam est obstrictus, 252. II. & seq. intra dies triginta tenetur acta habere à Judice à quo gratis, & si non dentur, lis sine illis compleri potest, 252. I. soluta congrua mercede intra mensem procurare tenetur à Notario omnia acta Causæ, 252. II.

Appellatio ab Ordinario in causa Visitat. non admittitur, 212. II. nec in iis quæ circa correctionem decrevit, 70. II. à Decreto de residendo non datur, 110. II.

Ab Episcopis in causis Beneficialibus appellari non potest, nisi post biennium, nam in prima instantia ipse judicat, 248. II. & seq.

Appellationi notoriæ frivolæ non est deferendum, 252. I. non procedit, si gravamen tale sit, ut reparare non valeat, vel deffinitivam post sententiam non possit appellari, ibid. in criminalibus causæ per appellationem ad Romanam Curiam devolutæ in partibus Metropolitano, seu illius Vicario, vel si ille sit suspectus, aut duas alteras dietas distet, seu ab illo appellatum fuerit, viciniori committantur Episcopo, vel ejus Vicario, non verò inferioribus committuntur Judicibus, ibid.

Apprehensio possessionis Eccles-

Digitized by Google

clesiæ quomodo, 228. I. & seq.
Approbatio Examinis gratis danda, 132. II.
Aqua vera & naturalis de necessitate Bapt. 164. I.
Aquam vino in calice offerendo miscere præceptum est Sacerdotibus, 52. II. ea calice vino miscetur tum quod Christum Dominum ita fecisse in Cœna creditur, tum etiam quia è latere ejus aqua simul cum sanguine exierit, ibid. & 60. Can. IX. II.
Aquæ, quæ in Apocalypsi Beati Joannis populi dicuntur, ipsius populi fidelis unio cum capite Christo repræsentantur, 54. II.
Arbitri super suspicione & jurisdictione cognoscenda eligendi, 336. I.
Archidiaconi, oculi Episcoporum, 218. II. qui eligi debeant, qui visitandi jus habeant, 196. II. quo modo visitent, ibid. Causas matrimonii & criminum non judicant, 250. II. neque concubinatus, 358. II.
Archiepiscopus. *Vide* Metropolitanus.
Archipresbyteri curam animarum habentes, quando prædicare debeant, 80. I.
Assistere Episcopo in Pontificalibus tenentur Canonici, præsertim Cathedralium, 222. II.
Assumendus ad Cathedrales Ecclesias, debet per sex menses ante promotionem in sacro ordine esse constitutus, 70. II. antea esse debet in Universitate studiorum Magister, sive Doctor, aut sacra in Theologia Licentiatus, aut in Jure Canonico peritus, 72. ib. eam scientiam habere, quæ suum ad munus exercendum pertinet, ibid. etiam si assumendus sit Regularis, qui simileme à suæ Religion. Superior fidem habere debet, ibid. II.
Attritio est contritio imperfecta, quæ vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ & pœnarum metu communiter concipitur, 280. I. si voluntatem peccandi excludat cum spe veniæ, non solum non facit hominem hypocritam & magis peccatorem, 312. Can. V. verum etiam Domum Dei, & Spiritus S. impulsus non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum moventis, quo pœnitens adjutus viam sibi ad justitiam parat, 280. I. quamvis sine pœnitentiæ Sacramento per se peccatorem ad justificationem perducere nequeat, eum tamen ad Dei gratiam in pœnitentiæ Sacramento impetrandam disponit, ibid.
Avaritia Idolorum servitus omnium malorum radix, 86. II. II. ab Ecclesiasticis tolenda, 28. II.
Aucupia à Clericis evitanda, 222. II.

Auctoritas Sedis Apostolicæ maxima, 142. I. & alibi *passim* in omnibus salva intelligitur, 374. II.

B

Baptismi virtus & seq. verba requisita, 166. I. Can. IV. in eo imprimitur character in anima, 168. I.

Baptismi & Pœnitentiæ differentia, 274. I. cap. 2.

Baptismi doctrina vera in Eccles. Rom. 166. I.

Baptismo suscepto, vota postmodum emissa non sunt irrita vi promissionis in illo factæ, 168. Can. IX. I.

Baptismus est fidei Sacram. & ad salutem necessarius, 94. I. & ibid. & seq.... & seq. ritè collatus non debet iterari illi, qui apud infideles fidem Christi negaverit cum ad pœnitentiam convertitur, 168. I. Can. XI. non est protrahendus usque ad eam ætatem, qua Christus baptizatus fuit vel in ipso mortis articulo, 170. I. Can. XII.

Baptismus Joann. no habet eamd. vim cum Bapt. Christi, 164. I. Can. I. ab Hæret. collat. ritè abhibit. Materia & Forma cum intent. faciend. quod facit Eccl. est validus, 166. I. Can. IV.

Baptismus Parv. 170. & seq. Can. XIII. & XIV. ibid. I.

Baptizantium & baptizator. cognat. 170. II.

Baptizari debent omnes etiam parvuli recenter nati de parentibus fidelibus, 170. 171. ibid. & 68. I.

Baptizati Christianæ Legis sunt debitores, 168. I. Can. VII. peccando grat. ammit. 166. I. ab uno vel duabus suscipiendi de fonte baptism.

Benedictio coniugum approbatur, 166. Can. XI. II. in templo suscipienda antequam coniuges in eadem cohabitet domo, 166. II. à proprio fieri debet Parocho, 168. II. neque ab alio nisi à Parocho, vel Ordinar. licentia concedatur, quacumque sublata consuetudine, ibid. Sacerdotes, sivè Sæculares, sivè Regulares, cujusvis privileg. vigore, non possunt sine hujusmodi licentia nuptias benedicere, alioquin ipso jure tamdiu suspensi maneant, quamdiu ab Ordinario ejus Parochi, à quo benedictio erat sumenda, absolvant, ibid.

Beneficia ad divinum cultum, atque Ecclesiast. munia obeunda constituta, 22. II. unius Dioec. cum alterius Dioec. Benef. perpetuò non uniuntur, 344. I. cap. IX. curata personis dignis & habil. confer. 176. qui in loco ressid. poss. 344. cap. IX. &

& per se immediatè suum exercere valeant munus, juxta Constit. edit. in Concil. Lugdun. quæ incipit: *Licet Canon*, 176. I. in simplicia non convertenda, & quando animarum curam recipiant, 362. II. quæ hæreditariæ successionis imaginem referunt Sacr. Constit. sunt odiosa, & Patruum decretis contraria, 332. II. qualitatibus & oneribus, quæ iis ex fundatione incumbunt, non derogand. 326. II. in servitutem non redigenda, unita visitanda, 338. II. ac etiam exempta, ibid. & à quibus, ibid.

Beneficia habentes quamvis Familiar. sint Cardin. ratione tamen dit. Beneficior. ab Episc. jurisdictione soluti minimè sunt. 214. II.

Beneficia sive curata, sive non curata, possunt ab Episc. tamquam Apost. Sedis Delegato perpetuo uniri, si curati sunt pauperes, vel propter alias causas à Jure permissas, procedit, etiam si essent generalit. vel specialiter reservata, vel aliter affecta, 214. II.

Beneficia regularia Regularib. conferenda, 346. I. & seq. aut iis, qui habitum suscipere & professionem emittere omnino tenentur, 346. I. Sæcularia Regularibus non conferend. ibid.

Beneficia etiam exempta ad Taxam Seminario persolvendam tenentur, 140. II. simplicia cujusque sint qualitatis & dignit. vel etiam præstimon. uniri possunt pro Seminarii erection. illiusque conservat. ibid. procedit etiam si Beneficia sint reservata, & affecta, ibid.

Beneficiatus qui in Eccles. Cathedr. vel Collegiat. obtinuit Dignitatem, Canonicatum, aut Officia, quæ annexum habent Ord. Præsbyterii, Diaconat. vel Subdiaconat. tenetur infra annum, cessante impedimento, Ordines suscipere requisitos, 218. II. & 76. ibid.

Beneficia privare Clericos quando liceat, 30. II. seq. 110. II.

Beneficiorum pluralitas reprobatur, 178. cap. IV. I. & 236. II. & quando permittatur, ibid.

Beneficium resignare non potest Ordinandus, nisi facta mentione, quod ad illius Beneficii titulum sit promotus, 20. II.

Bigamia prohibita, 154. Can. II.

Bigami ad minorum Ordinum ministeria non idonei, 134. II.

Bona alicujus Ecclesiæ, Monastium pietatis, aliorumve pior. Locor. occupantes, & in propr. convertentes usus excomunicantur, 84. II. & tamdiu anathemati subjaceant, quamdiu bona integrè restituant,

tuant, & à Summo Pontifice absolutionem obtineant, 86. II.
Bona Eccles. Patronus usurpans ultra excommunication. privatur quoque iure patronatus, ibid. si Clericus etiam Benef. 86. II.
Bonorum Ecclesiasticorum fructus in quos usus convert debent. 86. II.
Bona mobilia & immobilia quomodo Regularibus concessa, 272. II. & seq. ibid. & seqq. ante Professionem non danda, aut abeuntibus restituenda, 296. & seqq. II.

C

Calibatus statui coniugali anteponitur, 160. Can. X. II.
Caremoniæ & ritus quare in Missæ celebration. instituti, 48. II. ab Ecclesia probati in Miss. adhibendi, 64. II. in Sacramentor. administratione non contemnendi, 164. I. Can. XIII. in ordine Sacr. 102. Can. VI. II. in Nuptiis, 162. Can. XI. II.
Calicis usus an cuiquam sit permittendus, 16. Can. IV. II. & 88. II. & seq.
Candelarum certus numerus prohibetur in Missæ celebratione, 66. II.
Canon Missæ ex quibus constet. 48. II.
Canones de vita Clericorum renovantur, 68. II. item ad Episcopalem dignitatem pertinentes, 364. II. & seq. item ad favorem Ecclesiasticarum Personarum, 372. II.
Canones de Justificatione sunt tres supra triginta, 124. I. & seqq. de Sacramento in genere decem & tres, 158. I. & seq. de Bapt. 160. I. & seq. 173. I. de Confirm. 172. & seq. de Eucharistia undec. 240. I. & seq. de Pœnitentia quindecim. 310. I. & seqq. de Extrem. Unct. quatuor. 320. I. & seq. de Comunione sub utraque specie, & Parvulorum quatuor. 16. II. & seqq. de Missæ Sacrificio, novem, 56. II. & seqq. de Ordine Sacro, octo. 98. II. & seqq. de Matrimonio duodecim. 154. & seqq.
Canones sunt ab omnibus indistinctè observandi, 366. II.
Canonicatus non ei conferatur, qui eo ordine initiatus non est, quem illa dignitas aut portio requirit. 218. II. ejus tenues redditus quomodo augendi, 232. II.
Canonici Libri, 54. I.
Canonici qui in Sacris constituti non sunt, vocem in Capitulo habere non possunt, 74. II. sed si Subdiaconatus Ordine sunt insigniti, tunc de jure habiles

Digitized by Google

les sunt, ad suffragia ferenda quibuscumque in actibus Capitularibus juxta Constitutionum Concilii Viennensis quæ incipit : *Ut iis qui*, 76. *ibid.*
Canonici Ecclesiæ Senatus, 222. II. eorum vita & honestas qualis, ibid. & seqq. eorum muneribus non satisfaciunt per simplicem adsistentiam in Choro absque divinæ Psalmodiæ cantu, ibid. Episcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti assistant & inserviant. ibid. ultra tres menses ad Eccles. quolibet anno abesse non possunt, 220. II. Divina officia per se, & non per substitutos obire debent. 222. II. adesse Sacræ ordinationi, 118. II.
Canonici duo adhiberi debent in publicatione indulgentiæ, 36. II. ad rationem reddituum Seminarii exigendam, 146. II. ad constituenda, quæ ad Seminarium spectant, 140. ibid. ad procedendum in quibusdam causis, 329. II. ad convertenda quædam in pios usus, 336. II.
Canonici possunt ab Episcopo visitari, corrigi, & puniri toties, quoties opus fuerit, 132. I. cap. IV. professionem fidei non solum coram Episc. seu eius Officiali, sed etiam in Capitulo facere sunt obstricti, 218. II.
Canonicus Pœnit. in Cathed. Eccles. ubi id commodè fieri potest, est cum unione præbendæ proximè vacaturæ ab Episcopo instituendus, 210. II. debet esse Magister vel Doctor, aut Licentiatus in Theolog. vel Jure Canonico, ibid. & annorum quadraginta, ibid. seu alias, quæ aptior pro loci qualitate reperiatur, ibid. præsens in Choro censetur dum Confess. in Eccles. audit. ibid.
Cantus lascivus in celebr. Missæ vetat. 64. II.
Cappellani Regii, quando Ordinariis subjecti, 214. II.
Capita Ordinum, 290. II. & 304. & seqq. ibid.
Capitulum, si jus visitandi habet, debent prius viri ab eo deputati ab Episc. approbari, 196. II. Sede vacante unum œconomum, vel plures instituere potest, 234. II. item official. seu Vicarium infra octo dies post Episc. obitum constituere vel existentem confirmare, ibid.
Capitulis Sede vacante, cujusvis privilegii aut consuetudinis vigore non liceat infra unum annum à die vacationis concedere Clericis licentiam ordinandi seu litteras Dimissorias, 188. I. nisi qui ratione Beneficii ad id necessitetur, 184. I.
Capituli consilium adhibere debet

Digitized by Google

bet Episcopus in Lectore, & Magistro eligendo, 74. & seq. I. in Ordinibus Canonicorum designandis, 220. II. in his, quæ ad debitum in Divinis officiis regimen spectant, 222. II. & in his quæ ad Seminarium pertinent, 140. II. item in omnibus iis, quæ non spectant ad commodum Episcopi vel suorum, 330. II. & demum in substituendo Judices Synodales, 348. II.

Capituli Mensa ad Seminarii contributionem tenetur, 140. II. ejus jurisdictio, potestas bonorumque administratio intacta debet relinqui, 330 II.

Capitula Cathedralium suis ab Episc. visitari & corrigi possunt, 132. I. quomodo & quando, 328. & seq. II. & seqq. apud Ordinar. conveniuntur non obstantibus conservatoriis, 334. I. de Scripturis ad Eccles. pertinentibus futuro Episc. rationem reddere tenentur, 236. II. eorum negligentia à quibus suppleatur, 234. II. quando eor. privileg. non valeant, 240. II.

Capitula sub nomine S. Petri, vel S. Joannis, 286. II.

Capitulorum generalium officium in Magistr. S. Scripturæ melioribus decernendis, 76. I. in Prioribus & Officialibus constituendis, 304. II. in exequendis piis relictis, 324. II.

Capitulorum Generalium seu Provincialium negligentia in constituenda Regular. disciplina, 310. II. eorum negligentia à Concilio Provinciali quando supplenda, ibid.

Cappucinis, & Minor. Observantiæ Fratribus solis bona possidere non licet, 272. II. & seq.

Cardinales qui sint eligendi, 188. II. eorum vita & mores quales esse deb. 190. II. eorum consilio Universalis Ecclesiæ administratio nititur, 314. II. ex omnibus Christianæ Reipublicæ Nationibus assumendi, 190. II. ad residentiam in Ecclesiis suis tenentur, 104. II. qui in Ecclesiis Cathedralibus sunt præficiendi consecrat. munus debet trium mensium spatio suscipere, 212. II.

Cardinales quatuor affirmare debent promovendos ad Cathedrales idoneos esse, 188. II. eisdem Beneficior. multitudo negatur, 236. ib. & seq. regressus ad Beneficia Ecclesiastica non conceditur, 332. ib. & seq. eorum privilegia in Parochial. vacantib. quando non valent. 240. II.

Carnis mortificat. jejunia conducunt. 378. II.

Castitatis votum, 270. II. ejus donum petentibus non denegatur, 160. ib.

Casuum reservatio fieri potest ab Episc. 292. I. non possunt

Digitized by Google

sunt à simplici Sacerdote absolvi, sed isti debent pœnitentes remittere ad superiores Ordinarios, & legitimos Judices, 296. ib. in mortis articulo nulla est, 294. ib.
Cathechesis singulis Sacramentis præscribenda & vernacula lingua Populo à Parocho explicanda, 208. II.
Cathecumeni ante Baptismi Sacrament. ex Apostolica traditione fidem ab Eccl. petunt, 102. I.
Cathechismus Sumi Rom. Pontif. juditio, & auctoritate terminandus & evulgandus, 380. & seq. II.
Cathedralem, & Parochialem Eccl. nemo simul potest retinere, 238. II. alias Parochialem infra sex mensium spatium dimittere tenetur, ibid. alioquin tam Parochiales, quam Beneficia omnia, quæ obtinet, ipso jure vacant, ac tamquam vacantia aliis idoneis libere conferenda, ibid. nec tuta conscientia fructus post dictum tempus valet retinere, 86. II.
Cathedrali Eccl. vacante supplicationes, ac præces habendæ, 186. II.
Cathedralibus Eccles. præficiendus ex legit. Matrimon. debet esse natus, 174. I. debet esse ætate annor. triginta, ibid. morum gravitate præditus, ibid. item & scientia, ib. & vita ac aliis, quæ à Sacris Canonibus requiruntur, 70. II & demum in Sacro Ordine antèa saltem sex mensium spatio institutus, ibid.
Cathedralibus Ecclesiis quomodo providendum quando exigui sunt fructus, 224. II. pensionibus aut reservationibus fructuum non sunt gravandæ Cathedrales, quarum redditus summam Ducatorum mille, & Parochiales, quæ summam Ducatorum centum, secundum verum annuum valorem, non excedant, 226. II.
Cathedralibus Pœnitentiarius. Vid. Pœnitentiarius.
Cathedralium pluralitas prohibetur, 176. I.
Causæ omnes Fori Ecclesiastici sunt ab Ordinar. in prima instantia cognoscendæ, 248. II. & quibus delegandæ, 346. ib. et si interim aliquem ex designatis mori contigerit, debet loci Ordinarius cum Capituli consilio alium in ejus locum, usque ad futuram Provincialem, aut Diœcessanam Synodum substituere, ibid.
Causæ intra biennium terminandæ, 248. II.
Causæ Civiles exemptorum ab Episcopo cognosci debent juxta Concilium Lugdunense, in cap. *Volentes*, de Privilegio in IV. 190. I. etiam causæ Criminal. ne-

Digitized by Google

que in his quidquam valent litteræ conservatoriæ, 334. I.
Causæ Criminales graviores contra Episcopos à Summo Pontif. tantum cognoscendæ, & terminandæ, 204 II. si vero sit causa, quæ sit contra Romanam Curiam committenda non aliis committatur, nisi Metropolitanis, aut Episcopis à Pontifice eligendis, ibid. commissio specialis esse debet, & ipsius Pontificis manu signata, ibid. reservata eidem Pontifici sententia definitiva, ibid.
Causæ criminales minores Episcop. in Conc. tantum Provinciali cognoscendæ, & terminandæ vel à Deputandis per Concilium Provinciale, ibid.
Causas mercedum & miserabilium personarum potest Episcopus, tamquam Apost. Sedis Delegat. judicare, 190. I.
Causæ matrimoniales ad Ecclesiasticos spectant Judices, 162. Can. XII. II.
Celebratio Missarum. *Vide* Missa.
Censuræ, & interdicta nedum à Sede Apostolica emanata, sed ab Ordinariis etiam promulgata, à Regularibus publicanda, & observanda, 292. II.
Ceremoniæ in Missarum celebrat. ab Episc. non per mittendæ, nisi quæ ab Ecclesia receptæ, & pio frequentique usu stabilitæ, 64. II.
Character est signum quoddam spirituale, & indelebile, 162. Can. IX. I. iterari non potest, ibid. imprimitur in anima, in Baptismo scilicet, Confirmatione & Ordine, ibid. Can. IX.
Charitas est perfectionis vinc. 386. I.
Choreæ Clericis prohibentur, 68. II.
Chrisma, Sacram. *Vid.* Confirmatio.
Christiana vita perpetua pœnitentia esse debet, 300. I.
Christiani, juxta Concilii Lateranen. Constit. semel in anno confiteri tenentur, 316. Can. VIII. I. item singulis annis saltim in Paschate juxta S. Matris Ecclesiæ præceptum ad communicandum sunt obstricti, 246. Can. IX. I.
Christus propitiator noster, 90. I. Fons justitiæ. Causa salutis æternæ omnibus obtemperantibus sibi, 96. ibid. causa salutis æternæ omnibus obtemperantibus sibi, 110. I. Redemptor noster & Legislator, 134. Can. XXI. I. Sanctitatis auctor, 228. II. Sacerdos secundum Ordin. Melchisedech. 42. II. & seq. Caput in membra, & vitis in palmites, 122. I. Sol justitiæ & fidei nostræ auctor, 88. ibid. Secundum Adam, 90. ibid. Omnium gratiarum fons, auctor, Can. III. 14. II. Patribus promissus, 90. I.

Sa-

Sacram. auctor. 158. Can. I. I. pro omnibus mortuis, ibid. non omnes tamen mortis ejus beneficium recipiunt, ibid. Sed iis quibus passionis ejus meritum communicatur, ibid.
Christus in Eucharist. continetur, 240. Can. I. I. totus sub qualibet Eucharistiæ specie sumitur, 14. Can. III. II. nobis meruit justificationem, 94. I. in eo habemus redemptionem, & peccatorum remissionem, ibid. ejus sermones servant. eum diligentes, 108. I.
Christi amor erga nos, 240. I.
Christi Resurrectionis vis, 106. I.
Christi Adventus misterium, 90. I. & seq.
Christo Latriæ cultus debetur, 232. I.
Ciborum delectus servandus, 378. II.
Circunstantiæ peccati in confessione exprimendæ, 284. I.
Citari Episc. personalit. non potest ad Romanam Curiam, ut personalit. compareat, nisi ob causam, ex qua deponendus, sive privandus venit 258. I. etiam si ex officio, aut per inquisitionem, vel accusationem sive alio quovis modo agatur, ibid.
Civilibus in causis definiendis modus judicibus Ecclesiasticis præscriptus, 190. I. & seq. & seq.
Clandestinorum Matrim. prohibit. 162. II.
Clavium potestas, 282. I. & 320. ibid. Can. XV.
Clausura Sanctimonialium restituenda, 278. II.
Clerici in sortem Domini vocati, 68. II. quæ vitare debeant, 324. I. & 68. II. Fori privilegio non gaudent, nisi qui Ecclesiastico potiantur Beneficio, aut Clericalem deferant habitum, & tonsuram, alicuique de Episcop. mandato inserviant Ecclesiæ, aut in Clericor. Seminario, & aliqua in Schola vel Universitate de ipsius Episcopi licentia, 116. II.
Clericorum vita, & exemplum magni monumenti, 68. II. eorum vestes debent esse congruent. statui & Ordin. Clericali, ibid. II, & seq. gestus, incessus, sermo, nihil, nisi grave, ac Religione plenum, debent præseferre, 68. II.
Clerici etiam exempti possunt ab Episcopo corrigi, 150. I. c. III. 332. ibid. & seq. proced. etiam extra visitat. ibid. delinquentes decenti in loco custodiendi, 330. II. Matrimonium contrahere prohibentur, 160. Can. IX. ibid. mendicare, cum ordinis dedecore aut sordidum quæstum exercere non debent, 20. II. turpiter & scandalosè viventes postquam præmoniti fuerint, Ordina-

Digitized by Google

rii arbitrio sunt coercendi, & castigandi, 30. II.
Clerici homicidæ voluntarii ab Altari avelluntur, 340. I. etiamsi delictum non sit Judiciario ordine probatum, nec alia ratione publicum sed occultum, ibid. incapaces reduntur ad omnia Beneficia tam curata, quam non curata, ibid.
Clericorum immunitates, & privilegia renovantur, 370. II. cum seq. merita ex quibus deprehendantur, 126. ibid.
Clerico vago Missam celebrare non permittendum, 64. II. & 134. ibid.
Clerici conjugati Clericalem gestantes habitum, possunt ad Ecclesiast. peragendas Functiones constitui, 134. ibid. & seq. non procedit, si sint Bigami, ibid. non inservientes alicui Ecclesiæ in Habitu & Tonsura, Foro Clericali non gaudent, & in hoc servanda est Constit. Bonif. VIII. quæ incipit *Clerici qui cum uxoribus*. 116. ibid.
Clerici Concubinarii. *Vide* Concubinarii.
Cluniacensis Monasterii Privileg. 290. II.
Coadjutores illiteratis, & imperitis Paroch. dandi sunt per Episcopum tamquam Apost. Sedis Deleg. 30 II.
Coadjutoriæ cum futura successione nemine quibuscumque in Benef. Ecclesiast. permittendæ, 334. II. nec Prælatis, nisi causa prius á S.R.P. sit diligenter cognita, & qualitates omnes in illo concurrere, quæ juræ, & decretis hujus S. Synod. requiruntur, certum sit, ibid.
Collatio Ord. gratis facienda, 18. II.
Collegiorum general. privilegia, 190. I.
Collegia ab Episcop. tamquam Apost. Sedis Deleg. visitanda, 80. II.
Collegii Puerorum instituendi norma & ratio, 136. II.
Colloquutiones, deambulationes & confabulationes in Ecclesia non habendæ, 64. II.
Commensationes Clericorum prohibentur, 64. ibid.
Comitum Palatinorum privilegia restricta, 214. II.
Commendata Monasteria visit. per Episc. 32. II.
Commendæ perpetuæ, 178. Cap. IV. I.
Commissiones Causar. Ecclesiastic. in partibus fieri debent Episc. vel aliis in Sinodo designatis, 346. II. si verò interim aliquem ex designat. mori contingerit, poterit loci Ordinarius cum capit. consilio alium in ejus locum usque ad futuram Provincial. aut Diœcesan. Syn. substituere, ibid. quatuor saltem aut plures probatas & qualificatas Person. Diœcen. habere debent, quibus causæ hujusmodi, à quolibet Legato,

Digitized by Google

to, vel Nuntio, atque etiam à Sede Apostolica committantur, ibid.
Commemoratio Defunctorum facienda, 326. II.
Communio Sacramentalis omnibus & singul. Christi fidel. utriusque sexus cum ad discretion. ann. pervener. necessar. singulis ann. saltem in Paschate, 246. Can. IX. I. & 16. Can. IV. II. nullus sibi mortal. peccati conscius, quantumvis sibi contritus videatur, absque præmissa Sacramentali confes. ad illam accedere debet, 234. I. In ea sub qualibet specie totus & integer Christus sumitur. 242. Can. III. ibid.
Commutationes ultimar. volunt. & justa & necessaria causa potest Episc. facere, 78. II. & seq. hodie vero ex dec. S. M. Urb. VIII. commutatio præsertim Missarum ad S. Sedem reservatur, 326. II.
Compatres in Baptismo qui, 170. II. & seq.
Compositio pro fruct. male perceptis prohibita, 108. II. & seq.
Computi Ecclesiastici studium commendabile, 138. II.
Conceptio B. M. V. 72. I.
Concilium indicere ad Rom. Pontif. spectat. 208. I. & seq. ejus decr. ab eo confirmantur & seq. & dubia declarantur, 384. II. & seq.
Concilia Provincial. pro moderand. moribus, corrigendis excessibus, & controvers. componendis congreganda, 192. II. quolibet triennio celebr. ibid. convocanda post octav. Pasch. Resur. seu alio commodiori temp. pro more Provinciæ, ibid. si Metropolitanus legitimo sit impedim. detentus ab alio antiquiori Provinc. Episc. convocanda, ibid. convenire omninò tenent. Episc. omn. & alii qui de jure, vel consuetud. interesse debent, 192. II. non procedit in iis, quibus cum imminenti periculo transfretand. esset, ibid. itidem Episc. qui nullo subjiciuntur Archiep. aliquem vicinum semel eligant Metropolitanum cujus Synod. Provinciali cum aliis interesse debent, & quæ ibi ordinata fuerint, observent, ac observari faciant, ibid.
Concilium Tridentinum fuit sub Paulo III. inchoactum, 3. I. translatum, 192. I. resumpt. & celebr. sub Julio III. 208. I. suspensum, 364. ibid. celebratum sub Pio IV. 368. I. intentio præcipua, 380. ibid. causæ ob quas indict. 42. I. 62. ibid. 174. ibid. 154. ibid. & seq. I. & alibi passim confirmatum, 40. III. Kalend. Maii ligare incœpit, 101. III. qui ei adfuerunt Patres cclv. 3. III. ejus tempore quæ servanda, quomodo vivendum, 36. I. & seq.

Con-

Digitized by Google

Concubinatus gravissimum peccatum, 180. II.

Concubinarii tam solutl quam uxorati, si ab Ordinar. etiam ex officio ter fuerint admoniti., Concubinas non ejecerint, seque ab ear. consuetudine non sejunserint sunt excommunit. feriendi, 180. II. & seq. non absolvendi, donec admonitioni factæ non paruerint, ibid. si verò censuris neglectis per ann. in Concubinatu permanserint, severè contra eos est, pro criminis qualitate procedendum, ibid.

Concubinariorum Clericorum pœnæ, 356. II. & seq.

Concubinarum pœnæ, 180. II.

Concupiscentia remanet in Baptizato ad agonem, 70. I. non potest nocere iis, qui per Christi gratiam consentire repugnant, ibid.

Concupiscentia, quæ in Baptizato remanet, non est peccatum, licet sit ex peccato, & ad peccatum inclinet, ibid.

Conditiones quales in Eccles. provissione rejiciendæ, ibid. & seq.

Confessio integra peccatorum à Domino instituta, 282. I. omnibus post Baptismum lapsis Jus. Div. neces. ibid. & 314. Can. VI. I. est pars Pœnit. 276. I. ad Euch. percipiend. semel in anno saltem ab omnibus & singul. cum ad discretionis annum pervenerint facienda, 288. I. 316. I. Can. VIII. maximè acceptabili tempore Quadragessimæ utrobique.

Confessio publica peccatorum non est sub præcepto, sed secreta, 286. I. neque satis consultè fieret, si præciperetur publica, ibid. licitè tamen fieri potest, ibid.

Confessionis Ministri soli Sacerdotes, 288. I. 316. Can. IX. procedit, etiam si peccato mortali sunt coinquinati, ibid. præter Confessorem ordinar. alius extraordinarius ab Episcop. & aliis superioribus, bis, aut ter in anno Monialibus offerendus, qui omnium Confessionem audire debeat, 288. II.

Confessores debent pro criminum qualitate, & pœnitentium facultate salutares, & convenientes satisfactiones injungere, 298. I.

Confirmatio est verum & propr. Sacr. 172. Can. II. ejus Minister solus Episc. ibid. Can. III. eam habere debent, qui prima Tonsura sunt initiandi, 114. II. in ea character imprim. in anima, 162. Can. IX. I.

Cognatio spiritualis inter quos contrahatur, 170. II.

Confraternitates per Episc. visitandæ, 80. II.

Conjuges in eadem domo cohabitare non debent, nisi antea Beneditionem Sacerdotal.

Digitized by Google

in Templo non susceperint, 166. II.
Consanguinei Ecclesiarum fructibus non augendi, 314. II. si verò pauperes sint, iis, ut pauperibus distribuant, eos autem non distrahant, nec illorum causa disipent, ibid.
Consecratio Episcoporum, si fiat extra Urbem, facienda est in Eccles. propr. vel in Provincia si fieri commode potest, 112. II. intra tres menses post confirmationem facienda, 184. I. procedit, etiam si Cardinalatus honore prefulgeant 112. II. si prorogetur non potest ultra sex menses prorogari, 184. ibid. si autem legitimo absque impedimento eadem diutius prorogetur, electi ad fructuum præceptorum restitutionem sunt adigendi, 112. II. & si totidem intra menses facere neglexerint, ipso jure Ecclesia privandi, ibid.
Consecratione panis & vini fit conversio totius substantiæ panis in substantiam corporis Christi D. N. & totius substantiæ vini in substantiam sanguinis eius, 230. I. quæ conversio transubstantiatio à S. Catholic. Eccl. est appellata, ibid.
Consensus contrahent. in Matrimon. necessarius, 162. II. & seq. sed non parentum, ibid.
Conservatores à Papa dantur ad aliquos sibi commissos defendend. contra manifestam injuriam, 336. I. nullum habere possunt Tribunal. erectum, ibid.
Conservatoriæ litteræ. *Vid.* lit. conservat.
Consistorio proponitur Eccles. Cathedr. vacans. 190 II.
Constitutiones Eccles. approbant. 24. II. & 194. & Regularium etiam, 284. ibid. & quæ rejiciantur, 228. ibid.
Consuetudo locorum attendenda, 84. I. pro Lege habenda, 10. II. jurisd. tribuit & oficium, 74. ibid.
Cosultores Duellorum puniend. 368. II.
Consummatio sub priori Testamento non erat, 40. II.
Continentiam Diacon. & Subdiacon. servare debent, 128. II.
Contritio est animi dolor ac detest. de peccato commiss. cum propos. non peccandi de cætero, 278. I. necessaria, ibid. libera & voluntaria, ibid. 312. I. Can. V. non consistit in sola cessatione à peccatis, & in novæ vitæ inchoatione, sed etiam debet esse veteris vitæ odium, 278. I. est pars integralis Sacramenti pœnitentiæ ex Christi institutione, 276. I. in homine lapso post Baptismum cum voto præstandi cætera, quæ ad pœnitent. Sacram. requir. præ-

Digitized by Google

præparat, & disponit ad peccator. remission. 278. I. cum charitate perfecta reconciliat Deo cum voto confessionis, & illa reconciliatio adscribenda est tali confessionis voto, 280. I. sine confessione non sufficit (si adsit copia confesar.) ad sumend. Euch. 236. I. procedit quoque in Sac. ibid. si verò necessitas urgeat, possunt, sed debent post Missam quamprimum poterunt confiteri, ibid.

Contritio imperfecta dicitur Attritio, & est detestatio peccati, vel ex turpitudinis ejus consideratione, vel ex gehennæ, & pœnarum metu, 280. I. est domum Dei, ibid. non perducit ad justificationem, sed disponit tamen ad gratiam impetrandam per Sacramentum Pœnitent, ibid.

Contritus sine confessione ad Eucharistiam accedere non debet, 236. I. & 246. Can. XI. I.

Controversiæ omnes de præcedentia inter Ecclesiasticas personnas tamsæculares quam regulares sunt per Episcopum, omni amota appellatione componendæ, 292. II.

Contumacia severè punienda, 148. I.

Converti seu pœnitentibus in mulieribus earum constitutiones servandæ, 302. II.

Corporis Christi Festum. *Vide* Festus dies.

Correctio est à benignitate inchoanda, & ubi morbi gravitas postulat ad graviora remedia est procedendum, 250. I. plus agit benevolentia, quam austeritas, plus exhortatio, quam comminatio, plus charitas, quam potestas, 250. ibid.

Credere quomodo debeamus, 238. I. & seq.

Criminales causæ. *Vide* causæ criminales.

Criminalibus in causis appellatio ab interloquutor. vel alio gravamine ante difinitivam sententiam non admittenda, 248. I. in criminalibus causæ per appellationem ad Romanam Curiam devolutæ committuntur in partib. Metropolit. seu illius Vicar. vel si ille suspectus sit, aut ultra duas distet dietas, seu ab illo appellatum fuerit, viciniori committendæ Episcopo vel ejus Vicario, 252. cap. 2. non procedit in inferioribus Judicibus, ibid. in criminalibus reus appellans acta primæ instantiæ producere debet, sine quibus Judex ad quem non procedit, ibid.

Culpa quomodo remittatur, 140. I. Can. XXX. & an sine pœna, 294. ib.

Cultus Latriæ debetur Euch. 244. Can. VI. I. & 232. ib.

Cupiditas malorum omnium radix, 86. II.

Cura Animarum non negligenda,

Digitized by Google

da, 76. II. & 182. ib. 184. ib.
Curatum Beneficium. Vide Beneficium.
Curatus. Vide Parochus.
Curiositas à popularibus Concionibus secludenda, 260. II.

D

Deambulationes in Ecclesia vitandæ, 64. II.
Debitorum solutio quomodo ab exempt. extorquenda, 190. I.
Decalogi præcepta omnes obligant Christianos, 134. Can. XIX. I.
Decani ubi visitationem exercent, debent, assumpt. Notario de Episcopi consensu, per se ipsos tantum visitare, 196. II. Causas Matrimoniales & Criminales non judicant, 250. II.
Decimarum solutio debita est Deo, 352. II. integre persolvenda, ibid. & largius tenuioribus Ecclesiis, ib.
Decimarum solution. substrahentes, aut impedientes excommunicandi, nec absolvendi, ni plene sequuta restitutione, 352. II.
Decreta Tridentini Sedis Apostolicæ auctoritati subjacent, 374. Can. XXI. II. in Synod. Provincial. & Diœcessan. recipienda, 316. ib. à Lectoribus observanda, 318. ib.
Decreta omnia de vita & Clericor. honest. observanda, 68. II. & quæ ad Dignitat. Episcop. pertinent, 364. II. & ad eorum favorem, 372. II.
Decreta super Residentia publicanda, 112. II. & item de Matrim. 170. II.
Deductiones ex fructibus in Ecclesiar. provisione rejiciendæ, 228. II.
Defensio quomodo permissa, 340. I.
Degradatio Clerici in Sacris etiam Ordinib. constituti fieri potest ab Episc. per se, vel per Vicarium absque aliorum Episc. numero à SS. Canonibus ordinato, 254. c. IV. I. procedit, si tot. Abbates usum Mitræ & Baculi habentes assistant, si commodè repiriri possint, ibid. alioquin totidem personæ Ecclesiastic. in dignitate constitutæ, graves, & Jurisperitia commendabiles, 256. ib.
Delegatio causarum Ecclesiasticarum in partibus committenda est Episc. vel aliis in Synodo designatis, 346. II.
Delegationes quæcumque aliorum Judicum post designat. factam, quam statim Episcop. ad Summum Rom. Pontif. debent transmittere subreptitiæ censendæ, 346. II.

Digitized by Google

Delinquentes decenti in loco custodiendi, 330. II.
Denuntiationes trinæ in Eccl. à propr. Paroch. faciendæ, 164. II. & seq. & seq. tribus continuis diebus festivis inter Missarum solemn. ibid. non procedit si aliquando probabilis foret suspicio Matrim malitiose impediri posse, 166. II. tunc vel una tantum sit, vel Parocho & duobus vel tribus testibus præsentib. Matrim. celebretur, deinde at illius consumation. denunciation. in Eccles. fiant, ibid. Ordinar. arbitr. remittunt. ibid.
Depositio verbalis quomodo facienda, 256. I.
Deus auctor omnis dati optimi, 36. I. die Dominico lucem condidit, à mortuis resurrexit, ac Spirit. Sanct. in Discipulis infudit, ibid. Pater misericordiar. 90. I. operatur velle & perficere, 114. ib. non concurrit ita ad peccatum, sicut ad opera nostra bona propriè, & per se concurrit, sed ad peccatum permissivè tantum, 128. C. VI. I. non deserit justificatum, nisi prius ipse ab eo deferatur, 110. I. impossibilia non jubet. ib. & 134. Can. XVIII. I. castitatem petentibus non denegat. 160. Can. IX. II.
Diaboli imperium, 64. I. ejus astutia ad nos in exitu vitæ perdendos, 302. I. calcaneo insidiatur, 304. ib.
Diaconorum institutio, & mentio in Sac. Litter. 92. II. & 340. I. & seq. eorum continentia, & seq. diebus saltem Dominic. & solemn. S. Commun. debent percipere, si Altar. ministrant. ibid.
Dies Festi. *Vide* festi dies.
Dietæ duæ, 252. I.
Dignitates Ecclesiast. præsert. in Cathedr. ad conservand. augendamque Ecclesiast. Disciplinam institutæ, 216. II. eas obtinentes pietate præcellere aliisque exemplo esse, atque Episcop. opere & offic. juvare debent, ibid. ad eas quibus animar. cur. subest, nemo promovendus, nisi qui saltem, 25. suæ ætatis ann. attigerit, & in Clericali ordine versatus, Doctrina ad suum exequendum munus necessar. ac morum integritate commendetur, ib. ubi nulla Animarum cura subest, Clerici alioquin idonei, & 22. annis non minores adsciscendi, 118. ib. ad Dignitat. nemo recipiend. nisi qui in ordine S. aut sit initiat. quem illa Dignitas, aut portio requirit, aut tali in ætate, ut infra tempus à jure & Trident. statutum initiari valet, 218. II.
Diligentes Christum sermon. ejus servant. 108. I.
Diligere Deum, ut oportet, ad justification. gratiam con-

se-

sequend. nullus potest sine præveniente Spir. S. inspiratione & adjutorio, 126. Can. III. I.
Dimissoriæ Litteræ. *Vide* Litteræ Dimissoriæ.
Diœcesses quare distinctæ, 344. c. IX. I.
Diœcessana Synodus quotannis est ab Episcop. celebranda, 194. II. exempti, qui alias cessante exemptione interesse deberent, nec Generalib. subduntur capitulis accedere tenentur, ibid. item ii, qui Animar. Curam gerunt, quicumque illi sint, debent Synodo interesse, & pœnas à S. Canonibus sancitas incurrunt tam Metropolit. quam Episcopi & alii, si negligentes fuerint, ib.
Disceptationes contempt. vitandæ, 40. I. & seq.
Disciplina populis necessaria, 250. I.
Disciplina Ecclesiastica conservanda, & restituenda, 370. II. & seqq. ac Monastica, 310. II. ac Regularis. 268. II.
Discoli puniendi, & à Seminario expellendi, 140. II.
Dispensatio non suffragatur ei, qui scienter intra gradus prohibit. contrahere præsumpserit, 174. II. etiam non tantum Mantrimonium contrahere, sed etiam consummare ausus fuerit, ib. item procedit si ignoranter id fecerit, si quidem solemnitates in contrahendo Matrimonio requisitas neglexerit, 176. II. dignus enim non est, qui Eccl. benignitatem facile experiatur, cujus salubria temere contempserit præcepta, ibid. secus in solemnitatibus adhibitis aliquod postea subesse cognoscatur impedimentum, cujus ille probabilem habere potuit ignorantiam, tunc cum eo facilius, & gratis erit dispensandum, ibid.
Dispensare potest Eccl. in gradibus consanguinitatis & affinitatis, 156. Can. III. II.
Dispensare potest Episcop. in interstitiis pro Ordinatione, 124. II. nedum ad Ordines Minores, sed inter Subdiaconat. & Diaconat. 128. ib. etiam cum Ordinatis per saltum, dummodo in Ordinatione non ministraverint, 130. ib.
Dispensationes de promovendo à quocumque nemini concedendæ justa absque causa, ni sui Ordinarii Litter. habeat, 186. I. de non promovendo ad annum suffragantur, 188. c. XII. I.
Dispensationes de non residendo quando valeant, 150. I. dispensationes in irregularitatibus omnib. & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus ab Episc. concedendæ, 206. II. secus in illis, quæ ex homicidio voluntario oriuntur, ibid. &

Digitized by Google

ni aliis ad forum contentiosum deductis, ibid.
Dispensationes de pluribus retinendis Beneficiis Curatis exhibendæ, 178. I. extra Roman. Curiam Ordinariis illorum committendæ, qui eas impetraverint, 78. II. quæ gratiose conceduntur non possunt sortiri effectuum, nisi prius ab Episcopis ut Delegat. Papæ summariæ & extrajudicialit. cognoscantur, expressas preces subreptionis, vel obreptionis vitio non subjacere, ibid.
Dispensationes in legibus Canonicis magna ex causa & cum maturitate faciendæ, alias subreptitiæ censentur, 360. II.
Dispensationes vanè rejiciendæ, 376. II.
Distributiones quotidianæ ubi non sunt, constituantur, 22. & seq. II. ubi tenues adeo sunt, ut verosimiliter contemni possint, per Episcopum, ut Apostolicæ Sedis delegatum, tertia pars fructuum, & quorumcumque proventuum, &c. tam Dignitatum, &c. separari debet, & in quotidianas distributiones converti, ibid. & seq. & 72. II. item iis uniri possunt simplicia Beneficia, non tamen Regularia, si præbendæ simul cum distributionibus quotidianis tenues adeò sint, ut sustinendo Canonicorum gradui pro loci, & qualitate personarum non sufficiant, 228. II. & si hac ratione provideri non possit, Præbendæ ad pauciorem numerum reducendæ; tamen tot supersint, quæ divino cultui celebrando, ac Ecclesiæ dignitati valeant commodè respondere, ibid.
Distributiones quotidianæ dividuntur intra dignitatem obtinentes, & cæteros Divinis interessentibus, juxta divisionem ad Episcopo in prima fructuum deductione faciendam, 24. II. consuetudo Ecclesiarum, ubi nec tertia quidem fructuum, aut nulla prorsus parte fruantur absentes non fuit sublata, ibid. per non servientes amittuntur, 72. II. & Fabricæ Ecclesiæ, aut alteri pio loco, arbitrio Ordinarii, applicantur, 74. ibid.
Distributionibus potiri debet, qui habet Dignitatem, cui annexa est cura Ruris, quamdiu in Ecclesia sua Parochiali residebit, 74. II. tantum in illis Ecclesiis, in quibus nulla adest consuetudo, ut Dignitates non servientes aliquid amittant, quod tertiam partem dictorum fructuum proventuum, ib. potiri quoque debent distributionibus solis præsentibus dandis Canonicis, qui statis horis interfuerunt, 222 II. reliqui quavis collusione,

he, aut remissione exclusa illis careant, ibid.
Divinitas Christi in Eucharistia. *Vide* Eucharistia.
Doctores ad Cathedrales assumendi, 72. II. creari debent Examinatores, 242. ib. item Vicarii Capitulares, 234. II. & Archidiaconi, 218. ib.
Doctoribus Scholasteriæ conferendæ, 146. II. ac Pœnitentiariæ cum præbendis, 210. II. & Dignitates in Cathedralibus Ecclesiis, & Collegiatis insignibus, 220. ib.
Doctores Universitatum quid regere, aut permittere debeant, 318. II.
Domini Temporales. *Vide* Principes.
Dominicus dies colendus, quia in eo lucem Deus condidit, à mortuis resurrexit, ac Spiritum Sanctum in Discipulos infudit, 36. I.
Dotari debent raptæ, Judicis arbitrio, à raptoribus, 178. II.
Dubitare de quibus non debeamus, 196. I.
Duellorum usus, fabricante Diabolo, introductus, 368. II. ex Christiano orbe exterminandus, ibid.

E

Ecclesia est veritatis columna, 226. I. edocta à Christo vel ab Apostol. 222. ib. & à Spiritu Sancto, 8. II. communis Mater, 386. I. *in princ.* Dei Sanguine adquisita, 142. I. Christi Sponsa Dilecta, 42. II.
Ecclesia Romana omnium mater & magistra, 166. Can. III. I. & 108. I. & 380. II. eius doctrina de Baptismi Sacramento vera, 166. Can. III. I. ei est obediendum circa observantia Jejuniorum, ciborum delectum, festa & alia quæ ad pietatem pertinent, 380. II.
Ecclesia de occultis non judicat, 164, II. de vero sensu interpretatione Scripturarum Sanctarum judic. 56. I. in neminem judicium exercet, qui non prius in ipsam per Baptismum fuerit ingressus, 274. I. ejus benignitatem experiri non meretur, qui ejus contempsit Præcepta, 176. I. potestatem habet mutandi aliqua accidentalia in Sacramentis, salva substantia, 10. II. potest illegitimare aliquas personas, ne valeant Matrimonium contrahere, & contradicentes est anathema. 156. Can. IV. II. in Matrimonii impedimentum dispensat, 176. ib. justis de causis Laicos communicat sub una tantum spe-

Digitized by Google

specie, 10. II. & 14. Can. II. ib.

Ecclesiæ Cathedralis Præcepta ab omnibus quantumvis perfectis observanda, 134. Can. XX. I. eius ritus, ac solemnit. non possunt in Sacrament. admin. sine peccato omitti, nec in alios mutari, 164. Can. XIII. I.

Ecclesiæ Parochiales pension. *Vide* Cathedralibus Ecclesiis, dirutæ etiam si jurispatronatus sint reficiendæ & restaurandæ ex fructibus, & proventibus, 34. II. si fructus non sufficiunt ad illarum instaurationem, adigendi tam Patroni, quam alii, qui ex dictis Ecclesiis fructus percipiunt, & etiam Parochiani, ibid. si vero pauperes sint, ad matrices, seu viciniores Ecclesias transferendum, ibid. convertendæ in usus prophanos non sordidos, erecta tamen ibi Cruce, ibid.

Ecclesiæ Parochiales tot habere debent Presbyteros, quot pro Sacramentorum administratione sufficiunt, & hoc est onus Episcop. 24. II. unitæ perpetuò Monaster. Colleg. &c. possunt quotannis per Episcopum imitari, 182. I. item provideri de Vicario perpetuo, congrua assignatione portionum, non obstante appellation. privileg. & ibid. & seq.

Ecclesiæ Cathedralis pensiones. *Vide* Eccles. Parochial. in eis vocem in Capitulum non habent, qui in Subdiaconatu non est constitutus, 74. II. procedit etiam in Collegiat. ibid. accessus & regressus non est in illis admittendus, 332. II. tenet etiam in Collegiat. ibid. & in quibuscumque personis, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, ibid.

Ecclesia in Cathedrali habentes Offic. cui sit ordo annexus, tenentur intra annum, nisi adsit impedimentum, illum accipere, & per se ministrare, 76. II. militat quoque in Eccles. Collegiat. ibid.

Ecclesia Patrimoniali, seu receptiva vacante, debet per Epsc. in ea Vicar. constituit cum congrua fructuum portionis assignatione ejus arbitrio facienda, qui onera Ecclesiarum substineat, donec ei de Rectore provideatur, 240. II.

Ecclesiæ nullius Diœces. ab Episcopo cujus Cathedralis est proximior, visitandæ, 212. II. alioquin ab eo, qui semel in Concilio Provinciali fuerit à Prælato loci illius electus, tamquam Apostolicæ Sedis Delegato, visitandæ, ibid.

Ecclesiarum quæ sint diversis in Diœcessibus unio damnosa, 344. cap. IX. I. pluralitas prohibetur, 174. I. qui

Digitized by Google

qui autem plures detinet; intra sex menses, unam quam maluerit, relinquat, alias infra annum dimittere, teneatur, alioquin Ecclesiæ ipsæ ultima obtenta dumtaxat excepta, eo ipso vacare censentur, 176. cap. II. I.

Ecclesiastica bona usurpans. *Vide* bona alicujus Ecclesiæ.

Ecclesiastica Hierarchia est, ut Castrorum Acies ordinata, 96. II.

Ecclesiastica immunitas pro locis & personis Dei Ordinatione, & Canon. Sanction. instituta, 370. II.

Ecclesiastica bona locari non possunt cum anticipata solutione in præjudicium Successor. 397. ib. item nec jurisdictiones Ecclesiastic. seu facultates nominato aut deput. Vic. in spiritualib. ib.

Editio vulgata Bibliorum approbata, 56. I.

Electi Dei sciri non possunt, nisi ex speciali revelatione, 112. I.

Electio Superior. Regular. per secreta suffragia facienda, 280. II. nomina singulorum eligentium numquam publicanda, ibid. ad electionem faciendam non sunt constituendi Provinciales, aut Abbates, Priores aut alii quicumque Titulares, ibid. nec voce, & absentium suffragiis supplere licet, 282. II.

Electio in Benefic. quomodo fieri debeat, 216. II. & seq. & seq. quomodo in Benefic. Jurispatron. 348. I. & quorum fieri debeat, 174. ib. & qua ætate, 116. II. nec sine examine, 188. I. & seq. & seq.

Electi ad fidei professionem peragendum sunt adstricti, 218. II. & seq.

Eleemosynæ Montium Pietatis visitandæ, 80. II. pro Defunct. utiles, 26. ib. pro Missis importune non exigendæ, 62. II.

Eleemosynarum Quæstores. *Vide* Quæstores.

Elemosynarum Administratores rationem Episc. quotannis reddere tenentur, 82. II. quibuscumque consuetudinibus sublatis, ibid. non procedit, si in institution. & ordination. talis Ecclesiæ & Fabricæ aliter cautum esset, 84. ib.

Emphiteusis Ecclesiæ usurpatores sunt excommunicatione plectendi, 86. II.

Episcopalis Dignitas omnino conservanda, 364. II. & seq. Episcopi à Spiritu Sancto, possiti regere Ecclesiam Dei, 142. I. & in Apostolorum locum successerunt, 96. II. Presbyteri sunt Superiores, ib. & 102. Can. VII. ib. Patres & Pastores, 366. ib. *in princip.* Ministri Sacram. Confirmationem, 172. Can. III. I. &

Digitized by Google

96. II. ac Sacræ Ordinationis; ib. supra omnes gradus constituti, 186. II. à Principibus & cæteris honorandi, 366. cap. XVII. II. à Canonicis adsistendi & inserviendi, dùm celebrant, aut alia exercent Pontificalia, 222. II. eorum est prima sedes & locus, 330. II. ac præcipua omnium rerum agendarum auctoritas, ib.

Episcopi qui sint eligendi, 142. I. & 70. II. & seq. & intra quantum tempus congregationis munus suscipere teneantur. *Vid.* Consecratio Episcoporum: creati à Romano Pontifice sunt legitimi, 102. Can. VI. II. eorum examen quomodo faciendum, 188. II. & seq.

Episcopi quales esse debeant, 38. I. & 248. & seqq. I. eorum familiares quales, 38. I. eorum mensa & suppellex qualis, 312. II.

Episcoporum officium, 38. I. onus Angelicis humeris formidandum, 144. I. eorum munus est prædicare diebus saltem Dominicis, & festis solemnibus, 80. I. & 202. II. vigilare, in omnibus laborare, & ministerium suum implere, 142. I. suis in Ecclesiis residere, 104. II. moderate ac sobrie vivere, 38. I. bonum exemplum subditis præbere, 312. II. humanum erga propinquos carnis affectum deponere, 314. II. Principibus non inservire, 364. cap. XVII. II. Lector. Theolog. eligere, 72. I. & Magistrum Grammat. 74. ib. malos corrigere Prædicatores, 84. ibid. neglectæ animarum curæ providere, 180. I. & Eccles. in quibus populus est numerosus, 24. II. atque aliis omnibus, quæ ad Dei cultum spectant, 82. II. ut pueri in Parochia doceantur, 202. II. ut sana de Purgatorio doctrina prædicetur, 258. ib. ut de invocatione Sanctor. & Sacr. Imagin. fideles instruantur, 264. ibid. ut Missæ pie ac rite celebrentur, 62. II. vitia subditorum exarguere, 248. I. eosque tamquam filios, & fratres diligere, ibid. & meminisse se esse Pastor. non percussores, ib. pauperum aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, 104. II. præter Ordinar. alium extraordinarium Confes. bis, aut ter in anno Monialibus offerre, 288. II. præcedentiæ controversias componere, 292. ib. Virginum Deo dicandarum voluntatem explorare, 298. ibid. decreta hujus Concilii de Regular. exequi, 310. ibid. curare, ut decretum de Matrim. publicet. 168. ibid. ut nuptiæ fiant cum honestate & modestia, 180. ibid. Concil.

dl. Provinciál. interesse, 192. ibid. certis maximè diebus suis in Eccles. permanere, 108. II. ordines per semetipsos conferre, 114. II. subditos docere, 72. ib. ac bonorum operum exemplo pascere, 104. II.
Episcopi gratiam per subrept. obtentam possunt rejicere, 256. & seq. I. casus sibi aliquos reservare, 292. & 318. Can. XI. I. nova mínacula probare, 266. II. Ordinatos ab Ordin. exercit. suspendere, si absque suo præced. exam. & commendatis litt. fuerint ab alio ordinati, 330. I. per tot. cap. III. Clericos exempt. Regular. extra Monast. degentes corrigere, 150. I. per tot. Can. III. eos degradare possunt, 254. I. sacrorum exercit. Clericis interdicere locum, eo inconsulto deserentibus, 132. II. concubinarios quoque ac concubinas punire, 180. II. & seqq. & non accedentes ad Synod. 194. ib. Beneficiis privare turpiter viventes, 356. ib. & non resident. contumaces, 110. II. Hospitalium cura privare Hospit. non exercent. 336. II. de jure Patronat. illud contra Canonic. Sanction. transferent. 342. II. Abbat. negligent. supplere, 76. I. & Capituli Metropol. Ecci. 234. II. & vices Metropo-
lit. si est Suffragan. antiquior, 106. ibid. illumque Romanum Pontif. denuntiare, 148. I. præsentatosque non idoneos repellere, 342. II. distribution. quotidian. dividere, 24. II. novas Parochias constituere, 26. II. easque distinguere, 226. ib. ordines Canonicat. designare, 220. ib. Beneficia transferre, 30. II. propr. Diœces. visitare, 196. II. & quomodo ibi, & Eccles. Sæcular. nullus Diœc. 210. ib. absentiæ causas probare, 110. ibid. contumaces non resid. variis remediis compellere, ibid. in suspensionibus & irregularitatib. dispensare, 206. II. publicam pœnitentiam in aliam commutare, 210. II. Monaster. Regularib. aliquando gubernare, 286. ib.
Episcopi quando citandi, ut personaliter compareant, 258. per tot. cap. VI. I. contra eos quales testes admittendi, ibid. eorum causæ à Rom. Pontif. terminandæ, 260. in cap. VII. I. & 204. II. vel à Concil. Provincial. ibid. eorum negligentia aliquando à Conc. Provinc. supplenda, 310. ib. & quando eis coadjutores dandi sunt, 334. II.
Episcopi puniuntur, nisi subdit. negligentiam corrigant, 70. II. si non resideant, 144. I. si ad Concilium Pro-

vinciale non accedant, 194. II. nihil in visitando accipiant, 198. II. si concubinas teneant, 358. II.

Episcopis non licet Pontificalia in alterius Diœcesi exercere, 152. I. nec alterius subditos ordinare, 328. I. & seq. I.

Episcoporum Titularium licentia correcta, 328. I.

Evangelium per Prophetam promissum, & à quo primum promulgatum, 52. I. fons verit. ib.

Eucharistia Simbolum unitat. 226. I. pignus futuræ gloriæ & perpetuæ fælicit. ibid. spiritualium animarum cibus, 224. I. anthidotum à quotidian. culpis liberans, & mortalibus à peccatis præservans, ibid. Simbolum rei Sacræ invisibil. gratiæ forma visibilis, 128. I. animæ vita, 240. I. perpet. sanitas mentis, ib. panis Angelorum, ib. I. tremendum misterium, 62. II.

Eucharistiæ Sacramentum singulis annis peculiar. & fest. die singular. solemniter celebrandum, atque in Processionibus reverenter, & honorifice per locum publicum circunferendum, 232. I. & 244. Can. VI. I. cur. in Proc. circunferat. 232. I. intra septa, aut Mon. Chor. non servandum, 288. II. quomodo accipiatur, & qualis exigatut præparat. 236. I. & seq. tripliciter sumitur. Primò sacramentaliter, sicut peccator. Secundò spiritualiter, sicut qui votum & desiderium habent illius, & participant de fructu, scicilicet gratia. Tertiò spiritualiter, & sacramentaliter, & ita sumitur ab iis, qui digne ad illud accedunt, 238. I. & seq. & 246. Can. VIII. I. omnes, qui ad annum discretionis perveniunt, tenentur singulis annis saltem in Pascha accipere, ibid. Can. IX. à Presbiteris laici accipiant, 234. I. Sacerdotes à se sumere debent, ibid. sumere sub utraque specie laici non tenentur, neque Clerici, 8. II. 14. Can. I. II. in altera tantum specie totus & integer Christus sumitur, 14. Can. III. II. in ea præter peccatorum remissionem adsunt alii effectus, 244. Can. V. I.

Eucharistiæ SS. Sacramentum in ultima Cœna à Christo institutum, 224. I. cum aliis Sacramentis hoc commune habet, quod est signum sensibile rei Sacræ & forma visibil. gratiæ invisibil. 228. I. in ea sanctitatis Auctor ante usus est, ibid. latriæ cultus ei debetur, 232. & 244. Can. VI. I. consuetudo asservandi in Sacrario est à Sæcul. Concil. Nicæni, 234. I. ad infirmos est deferendum, ib. in ea post pa-

Digitized by Google

alis & vini consecrationem D. N. J. C. verus Deus atque Homo verè, realiter, ac substantialiter sub illarum rerum sensibilium specie continetur, 224. I. sub specie panis ex vi verborum adest Corpus, & sub specie vini, 228. I. ipsum Corpus sub specie vini & Sanguis sub specie Panis & Anima sub utraque sunt ex vi unionis naturalis, & concomitantiæ, qua partes Christi Corpori sunt copulatæ: Divinitas verò est cum Anima, & Corpore ob unionem hypostaticam, 230. I.

Examen faciendum est ab Episcopo proprio qui Dimissorias concedit, 116. II. & eo impedito ab ejus Vicario Generali, 242. II. vel ab aliis viris doctis de concessione Episcopi, 118. faciendum est de ætate, moribus, doctrina & prudentia, 244. II.

Examinatores pro Parochis non sint pauciores tribus, 242. II. quorum votis, si pares, aut singulares fuerint, accedere potest Episcopus vel Vicarius, quibus magis videbitur, ibid. in Synodo quolibet anno fiant, sintque sex ex omnibus, quos Episcopus vult, ib. & per tres eorum saltem fiat examen, ibid.

Examinatores debent esse Doctores sive in Theolog. sive in Jure Canon. 242. II. vel alii Clerici, seu Regul. ib. jurare debent de fidelitate, & integritate servanda, & absque passione operando, ibid. nihil accipere possunt ab examinatis, nec antea, nec post; alioquin simoniæ vitium tam ipsi, quam alii dantes incurrunt, ibid. & pœna, ib.

Excommunicatio gladius, & nervus Ecclesiasticæ Disciplinæ, 320. II. sobriè tamen & magna circunspectione exercendus, ibid. abstinere debent Judices Ecclesiastici quando exequutio personalis, ut in civilibus fieri potest, 322. II. sed contra quoscumque etiam laicos ad multas pecuniarias est procedendum, ib. locis piis ibi assignandas, ib. seu per captionem pignorum & personarum districtionem, sivè etiam per Beneficiorum privationem aliqua juris remedia, ib. si verò exequutio realis & personalis fieri non poterit, sitque erga Judicem contumacia, tunc præter alias pœnas, etiam anathematis numero est adhibendus, ib. procedit etiam in causis criminalibus, ubi dictæ exequutioni facile locus esse non possit, ib. non proced. si exequutio real. haberi possit, ib.

Excommunicatio quæ fertur ad effectum revelandi perdita

ab alio ferri non potest quam ab Episcopo, 320. II. & tunc non ex re non vulgari & magna cum maturitate est facienda, ibid. neque adducatur Episcopus ad hoc faciendum, ob cujusvis Sæcularis etiam Magistratus auctoritatem, ib.

Excommunicatus si post monitionem non recipiscit, non est ad Sacramenta, nec ad Communionem, aut fidelium familiaritatem recipiendus, 324. II. si verò obdurato animo in censuris per annum insorduerit, ese contra eum, tanquam de hæresi suspectum procedendum, ib.

Exequutio quibus modis facienda, 320. & ib. II.

Exequutores ultimarum volunt. sunt Episcopi, 80. II.

Exemplum Sacerd. magni momenti, 68. II.

Exemplum malum ad malos provocat mores, 208. II.

Exemptorum restrictio, 214. II. causæ, 188. I.

Exorcistæ quando & cur instituti, 94. II.

Expectativæ tolluntur, 248. II.

Extrema Unctio. *Vide.* Unctio.

F

Fabricæ Ecclesiæ administratores rationem Ordinario quot annis reddere tenentur, 312. II. illique fructus beneficiorum concubinarii aplicandi, 356. II. & Episcoporum absentium, 148. I.

Facultates de promovendo à quocumque non suffragentur, nisi legitimam habentibus causam, ob quam à propriis ordinari non possint. Episcopis in litteris exprimendam, 188. I. nisi ab Episcopo sua in Dioeces. residenti, ib. & diligenti prævio examine, 188. c. XIII. I.

Familiaris suus non subditus non est ab Episcop. Ordinand. 122. II. non procedit si per triennium secum fuerit commoratus, & Beneficium, quacumque fraude cessante, reipsa ei conferat, ibid. ex Eccles. redditibus non augendus, 314. II.

Familiaritas Cardinalium ratione Beneficiorum non eximit ab Ordinarii jurisdict. eos qui Beneficium obtinent, 216. II.

Familiarum privilegia ejus, qui litteris conservatoriis tueri se solent; duo dumtaxat gaudent, si tamen illi propriis eius vixerint sumptibus, 336. I.

Festi dies devotè & religiosè celebrandi, in honorem SS. luxibus & lascivia, commessationibus, atque ebrietat. non celebrandi, 266. II. à Re-

gu-

gularibus observandi, quos Episcopus in Diœcesi sua præcipit, 292. II.

Festis diebus suas ad Parochias Populus frequenter accedere debet, 66. II.

Festus Dies Corporis Christi singulari veneratione, ac solemnitate celebrandus, 232. & 244. Can. VI. I. in Procession. ea die reverent. & honorific. per vias & loca publ. est idem Christi Corpus circumferendum, 232. cap. V. I.

Feudorum Eccles. occupatores excommunic. plectendi, 86. II.

Fidei professio facienda est ab Episcopo, 188. II. provisi de Benef. quibuscumque animarum curam habentibus, ad minus intra duos menses fidei professionem in manibus Episcopi vel eo impedito, cor. Generali ejus Vicar. seu Officiali facere tenentur, 218. II. eam peragere non solum cor. Episcopo, seu ejus Officiali, sed etiam in Capitulo, Canonic. & Dignitat. sunt adstricti, ibid. alioquin prædicti omnes provisi suos non faciunt fructus, nec illis possessio suffragatur, ibid.

Fides, nisi ad eam spes accedat, & charitas, neque unit cum Christo, neque corporis ejus verum membrum, efficit, 100. I. sine operibus mortua & otiosa est ib. sentium, & fundamentum est Simboli quod dicitur *Credo*, 46. I.

Fidem ante Baptismi Sacramentum ex Apostol. traditione Cathecumeni ab Eccles. petunt, vitam æternam præstantem, quam sine Spe & Charitate simul præstare non potest fides, 102. I.

Fides in Baptis. infunditur, ib. sola non est sufficiens præparatio ad assumendum Sacramentum Eucharistiæ, 246. Can. XI. I.

Fides quæ remanet in peccatore est vera Fides, licet non viva, 138. Can. XXVIII. I. non semper amittitur cum amissione gratiæ per peccatum, ib. eam sine Charitate habens est Christianus, & contrarium asserens, anathemat. subjacet, ib. Can. XXVIII.

Fides augeri potest per bona opera, 104. per eam homo justificatur ex eo, quod fides est humanæ salutis initium, fundamentum, & radix omnis justificationis, ib. sine ea impossibile est placere Deo, & ad filiorum ejus consortium pervenire, ibid.

Fidelis quisque debet iis obsequi, quæ ad carnem mortificandam, augendamque pœnitentiam conducunt, 380. II.

Fides publica, sive salvus conductus in Gener. Congregat. concessus eamdem habet vim, at-

atque in publica sessione datus esset, 388. I.
Figuræ Historiarum & Sanctorum, 264. II.
Filii Clericorum in Eccles. in qua Pater habet, vel habuit Benefic. idem vel aliud dissimile Beneficium obtinere non possunt, 360. II. nec in dicta Eccles. quoquo modo ministrare, nec pensionem supra fructibus Beneficiorum, quæ parentes eorum obtinuerunt, habere, ibid. & si Pater & Filius eadem in Eccles. Benefic. possideant, Filius cogi debet ad suum resignandum Beneficium, aut cum alio extra Eccles. intra trium mensium spatium permutandum, 362. II.
Fori privilegio, qui gaudent, 116. II.
Forma requisita in celebration. matrim. *Vide* matrim. & in Episcop. Promotion. 186. II. & in probandas legitimas absentiæ causas, 106. II.
Fornicatio affinit. contrahit, 174. Can. IV. II. & seq. sed ad eos tantum qui in primo & in secundo conjunguntur gradu, restringitur, ibid.
Fratres S. Joann. Jerosolymitani à taxa Seminar. persolvenda eximuntur, 142. II.
Fructus suos non faciunt Episcopi non residentes, 108. II. nec tuta conscientia percipere possunt, ibid.
Fructus occupantes, & jura piorum locorum, & Ecclesiarum quarumcumque, sunt excommunicati, 86. II. & seq. absolvi non possunt, nisi à Rom. Pontif. restitutione sequuta, ibid.
Frugalitas tam in mensa, quam in victu est per Episcop. servanda, 314. II.
Fuga ubi timetur, ne judicium eludatur, & opus sit personali detentione delinquentis, potest initio solus Episc. ad summariam informationem, & necessariam detentionem procedere, 330. II.
Funeralium quarta persolvenda, 354. II.

G

Gehennæ metus, per quem ad Dei misericordiam de peccatis dolendo confugimus, vel à peccato abstinemus, peccatum non est, nec peccatores peiores facit, contrarium dicens est, anathema, 128. Can. VIII. I.
Generales Ordinum quomodo eligendi, 280. II.
Gymnasiis in publicis Sacræ Scripturæ lectio habenda, 76. I.
Grammatices Magistri ab Episcopo cum consilio Capituli, eligendi in Ecclesiis, quarum

Digitized by Google

rum annui proventus tenues sint, & ubi exigua est, tam Cleri, quam populi multitudo, 76. I. eisque alicujus simplicius Beneficii fructus est necessaria asignandi, 76. I. vel ex Capitulari, vel Episcopali mensa condigna aliqua merces, ibid.

Gratia Dei præveniens, 94. c. V. I. est necessaria non solum, ut facilius impleamus, quod per solum liberum arbitrium possumus, sed ut possimus, 126. Can. II. sine ea homo nec diligere, nec sperare, nec pœnitere potest, ut oportet ad justificationem, ibid. Can. III. I. cum seq. ejus necessitatem negans ad bona opera, est hæreticus, ib.

Gratiæ auxilio potest voluntas sibi resistere, 126. Can. IV. ib.

Gratia, quâ homo justificatur, non consistit in solo externo Dei favore, sed est inhærens homini, 98. I.

Gratia justificationis datur à Spiritu Santo prout vult, secundum cooperationis & dispositionis nostræ mensuram, 100. I. justificans non datur solum prædestinatis, sed etiam aliis, 120. I. accepta in justificatione potest per bona opera augeri, 108. & 136. Can. XXIV. I. potest amitti per infidelitatem, & per alia etiam peccata mortalia, 118. & seq. 138. Can. XXVII. I. ea amissa per peccatum non semper fides amittitur, ib. Can. XXVIII.

Gratia quæ habetur in Baptismo, si per peccatum amittitur potest per pœnitentiam recuperari, 140. Can. XXIX. I. & seq. de sua gratia an eam habuerit, vel habeat, potest quisque dubitare, non propter Sacramentorum efficaciam, sed propter suam infirmitatem & indisposionem, 106. I. nullus scire valet se esse certò in gratia, certitudine, cui non potest subesse falsum, ibid. ea quæ habetur in Baptismo, originalis peccati reatum delet, 68. Can. V. I.

Gratiæ ad vacatura & indulta ad alienas Ecclesias vel Monasteria nemini concedendæ, 248. II. procedit etiam si de S. R. E. Cardinalibus agatur, ibid. hactenus concessa abrogata censentur, ibid. quando suum sortiantur effectum, 270. I. & quando non, 258. I.

Gubernatores Ecclesiastici in causis matrimonialibus se ingerere non debent, 252. II.

Gymnasia publica debent Sacræ Scripturæ Lctorem habere, 76. I. tam illorum Lectores, quam scholares privilegiis omnibus de perceptione fructuum præbendarum & beneficiorum suorum in absentia à jure communi concessis plene gaudent, ib.

Digitized by Google

Habitus non facit Monachum, 338. I.

Habitus Clericorum debet esse proprio congruens Ordini, 338. I. & non laicalis, ib. procedit in quibuscumque personis quantumvis exemptis contra inobedientes potest Episcopus procedere per suspensionem ab Ordinibus ac Officio, Beneficio, ac fructibus, redditibus, & Beneficiorum ipsorum proventibus, ibid. & si semel correcti in hoc quoque deliquerint, etiam per Officiorum privationem, & Beneficiorum hujusmodi coercendi, ibid.

Habitus Religionis occulte non ferendus, 302. II. post quinquennium non deponendus, ibid. seqq.

Hæreditariæ Beneficiorum successiones prohibitæ, 332. II.

Hæresis suspectus habetur qui obdurato animo in censuris per annum insorduerit, 324. II. ejus crimen quis absolvit, 206. II. Matrimonii vinculum non disolvit, 158. Can. V. II.

Hæreses circa Sacramenta, 156. & 240. I. hæreses anathematizantur, 316. II. & in princip. hæresum monumenta, 156. I.

Hæretici ad Concilium invitantur, 352. I. Novatores appellantur, 300. I. sub Evangelia pretextu carnis libertatem introducunt, 152. II.

Hæreticor. perfidia circa Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, 226. I. inanis eorum fiducia, 104. I. eorum Baptismus datus in nomine Patris, &c. cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, est verus, 166. Can. IV. I.

Hierarchia Ecclesiastica Divina instituta ordinatione constat ex Episcopis, Presbyteris, & Ministris, 96. & 102. Can. VI. II.

Historiis Misteriorum nostræ Redemptionis, picturis, vel aliis similitudinibus expressis, eruditur, & confirmatur populus in articulis fidei commemorandis, & assiduè recolendis, 264. II.

Homicidium quis per industriam, aut insidias, & sua voluntate perpetrans, ab Altari avelli debet, 340. I. etiam si crimen id nec ordine judiciario probatum, nec alia ratione publicum, sed occultum fuerit, nullo tempore ad Sacros Ordines promoveri possit, ibid. nec illi Ecclesiastica Beneficia sunt conferenda, sed omni Ordine, ac Beneficio Ecclesiastico perpetuo carere debeat, ibid.

Homicidium commitens vim repellendo, ac Sacrorum Ordi-

Digitized by Google

dinum, & Altaris ministerium & Beneficia quæcumque ad Dignitates dispensari debeat, 340. I. hujusmodi dispensatio loci Ordinario, aut ex causa Metropolitano, seu viciniori Episcopo, est committenda, ibid.
Homiliæ Sanctorum legendæ, 138. II.
Homo sine præveniente Spiritus Sancti inspiratione, atque ejus adjutorio, nec credere, sperare, diligere aut pœnitere potest, 126. Can. III. I. abjicere illam valet, 94. I. potest vias suas malas facere, 128. Can. VI. I.
Hospitalia visitanda, 82. II. fideliter, ac diligenter gubernanda, 192. cap. XV. I. ea obtinentes hospitalitatem, quam debent ex fructibus ad id deputatis actu exerceant, 336. II.
Hospitalia ad certum Peregrinorum, Infirmorum, &c. genus suscipiendum si fuerint instituta nec in loco ubi sunt duo Hospitalia, similes Peregrini, &c. reperiantur, illorum fructus in alium pium usum, qui eorum institutioni proximior, & utilior sit, sunt immutandi, 336. II. & quæ dantur in titulum, ib. eorum administratio seu gubernatio locorum uni, & eisdem personæ ultra triennium non committenda, 338. ib. nisi aliter in fundatione cautum reperiatur, ibid.
Hostiæ post Communionem reservatæ, 244. Can. VII. I.

I

Ieiunia commendantur, 378. II. Iesuitæ proprium eorum institutum à Sancta Sede approbatum servare debet, 296. II.
Iesus. *Vide* Christus.
Illiteratis Rectoribus dandi sunt coadjutores, 28. II. aut Vicarios pro tempore deputare, partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, ibid.
Imagines Christi, Deiparæ, & Sanctorum in Templis habendæ, eisdem debitur honor, & veneratio impertienda, 262. II. non quod creatur adesse in iis aliqua Divinitas, virtus, &c. propter quam sint colendæ, sed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ representant scilicet ad Christum, Deiparam, &c. ibid. ex iis verò magnus advenit fructus non solum quia admonetur populus beneficiorum, & munerum, quæ sibi à Christo collata, sed etiam quia Dei per Sanctos miracula & Sanctuaria exempla oculis fidelium subjiciuntur, 264. II.
Immunitas Ecclesiastica constitu-

tuta & conservanda, 370. II. & seq.
Impedimenta Matrimonii, 156. Can. IV. II. & ibid. 174. cap. IV. II.
Imperator bona Ecclesiastica conservare debet, 372. II. & seq. ea occupans excommunicatur, 86. cap. XI. II. & seq. quod si ejusd. Ecclesiæ Patronus fuerit, etiam jure patronatus ultra prædictas pœnas eo ipso privatus existat, ibid. & similiter si locum ad monomachiam concedat, 368. II.
Imperii jura multi habent, 340. II.
Imperitiæ Parochorum succurrendum, 28. II.
Impii justificatio est translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius primæ Adæ, in statum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei per secundum Adam Jesum Christum Salvator. nostrum, 94. I. sine lavacro regenerationis, aut ejus voto, fieri non potest, ibid.
Impossibilia non sunt Dei præcepta, 108. cap. XI. I. & 134. Can. XVIII. I.
Impressoribus sine Superiorum Ecclesiasticor. licentia Sacræ Scripturæ libros imprimere non licet, 58. I. nec alibi impressos venales habere, ibid. nec quosvis libros sacros sine nomine auctoris, ibid. nec illos vendere, aut etiam retinere, nisi fuerint ab Ordinario examinati & probati, ibid.
Indulgentiæ maximè salutaris, 376. II. per Ordinarios locorum adhibitis ducbus de capitulo, debitis temporibus populo publicandæ, 36. II. cœlestes Ecclesiæ Thesauri, ibid. eas publicantes accipere possunt eleemosynas oblatas, nulla pro se mercede accepta, ib. concedendi potestas concessa est à Christo Ecclesiæ, 376. II. moderate concedendæ ne nimia facultate Ecclesiastica enervetur disciplina, ib. pravis quæstus omnes pro iis consequendis omninò abolendi, ibid. illarum abusus ab Episcopis ad Papam referendi, 378. II.
Indulta de non residendo tolluntur, 148. I.
Infames qui, 368. II.
Infidelitate amittitur fides, 118. I.
Infirmorum remedium optimum Extrema Unctio, 304 I. & seq.
Inhibitio quando fieri non debeat, 250. II.
Inhibitiones quando contemnendæ, 252. I. 80. II.
Injurias nasci à quibus jura expectantur necessarium est, 182. cap. IX. II.
Instantiæ primæ coram locorum Ordinariis cognoscendæ, 248. II. intra biennium à die motæ litis terminandæ, ibid.
Institutio Sanctissimæ Eucharis-

Digitized by Google

ristiæ Sacramenti, 226. I.
Confessionis. *Vide* Confessio.
Sacræ Ordinationis fuit à Christo Domino facta, 100. Can. III. II. Pœnitentiæ. *Vide* Pœnitentia : Unctionis Extremæ. *Vid.* Extrema Unctio.
Interdicta Ordinarium à Regularibus observanda, 292. II.
Interpretatio Scripturarum contra sensum approbatum prohibetur, 56. I.
Joannis Baptismus non habuit eamdem vim cum Baptismo Christi, 164. Can. I. I.
Irregulares quomodo & quando possunt ab Episcopo dispensari, 206. II.
Irreverentia ab impietate vix sejuncta, 62. II.
Judices Ecclesiastici causas Matrimonial. cognoscere debent, 162. Can. XII. II. à censuris Ecclesiasticis abstinere, 320. ibid. brevè causas finire, 248. II. quomodo suas exequantur sententias, ibid.
Judices laici Ecclesiasticos impedire non possunt, 322. II. Delegati qui & quomodo eligendi, 248. II.
Judicis acta appellanti impediendis pœnæ, 252. II.
Jurisdictio Ordinationum nullus privilegiis, aut exemptionibus impedienda, ibid.
Jurisdictiones Ecclesiasticas locare non licet, 350. II.
Jurisdictio capituli salva relinquenda, 330. II.
Jurisdictionis competentia à quibus judicanda, 336. I.
Juspatronatus nemini habere licet, nisi Ecclesiam, Beneficium aut Cappellam de novo fundaverit, & construxerit, seu jam erectam, quæ tamen sine sufficienti fuerit dote, de suis propriis & patrimonialibus bonis competenter donaverit, 348. I. quomodo probetur, 338. II. in alios non transferendum, 342. II. electio vel institutio etiam in casu fundationis Episcopo & non alteri est reservata, 348. I.
Justi adhuc justificari possunt, 106. I. & in venialia peccata aliquando cadunt, 136. Can. XXIII. I. bene operando expectare debent retributionem à Deo per ejus misericordiam, & Christi meritum, si usque in finem in gratia perseverent, 138. Can. XXVI. ibid.
Justificationis causæ sunt, finalis Dei gratia, & Christi, ac vita æterna, efficiens misericors Deus, qui gratuito abluit & sanctificat, signans & ungens Spiritu promissionis Sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ ejus causa formalis Dei justitia, 98. I. meritoria autem dilectissimus Unigenitus Jesus Christus, ibid. efectus ibid. fructus, 118. ibid. & seq. ad eam naturæ & legis imbecillitas, 90. ibid.

Digitized by Google

Justificatio Adultorum, 94. I. cum seq. animæ non fit per vim naturæ aut legis, sed per Christum, 124. Can. I. ibid. præparatio ad eam fit per gratiam excitantem & adjuvantem ad conversionem, & per consensum, & cooperationem, 94. I. hominis fieri non potest nisi in Christo, 98. cap. VII. I. cum seq. non consistit in sola remissione peccatorum, vel sola imputatione justitiæ, exclusa gratia & charitate, 130. Can. XI. I. renovat homin. causando in eo fidem, spem, & charitatem, 100. ibid. est remissio peccatorum, renovatio interioris hominis, per voluntariam susceptionem gratiæ & donorum, 98. I. gratis fit; quia absque merito proprio, 104. fit autem non in sola fide qua quis expedit se esse justificatum, ibid. cum seq. post lapsum baptizati sit per Sacramentum Pœnitentiæ, 116. I. & seq. hic enim justificationis modus est lapsis reparatio à Sanctis Patribus secunda post naufragium deperditæ gratiæ tabula nuncupata, ibid. ejus gratia non datur solis prædestinatis, sed aliis, 132. Can. XVII. I.

Justificatio impii est translatio à statu peccati ad statum gratiæ, 94. I. sine lavacro regenerationis, aut ejus voto fieri non potest, ibid.

Justificati per Christum, 124. Can. I. I.

Justificatus peccare potest, 136. Can. XXIII. I. non tenetur credere se esse in numero prædestinatorum, 132. Can. XV. I. sine speciali Dei auxilio non potest perseverare, 136. Can. XXIII. I.

Justitia accepta augetur, 106. cap. X. I. hoc autem incrementum postulatur à S. Eccles. cum oratione: da nobis, Domine fidei, spei, & charitatis augmentum, 108. I.

Justitiæ publicæ honestatis impedimentum, 172. II.

Justitiæ Dei infusio, 122. I.

L

Laici effici non possunt ritè ordinati, 96. II. & 100. cap. IV. ibid. à Sacerdotibus Communionem non adstringuntur sub utraque specie, 8. II.

Lapsorum post Baptismum reparatio, 116. I. cum seq. 140. Can. XXIX. ib.

Latinam linguam scire debent qui minoribus ordinibus initiantur, 124. II.

Latriæ cultus in Eucharistia debetur Christo. *Vide* Eucharistia.

Lectio Sacræ Scripturæ ubi instituenda, 74. & 76. I. & seq. aliæ lectiones, vel consuetudine, vel quavis alia

Digitized by Google

alia ratione institutæ, non prætermittendæ, ibid.
Lectores per se ipsos si idonei fuerint, alioquin per idoneum substitutum, ad illius expositionem, seu interpretationem etiam per fructuum substractionem compellendi, 72. I. eorum stipendium, 74. ibid. seq. non conferendum nisi personis idoneis, & quæ per se ipsas id munus explicare possint, ibid.
Lectores prius ab Episcopo loci examinandi & approbandi, 78. I. non procedit in Lectoribus in Claustris Monachorum, ibid. illi verò Universitatum, & Studiorum Generalium tenetur in principio cujuslibet anni emittere juramentum de servando Decreta Concilii Tridentini, 318. II.
Legata ad pios usus quomodo exequenda, 324. II.
Legati de Latere, quæ impedire non possint, 252. & quomodo procedere debeant in appellationibus, & inhibitionibus, 80. II.
Legislator Christus, 134. Can. XXI. I.
Libertas Ecclesiæ non violanda, 370. II. Virginum Deo dicandarum conservanda, 298. ibid.
Liberum arbitrium, 126. Can. II. I. per peccatum Adæ est attenuatum non extinctum, 90. & 126. Can. V. I. post peccatum non est titulus sine re, ibid. non potest implere, seu aliquod meritum vitæ æternæ homo facere ut juste vivere, 126. Can. II. ibid.
Libero arbitrio non infertur necessitas à gratia, sed potest ei resistere, 126. Can. IV. I. motum à gratia Dei aliquid operatur, dum assentitur & præparat, ac disponit se ad justificationis gratiam, 126. Can. III. I. sic motum non merè passive se habet, quia potest eam rejicere, ibid. vias malas facere potest, Can. VI. ibid. cum seq. ibid.
Libri de Matrimoniis à Parocho custodiendi, 168. II.
Libri Sacri sine nomine auctoris à nemine imprimendi, 58. I. nec vendere, & apud se retinere sine examine, & approbatione Ordinarii, ib. procedit etiam in Regularibus, qui licentiam quoque à suis Superioribus impetrare tenentur, recognitis per eos libros justa suarum ordinationum formam, 60. ibid.
Libros communicantes vel evulgantes, nisi antea examinati, probatique fuerint, eisdem subjacent pœnis quibus impressores, 60. ibid. eos habentes, vel legentes, nisi prodiderint auctores, pro actoribus habendi, ibid. hujusmodi librorum probatio debet in scriptis dari, atque ideo in fronte libri, vel scripti, vel impressi authen-

Digitized by Google

thentice apparere, ibid.
Librorum omnium tam veteris quam novi Testamenti Deus actor est, 52. I.
Librorum Sacrorum evulgata editio à nemine, quovis prætexta rejicienda, 58. I.
Libros Canonicos à Tridentino enumeratos non recipiens est anathema, 54. I. & seq. quinam sunt isti libri, 52. I. in libris scriptis, & sine scrip. traditionibus veritas & disciplina continetur, ibid.
Librorum prohibitorum Index, 380. II. ad illum conficiendum delecti Patres, ibid.
Licentia prædicandi gratis ab Episcopis concedenda, 82. I. sine illa Regulares in Ecclesiis non suorum Ordinum prædicare nullo modo possunt, ibid. in Ecclesiis verò suorum Ordinum requiritur etiam suorum Superiorum licentia, cum qua personaliter se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere sunt adstricti, ibid.
Licentiæ non residendi à quibus probandæ, vel judicandæ 106. II.
Licentiati Cathedralibus præficiendi, 74. II. & Vicarii Episcopi constituendi, 234. II. & Examinatores, 242. ibid. & Archidiaconi, 218. ibid. & Pœnitentiarii, 210. ibid. illisque Scholasteriæ conferendæ, 146. ibid. & dignitates, 216. II.
Litigatorum paupertati succurritur, 250. II. & ocurritur artibus, 348. ibid.
Litteræ conservatoriæ, 334. I. & seq. Comendatitiæ, 328. ibid. Testimoniales, 18. II. Dimissoriæ, 186. I. gratis concedendæ, 18. II. & à quibus, 185. I. & 122. II.
Locationes in præjuditium successorum prohibitæ, 348. II. & si fiant, nullæ sunt, ibid. & ad longum tempus, 350. ibid.
Lucra Turnorum prohibentur, 228. & seq. II.
Lucrum turpe prohibendum, 36. II. 62. ibid. & 378. ib.
Lusus & Luxus Clericis prohibentur, 68. II. & 222. ib.

M

Magistri Grammaticæ eligendi sunt in illis Ecclesiis Metropolitanis vel Cathedralibus, in quibus Theologiæ lectio habere non possit, 76. I.
Magistri legentes quid agere debeant, 318. II.
Magistri in Theologia ad Cathedrales assumendi, 72. II. item ad dignitates, quæ Scholasteriæ dicuntur, 146. II. pariter ad Archidiaconatum, 218. II similiter ad Pœnitentiarii munus, 210. II. Examinatores quoque, 242. II.

Ma-

Digitized by Google

Magistrorum privilegium, 74. I.
Mandata Evangelii & Decalogi. *Vide* Præcepta Dei.
Mandata de providendo tolluntur, 248. II.
Mare magnum Regularium non obstat Decreto hujus Concilii de Regularibus, 310. II. neque quartæ Funeralium, 354. ibid.
Maria Virgo fuit sine peccato veniali, 136. Can. XXIII. I. non comprehenditur in Decreto Concilii, ubi de peccato originali agitur, sed observandæ sunt Constitutiones Xisti IV. sub pœnis in illis contentis, 72. I.
Martyrum Reliquiæ venerandæ, 262. II. & seq.
Matrimonium Sacramentum magnum veteribus connubiis gratia præstat, 152. II. à Christo institutum, 154. Can. I. ibid. & gratiam confert, ibid. sancta res est, & sancte tractanda, 184. ib.
Matrimonium fieri debet libero contrahentium consensu, 162. II. Parentum voluntas non est necessaria, ibid. trinæ præcedere debent denuntiationes in Ecclesia inter Missarum solemnia publicæ peragendæ, 164. ibid. in facie Ecclesiæ celebrandum, viro, & muliere per Parochum interrogatis, ibid. & seq. uti debet Parochus vel illis verbis: *Ego vos in Matrimonium conjungo*, vel aliis juxta receptum uniuscujusque Provinciæ ritum, 166. II. præsentibus duobus aut tribus testibus, ibid. Conjuges benedictionem à proprio Parocho suscipere in Templo debent, antequam in eadem domo cohabitent, ibid. item antequam Conjuges contrahant, vel saltem triduo, ante Matrimonii consummationem peccata confiteri, & Eucharistiam percipere, 168. II. laudabiles consuetudines & provinciarum cæremoniæ servandæ, ibid.
Matrimonium impediri, & dirimi non solum potest per affinitatis & consanguinitatis gradus declaratos *Levitici* cap. II. sed etiam per alios ab Ecclesia declarandos, 156. Can. III. II. solvi & separari Conjuges possunt quoad thorum ob multas causas ab Ecclesia cognoscendas, 160. Can. VIII. II. fieri non potest eum Religioso & Religiosa si sit professa, & est nullum, Can. IX. ibid.
Matrimonium contrahens in gradibus prohibitis scienter, separetur & spe dispensationis consequendæ careat, 174. II. procedit tam in eo, qui non tantum Matrimonium contrahere, sed etiam consummare ausus fuerit, ibid. quàm etiam in eo, qui requisitas in contrahendo Matrimonio solemnitates negligendo ignoranter id fecit, ibid. non

Digitized by Google

non procedit, si solemnitatibus adhibitis, aliquod subinde detectum fuerit impedimentum, cujus ille probabilem habuit ignorantiam, quia tunc facilius cum eo, & gratis dispensari poterit, ibid.

Matrimonia clandestina licet semper fuerint prohibita, non tamen semper invalida, sed quando Ecclesia ea irrita non fecit, 162. II.

Matrimonii libertas non impedienda, 182. cap. IX. II.

cæremoniæ non damnandæ, 160. Can. XI. ibid. item prohibitionis solemnitatis certis annis temporibus, ibid.

Matrimonii causæ ad Judices spectant Ecclesiasticos, 162. Can. XII.

Mendicare Clericis non decet, 20. II.

Mensa Episcopalis sobrietatem & ciborum moderationem servet, 312. II. Sacræ Scripturæ lectionem admixtam habeat, 38. I.

Mensa apud Apostolum Altare significat, 44. II.

Mensis otiosi interponi solent sermones, 38. I.

Mercedum causæ & miserabilium personarum Episcopus tamquam Apostolicæ Sedis Delegatus judicare poterit, compellere, Clericos sæculares exemptos, si Judices non habeant, ad solvenda debita, 190. I. procedit etiam contra Regulares exemptos extra Monasterium degentes, ibid. licet in partibus Judicem habeat deputandum, ibid. & seq. 336. I.

Merces bonorum operum expectanda, 112. I. & 140. Can. XXXII. ibid.

Mercenariis animarum cura periculose committitur, 144. I. & 104. II.

Merita Passionis Christi, 92. cap. III. I. & 122. ibid.

Merita hominum dona Dei, 124. I.

Merita bonorum operum, 120. I. & seq.

Metropolitani officium in Lectore eligendo, 74. I.

Metropolitanus tenetur absentes Episcos Romano Pontifici denuntiare, 148. I. debet probare, & judicare legitimas Episcoporum absentiæ causas, 106. II. suplet Regularium negligentiam, 284. II. & Capituli Sede vacante, 234. & seq. II.

Metropolitanus per se ipsum, seu illo legitimè impedito, Coepiscopus antiquior quolibet saltem triennio post octavam Paschæ Resurrectionis D. N. J. C. seu alio commodiori tempore pro Provinciæ more tenetur Synodum in Provincia sua cogere, 192. II. post plene propriam visitatam Diœcesim non potest Cathedrales Ecclesias, neque suorum Comprovincialium Diœceses visitare, nisi causa cognita, &

in

Digitized by Google

in Concilio Provinciali probata, 196. ibid. tenetur ad personalem residentiam, 104. ibid. & seq. non residens ab antiquiore denuntiatur Episcopo, 148. I. & ab eodem ejus probatur absentia, 106. II. curare debet, in quo educentur, etiam Clerici aliarum Ecclesiarum pauperum, 146. ibid.

Metus gehennæ, per quem ad Dei misericordiam de peccatis dolendo confugimus, vel à peccato abstinemus peccatum non est, nec peccatores pejores facit, & qui contrarium asserit, anathema sit, 128. Can. VIII. I.

Milites cujuscumque Militiæ debent Seminario taxam persolvere, 142. II. secus in Equitibus Jerosolymitanis, ibid. eorum privilegia fuerunt, in aliquibus correcta, 216. II.

Ministri Sacramentorum, dum Sacramenta conficiunt, & conferunt, debent habere intentionem saltem faciendi quod facit Ecclesia, 162. Can. XI. I. si mortali peccato existentes faciunt, dummodo alia necessaria ad Sacramenta apponant, valide faciunt, 164. Can. XII. ibid.

Ministri Sacramentorum non sunt omnes Christiani, 162. Can. X. I.

Ministri Episcoporum quales esse debeant, 38. I.

Miracula nova non sunt admittenda, nisi per Episcopum approbentur, 266. II.

Missa magnam continet eruditionem, 54 II. vulgari sermone non celebranda, ibid. & 60. Can. IX. II. non permittatur dici à Sacerdote vago, & ignoto, 64. II.

Missa non est nuda commemoratio Sacrificii facti in Cruce, neque solius laudis, aut actionis gratiarum, vel propitiationis pro peccatis & aliis necessitatibus, 46. II. & 58. Can. III. II. & seq. in ea offertur verum ac proprium Sacrificium, 56. Can. I. offerri debent à Sacerdote panis & vinum aqua mixtum, 52. cap. VI. II. & 60. Can. IX. ib. in ea aliqua dicenda sunt clara voce, aliqua submissa, ibid. Can. IX.

Missæ Sacrificium à Christo est institutum, 40. II. tremendum misterium, quo vivifica illa hostia, qua Deo Patri reconciliati sumus, in Altari per Sacerdotes quotidie immolatur, 62. II. pie, & pure per agendum, 62. ibid. in ejus celebratione, quæ visitanda sint, ibid.

Missæ in honorem & memoriam Sanctorum celebrari possunt, 48. II. non tamen illis Sacrificium offerri decet, sed Deo soli, 58. Can. III. ibid. & 58. Can. IV. ibid.

Missæ horis debitis celebrandæ, 64. II. non in domibus privatis, ibid.

Digitized by Google

Missæ in quibus Sacerdos solus sacramentaliter communicat, approbantur, 50. & 60. Can. VIII. II.

Missæ Defunctorum relictæ pro Legatis omnino celebrandæ 326. II. prosunt illis quando in Christo mortui sunt, & nondum ad plenum purgati, 46. II. & 58. Can. III. ibid.

Missale, 382. in fin. II.

Missarum celebratio frequentanda, 130. II.

Missarum ratione eleemosynæ importune non exigendæ, 62. II. alii ritus, & aliæ ceremoniæ & preces in Missarum celebratione non adhibendæ præter eas, quæ ab Ecclesia probatæ & laudabili usu sunt receptæ, 64. ibid.

Monachi ad publicas tenentur accedere Processiones, 292. II.

Monasteria visitanda etiam Sedi Apostolicæ subjecta, & quomodo, 304. II. procedit etiam si commendata existant, ibid. & seq. 32. ib. etiam sint ordinum capita, 304. cap. XX. ib. illisque quomodo de Abbatibus provideri debeat, 306. & seq. ibid.

Monasteria animarum curam habentia jurisdictioni, visitationi, & Episcoporum correctioni, in quorum Diœcesi sita sunt, immediate subsunt, 288. II. in Monasteriis Monachorum adesse debet Sacræ Scripturæ lectio, 76. I.

Monasteria sine Episcopi licentia non erigenda, 274. II. non augenda ultra proventus substentationi idoneos, ibid. in iis redigi debent Congregationes, 284. ibid.

Monasteria Sanctimonialium ingredi nemini licet cujuscumque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerit sine Episcopi vel Superioris licentia in scriptis obtenta, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, 278. II. etiam Episcopo & Superioribus earum claustra ingredi non licet in electione Abbatissæ, sed ante cancellorum fenestellam Monialium vota audiat vel accipiat, 284. ib.

Monasteria extra mœnia urbis, vel oppidi constituta, intra urbem vel oppidum reducenda, 280. II. Sanctæ Sedi immediate subjecta, etiam sub nomine Capitulorum S. Petri, vel S. Joannis, ab Episcopis, tamquam dictæ Sedis Delegatis, gubernanda, 286. ib. non procedit in illis Monasteriis, quæ à Deputatis in capitulis Generalibus, vel ab aliis Regularibus reguntur, 288. ib.

Monasticæ vitæ disciplina restituenda, 306. II.

Moniales. *Vid.* Sanctimoniales.

Monitoria, quæ ad finem revelationis, ut ajunt, pro deperditis, seu subtractis rebus

Digitized by Google

bus ferri solent, ab Episcopo tantum decernenda, 320. II. non alias concedenda, quam ex re non vulgari, causaque diligenter ac magna maturitate per Episcopum examinata, ib. nec ad ea impartienda cujusvis Sæcularis etiam Magistratus auctoritate adducatur, ib.
Monitiones binæ quando præcedere debeant excommunicationem, 322. II.
Monomachia prohibitur, 368. II.
Montes pietatis per Episcopum visitandi, 80. II.
Mortuor. commemoratio, 326. II.
Mulieres concubinariæ si ter admonitæ non paruerint, ab Ordinariis locorum pro modo culpæ graviter ex officio puniendæ, 180. II.
Multæ pecuniariæ locis piis assignandæ, 322. II. vel Fabricæ Ecclesiæ, 356. ib.
Munera quæcumque non accipienda à visitatoribus, 198. II. exceptis tantum victualibus, quæ sibi, ac suis frugaliter, moderateque pro temporis tantum necessitate, & non ultra, erunt ministranda, 198. ib.
Musicæ, ubi sive organo, sive cantu lascivum, aut impurum aliquid miscetur, in Ecclesiis prohibentur, 64. II.
Mysteriorum nostræ Redemptionis historiæ, 264. II.

N

Natura & lex ad homines justificandos imbecillis est, 90. I.
Necessitas absentiæ excusationem præstat, 106. II.
Negotia sæcularia vitare debent Clerici, 68. II.
Ninivitarum pœnitentia, 280. I.
Nominati ad Beneficia sine examine non admittendi, 188. I.
Non satis est veritatem dicere, nisi errores refellantur, 240. I.
Notarii in aliis locis, ubi nihil accipiendi consuetudo non viget, possunt pro singulis litteris dimissoriis aut testimonialibus decim. unius aurei partem accipere, 18. II. procedit ubi nullum habeant constitutum salarium pro officio exercendo, ibid. ex eorum commodis aliquid emolumentum ex eisdem ordinum collationibus directe vel indirecte provenientibus, delibare non potest Episcopus, ib.
Notarii à quocumque creati sive à Rege, sive à Imperatore, possunt ab Episc. tamquam Sedis Apostolicæ Delegato examinari, 84. II. si reperti non fuerint idonei,

Digitized by Google

possunt ab officio vel perpetuo vel ad tempus suspendi, ib. & seq. procedit etiam si delinquant in causis Ecclesiasticis ac spiritualibus, ib.

Notarius congrua accepta mercede tenentur quando citius, & ad minus intra mensem acta appellantibus exhibere, 252. II. fraudem in differenda exhibitione faciens, ab officii administratione, arbitrio Ordinarii suspendendus, ib. & ad dupli pœnam quanti ea lis fuerit inter appellantem, & loci pauperes distribuendam compellatur, ib.

Notariorum imperitia multarum litium occasionem præbet, 84. II.

Novatianos, remittendi potestatem olim pertinaciter negantes, Ecclesia Catholica, tamquam Hæreticos condemnavit, 272. I.

Novatores Hæretici appellantur, 300. I.

Novitii, expleto probationis, sive Novitiatus tempore, si habiles reperiantur, ad professionem admittendi, alias rejiciendi, 296. II. ad professionem non sunt admittendi, nisi ante decimum sextum suæ ætatis annum expletum, 294. ib. nec qui minori tempore, quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ib. ante professionem, aut parentes, curatores, vel ipsorum propinqui nihil tradere Monasterio debent, excepto victu, & vestitu pro eorum Novitiatus tempore, 296. ibid. dantes & recipientes sunt excommunicati, ib. abeuntibus ante professionem omnia, quæ sua erant, sunt restituenda, 298. ibid. & Episcopus potest per Censuras Ecclesiasticas Religiosos, ut restituant compellere, ibid.

Nuntii Apostolici in causis matrimonialibus, aut criminalibus, non solum Episcopos impedire, aut aliquo modo eorum jurisdictionem eis præripere, aut turbare possunt, sed nec etiam contra Clericos aliasque personas Ecclesiasticas, nisi Episcopo prius requisito, eoque negligente, procedere, 252. II. & seq.

Nuptiæ solemnes ad Adventu D. N. J. C. usque in diem Epiphaniæ, & à Feria quarta Cinerum usque ad octavam Paschatis inclusivè sunt prohibitæ, 184. II. in aliis verò temporibus nuptias solemniter celebrare est permissum, ib.

Nuptiarum solemnium prohibitiones, benedictiones & aliæ Matrimonii ceremoniæ observandæ sunt, 162. Can. IX. II. & seq. & qui illas damnaverit, anathema sit, ibid.

Obe-

Digitized by Google

O

Obedientia Romanæ Ecclesiæ præstanda, 218. II. Summo Romano Pontifici, 316. ib. & Præpositis, 380. ib.
Obedientia absentiam excusat, 106. II & seq.
Obedientiæ votum, 270. II.
Opera satisfactionis pro pœna esse possunt, non solum illa, quæ sponte à nobis assumuntur, vel à Sacerdote injunguntur, sed etiam temporalia flagella à Deo inflicta, & à nobis patienter tollerata per Jesum Christum, 300. Can. IX. I.
Opera bona facta ante justificationem non omnia sunt peccata, vel Dei odium merentur, 128. Can. VII. I. & seq. aut quanto vehementius, quis nititur se ad gratiam disponere, tanto eum gravius peccare, ib.
Opera bona, justific. grat. augere possunt, 136. Can. XXIV. I. non solum sunt justificationis signa, sed etiam causæ justificationem augentes, ibid. non dicuntur talia eo quod Deus ad malum non imputat, 138. Can. XXV. I.
Opera bona justi merentur retributionem ex Dei misericordia, & Christi merito, si justus usque in finem perseverat, 138. Can. XXVI. I. sunt Dei dona & justificati merita, ib.
Operans bene ex intuitu mercedis vitæ æternæ non peccat, 140. Can. XXXI. I.
Operum factorum per naturæ vires, vel ex legis doctrina sine Dei gratia imbecillitas, 124. I.
Operibus bonis justificatur homo, & non ex fide tantum, 120. I. eisdem justus gratiæ augmentum vitam æternam, & ejus consequutionem meretur, si in gratia moritur, 140. Can. XXXII. I. & seq.
Oratoria ab Episcopis designanda & visitanda, 64. II. in Oratoriis privatis à Sæcularibus, aut Regularibus quibuscumque Sacrum peragere prohibetur, ib.
Orandum pro quibus sit, 38. I.
Oratorum locus in Concilio, 382. II.
Ordinarii locorum & alii quicumque Judices studere debent, ut quam breviter fieri potest causæ absolvantur, ac litigantium versuriis occurrere, 348. II. compellere quoscumque plura beneficia curata, aut incompatibilia obtinentes ad suas exhibendas dispensationes, 178. I. singulis annis Ecclesias quascumque exemptas visitare tenentur, 182. ibid. curare debent, ut Hospitalia omnia recte à suis Ministris gubernentur, 192. I. cap. XV.

item

Digitized by Google

Item in Parochialibus Ecclesiis suarum Diœcesum curare, ut præcepta & decreta super Matrimoniis contrahendis publicentur, 168. II.

Ordinarii Clericos non sibi subditos ordinantes absque illorum Ordinarii licentia, & approbatione per annum ab ordinum collatione suspenduntur, 120. II.

Ordinariis curare diligenter debet quæcumque ad Dei cultum in Diœcesi spectant, 32. II.

Ordinati ad Beneficii titulum, illud resignare non possunt, nisi constet, quod aliunde vivere commode possint, 20. II.

Ordinati absque sui Ordinarii approbatione, ab ordinum exequutione, Ordinarii sui arbitrio suspenduntur, 120. II.

Ordinati suis Ecclesiis inservire debent, 132. II.

Ordinati per dimissorias capituli, Sede illius Ecclesiæ vacante, si in minoribus ordinibus sint initiati, Clericali non gaudent privilegio, si vero majoribus, ab ordinum exercitio suspenduntur, donec à Prælato absoluti fuerint, 186. I.

Ordinatus pro alicujus Ecclesiæ commoditate, si illam inconsulto Episcopo deserat, à Sacrorum exercitio interdicentur, 132. II.

Ordinatio ab Episcopo faciendа, 114. II. & à proprio Episcopo, 118. ib. & quomodo facienda, ib. & seqq. statutis in jure temporibus est publice celebranda, ibid. & in Ecclesia Cathedral. præsentibus Canonicis facienda, ib. vel in alia ex dignioribus Diœcesis, præsente ejusdem loci Clero, ib. & qua ætate, 126. ibid. & seq. sed gratis, 18. ib. & cum examine, 126. cap. XII. & seq. II.

Ordinandus non est qui sua voluntate homicidium perpetravit, 340. I. & seq. procedit, etiam si delictum non sit ordine judiciario probatum, nec alia ratione publicum sed occultum, ib. redditur incapax ad omnia Beneficia tam curata, quam non curata, ib. non procedit in homicidio casuali, vel ad defensionem, qui cum dispensatione Ordinarii potest, ibid.

Ordinandus non est, qui Beneficium non habet, vel aliud unde vivere possit, 20. II. nec qui Confirmationem non suscepit, 114. II. nec qui fidei rudimenta edoctus non fuit, ibid. nec qui linguam latinam non callet, 124. ibid. nec qui scribere nescit, 114. ib. nec bonum testimonium non habens, ib. nec qui suo in ordine versatus non fuerit, 128. II. & seq. nec qui non sit utilis, vel

Digitized by Google

vel suis necessarius Ecclesiis, 132. ib. nec ibi fuerit ad scriptus, ubi suis fungatur muneribus, ib.
Ordinatio Sacra est unum ex Septem Sacramentis, 134. II. à Christo Domino instituta, 100. Can. III. ib. qui contrarium dixerit, excommunicatur, ib. & seq. gratiam confert, 94. II. per eam imprimitur character in anima, 100. Can. IV. II.
Ordines Maiores & Minores sunt in Ecclesia, 92. II. & seq. septem sunt ordines, scilicet Ostiaratus, Lectoratus, Exorcistatus, Acolythatus, Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus, ibid. ad Majores nemo assumendus, nisi de sui Episcopi commissione, præpositis in Ecclesia edictis de ipsorum natalibus, moribus, & vita, litteras testimoniales eidem detulerit Episcopo, 114. ib. dictorum ordinum functiones à Diaconatu ad Ostiaratum fuerunt ab Apostolor. temporibus laudabiliter in Ecclesia receptæ, 134. ib. eorum ministeria non nisi per constitutos in hujusmodi ordinibus exercenda, ib.
Ordines requisiti à quibus intra annum suscipiendi, 76. II. per temporum interstitia conferendi, 174. II. nulli minores committantur ordines, nisi probabilis effulgeat spes ad Superiores, aliquando progressurum, ib. ab ultimi Ordinis minoris susceptione non potest, nisi post ann. ad Subdiacon. ascendi non procedit quando necessitas, utilitasve Ecclesiæ judicio Episcopi aliud exposcat, 126. ib.
Ordines minores sunt gradus ad majores, 92. II. & 100. Can. II. ib. Ordines duo sacre, una die uni numquam conferendi, 128. II. procedit etiam in Regularibus, ibid.
Ordinem annexum Presbyterii, Diaconatus vel Subdiaconatus habere debent in omnibus Ecclesiis Cathedralibus, omnes Canonicatus ac portiones, 220. II. procedit ubi viget consuetudo, ut omnes sint Presbyterii, ibid.
Ordinum fures reputantur, qui à Secularibus tantum vocati, & instituti sunt ad ordinum ministeria exercenda, aut propria auctoritate talem sibi sumunt potestatem, 98. II. qui contrarium dixerit excommunicatione plectitur, 102. Can. VII. ib. ordinationis inhabilium effectus, 328. Can. II. I.
Ordine ab Ecclesiastico omnis avaritiæ suspicio abesse debet, 18. II.
Originalis peccati materia, 64. I. & seq.
Ostiaratus ab Apostolorum tempo-

poribus in Dei Ecclesia institutus, 134. II.
Otiosi sermones fugiendi, 38. II.

P

Papa. *Vid.* Pontifex Maximus.
Parentum consensus in Matrimoniis non necessarius, 162. II.
Parochiales Ecclesiæ tenues quomodo augeantur, 224. II. & seq. quibus non uniantur, ibid.
Parochialium personæ. *Vid.* Eccles. Parochial. illius vacantibus Episcopus statim providere tenetur de Vicario cum portione congrua sibi visa, donec provideatur, 240. II. procedit etiam si Ecclesia sit reservata, vel affecta Cardinalibus, ib. & per Edictum publicum, vel aliter ut de more ab Ordinario vocentur omnes, qui volunt pro Parochia comparere, 242. ib. non procedit, si Parochiæ tenues adeo sint, ut nemo sit, qui se examini quærat subjicere, 246. II.
Parochiæ quare distinctæ, 344. cap. IX. I. earum dismembratio fieri semper debet, quoties, vel ob locorum distantiam, vel ob magnam difficultatem, & in commodum Parochiani Sacramenta percipere, & divina audire officia non possunt, 26. II. procedit etiam invitis Rectoribus, ib. si certos non habent fines, nec earum Rectores proprium, quem negant populum tunc distincto populo in proprias, certasque Parochias, uniculque suus perpetuus, & peculiaris est asignandus Parochus, qui eas cognoscat, & à quo solo licitè Sacramenta administrentur, 226. ib. collapsæ ex fructibus & proventibus quibuscumque easdem ad Ecclesias quomodolibet pertinentibus reficiendæ & restaurandæ, 32. ib. si satis non sint ad illarum restaurationem, nedum patroni sunt compellendi, sed alii etiam qui à dictis Ecclesiis emolumenta percipiunt, ibid. in istorum defectum Parochiani omnibus opportunis remediis appellatione remota, cogi poterunt, ib. quod si nimia egestate omnes laborant, Matrices, seu viciniores ad Ecclesias transferendæ. ib.
Parochias proprias, adire singuli debent, ut verbum Dei audierint, 202. II. Diebus saltem Dominicis & majoribus festis accidere, ibid. & Sacramenta suscipere, 228. ibid.
Parochi officium est prædicare, 204. II. exponere ea, quæ in Missa leguntur, 54. ibid. & Sanctissimi illius Sacrificii Mis-

Misterium aliquod declarare diebus præsertim Dominicis & Festis, ib. explicare Decretum Matrimonii Pueros fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum & Parentes docere, 202. II. vim & Sacramentorum usum, pro suscipientium captu, explicare lingua etiam vernacula, 206. ib. sacra eloquia & salutis monita explanare, ib.

Parochi Jejunia, Dies Festos, & obedientiam erga Superiores commendare tenentur, 378. II. suas agnoscere, pro his Sacrificium offerre, Sacramenta administrare, & bono exemplo pascere, 104. ibid. pauperum aliarumque personarum miserabilium curam paternam gerere, ibid. in suis Eccles. residere, 110. ib. Decreta Matrimonii observare, 168. ib. Nuptias benedicere, ib. 166. Librum Matrimonii habere, 168. ib. ac Baptizatorum, 172. ib.

Parochi ad Synodum Diœcesanam accedere obstricti, 194. II. carnis affectum erga propinquos deponere, 314. ib. Decreta Concilii recipere, obedientiam spondere, ac hæreses anathematizare, 316. ibid. hospitalitatem servare, 336. ibid. Parochi paupertati est succurrendum, 26. II. illiterato & imperito dandus est per Episcopum Coadjutor, 30. ibid. & seq. malæ vitæ occurritur, ibid.

Parochus justis de causis & rationabilibus, absque denuntiationibus, vel una tantum per acta, potest coram sufficienti testium numero Matrimonium celebrare, sed ante illius consummationem denuntiationes omissas facere tenetur, 166. II. & seq. nisi Ordinariis ipse expedire judicaverit ut prædictæ remittatur denuntiation. quod illius prudentiæ & juditio remittitur, ibid.

Parochus post denuntiationes de matrimonio contrahendo peractas, intelecto viri, & mulieris mutuo consensu, potest eos in matrimonium conjungere, 164. II.

Parochus, vel is qui ipsius loco in matrimonii clandestini contractu intervenit cum minori testium numero, & etiam testes ipsi, qui sine Parocho interfuerint, atque ipsi contrahentes, Ordinarii arbitrio graviter puniendi, 166. II. non debet interesse, absque Episcopi licentia, vagantium matrimoniis, 178. ibid. antequam bapticet, tenetur interrogare eos, ad quos pertinet, quem aut quos elegerint, ad suscipiendum baptizatum de fonte baptismatis, & illum, aut illos tantum admitat, alias puniatur, 170. ibid. tenetur levantibus baptizatum declarare, quam cognationem contraxerint, ibid.

Digitized by Google

Parvuli baptizati in fide Ecclesiæ inter fideles computandi sunt quamvis actum credendi non habent, nec propterea rebaptizandi, cum ad discretionis prævenerint annos, & contrarium asserens, anathemate plectitur, 170. Can. XIII. I.

Parvuli in Ecclesiæ fide baptizati, cum adoleverint, amplius non sunt interrogandi, an ratum habeant, quod Patrini eorum nomine, dum baptizarentur, polliciti sunt, & contrarium asserens excommunicatur, 170. Can. XIV. ibid.

Parvuli etiam recenter ab uteris matrum nascentes baptizandi sunt in peccati originalis remissionem, 68. I. cum seq. rationis usu carentes, nulla obligatur necessitate ad sacramentalem Eucharistiæ communionem, & qui contrarium dixerit excommunicatur, 16. Can. IV. II.

Paschate veteri celebrato, quod in memoriam exitus de Ægypto multitudo filiorum Israel immolabat, novum Dominus N. J. C. instituit Pascha se ipsum ab Ecclesia per Sacerdotes sub signis visibilibus immolandum in memoriam transitus sui ex hoc mundo ad Patrem, 44. II.

Pastoris diligentis officium est ovium morbis levia primum adhibere fomenta, si morbi gravitas subinde ita postulet, ad graviora descendere remedia, 104. II. quæ si nec sufficiant, cæteras saltem oves à contagionis periculo liberare, ibid. Pastoris excusatio non admittitur, si lupus ovem devorat, & ipse ignoret, 144. I. Pastores idoneos Ecclesiis gubernandis ii promoveri debent, qui aliquod jus circa id habent, 186. II.

Patrimonii ad titulum, seu pensionis non omnis est ordinandus, seu solum quos Episcopus assumendos judicaverit pro necessitate, vel suarum Ecclesiarum commoditate, 22. II. sine Episcopi licentia alienari, vel renuntiari non possunt, donec Beneficium Ecclesiasticum sufficiens renuntiantes sint adepti, vel aliunde habeant, unde vivere possint, ibid. innovatis per Tridentinum SS. Canonum pœnis vetitur alienatio, obligatio & cessio rei aut illius partis, quæ in Patrimonii Sacri titulum asignata fuerit, nisi Ecclesiast. accedat auctoritas, ib.

Patrinus unus tantum, vel ad summum unus, & una ad suscipiendum de S. Fonte baptizatum, 170. II. inter eos ac bapizatum ipsum, & illius patrem & matrem, nec non inter baptizantem, baptizatique patrem & matrem spi-

Digitized by Google

spiritualis tantum contrahitur cognatio, ibid.
Patrini duellantium, ultra excommunicationis pœnam, graviter sunt puniendi, 368. II. & seq.
Patroni habentes jus patronatus, vacante Ecclesia, tenentur intra decem dies nominare coram Examinatoribus Clericos idoneos ad Ecclesiarum vacantem regendam, 242. II.
Patrum non possunt aliquos præficere Beneficiis sui Juris patronatus, nisi illius loci Ordinario præsentaverint cessante privilegio, 348. I. non possunt jus patronatus vendere, ne aliquo quocumque titulo in alios contra Canonicas Sanctiones transferre, 344. II. non possunt in perceptione fructuum Beneficiorum se ingerere, ibid. neque visitationi ornamentorum Ecclesiæ, aut bonorum stabilium, seu Fabricarum proventibus immiscere, nisi quatenus id eis ex institutione ac fundatione competat, 200. ibid.
Patronus Ecclesiastica bona usurpans, ultra excommunicationem, privatur quoque jurepatronatus, 86. II. ubi Eccles. fuerit jurispatronatus Ecclesiastici, & institutio ad Episcopum pertineat, tenetureidem præsentare digniorem instituendum, 244. ibid.
Pauli vocatio, 128. Can. VI. I.
Pauperes si paupertatem verè probaberint in causa matrimoniali in secunda, ac tertia instantia in eadem causa, extra Provinciam litigare cogi nequeunt, 250. II. secus si altera pars velit eis alimenta, & litis sumptus subministrare, ibid.
Peccata post baptismum perpetrata sola recordatione & fidei baptismi habiti nec remittuntur, neque ex hac fiducia venialia fiunt, 168. Can. X. I.
Peccata mortalia etiam cogitationis faciunt homines iræ filios, & Dei inimicos, 284. I. omnia quorum post diligentem sui discussionem peccatores conscientiam habent, in confessione recesenda, 282. ibid. & si occultissima illa sint, & tantum adversus duo ultima Decalogi Præcepta, 284. ibid. quæ diligenter cogitanti in confessione non occurrunt, in universum remissa censentur, 286. ibid. multa mortalia dantur præter infidelitatem, 118. I.
Peccata venialia à Dei gratia nos non excludunt, 282. I. citra culpam in confessione taceri, & aliis remediis expiari possunt, ibid. licet illa confiteri & contrarium asserens excommunicatur, 314. Can. VII. ibid.

Peccata publice quis potest confiteri ad ipsius confitentis libitum, non autem Divino præcepto, 286. I.

Peccata scienter tacentes in confessione, nihil per Sacerdotem Divinæ Bonitati remittenda proponunt, ibid.

Peccatorum remittendi potestas solis Sacerdotibus in ordinatione à Christo fuit collata, 288. & 314. ibid. Can. VI. etiam si peccato sint mortali coinquinati, ibid. & 316. ibid.

Pro peccato publico dari potest publica pœnitentia, 208. II. ea commutari potest ab Episcopo, 210. II. eo remisso aliqua remanet pœna temporalis persolvenda, quia non semper tota remittitur, 294. I.

Peccatum est mors animæ, 66. Can. II. per unum hominem intravit in mundum, ibid. peccatum Adæ non extinxit liberum arbitrium, sed ejus attenuavit vires, 90. ibid.

Peccatum fugiens ex gehennæ metu non peccat, 128. Can. VIII. I.

Pensiones Ecclesiæ Cathedrales. *Vide* sup. Cathedralibus Ecclesiis.

Pœnitentia lapsis post Baptismum ad salutem necessaria, ut nondum regeneratis ipse Baptismus à SS. Patribus dictus, 276. I. ante adventum Christi non erat Sacramentum, 272. ibid. nec est per Adventum illius cuiquam ante Baptismum, ibid. differ tamen à Baptismo, 274. ibid. materiæ & formæ ratione, ibid. quia Minister Pœnitentiæ est Judex, non sic in Baptismo, ibid. cum à mortuis excitatus, insuflavit in Discipulos dicens: *Accipite Spiritum Sanctum*, 272. ibid. secunda tabula post naufragium, 116. I. 310. Can. II. ibid. quid contineat, 276. ibid. & seq. instituta fuit à Domino præcipuè, qui ante Baptismum non valet, 274. & seq. I.

Pœnitentiæ Sacramenti forma sunt verba illa: *Ego te absolvo*, 276. I. præces reliquæ ad ipsius essentiam non spectant, ibid. quasi materia hujus Sacramenti sunt ipsius pœnitentis actus, scilicet cordis contritio, oris confessio, & operis satisfactio, ibid. dicuntur partes integrales, & requiruntur ex Divina institutione, ibid. partes istæ non sunt terrores conscientiæ, 278. I. & 312. Can. IV. ibid. ejus Minister est solus Sacerdos, qui potestatem habet peccata dimittendi significatam per illa verba: *Quæcumque alligaveritis*, 290. I. & 316. Can. X. ibid.

Pœnitentiæ Sacramenti effectus est reconciliatio cum Deo, 276. I. in piis viris causat serenitatem & animi tranquil-

quilitatem, ibid. ipso medio homo post Baptismum resurgit, 272. ibid. est necessarium contrito, & quando per charitatem perfectam in ipso deletur peccatum, hoc fit virtute voti Sacramenti, 280. ibid.

Pœnitentiarii in Ecclesiis Cathedralibus institui debent, ubi commode fieri potest, 210. II. annorum quadraginta, ibid. & Magistri vel Doctores aut in Theologia Licentiati, vel Jure Canonico, ibid.

Pontifex Maximus Vicarius Dei in terris, 142. I. & 292. eo in consulto nihil in Ecclesia novum, aut hactenus insuetum decerni debet, 168. II. utitur Cardinalium consilio in universalis Ecclesiæ administratione, 314. ibid.

Pontifici obedientia ab omnibus præstanda, 316. II.

